







QK329


.53


c.2











JOANNIS ANTONII SCOPOLI  
PHILOSOPH. ET MED. DOCT. S. I. ET R. M. MONTANÆ  
CIVITATIS IDRIÆ PHYSICI

# FLORA CARNIOLICA

EXHIBENS  
PLANTAS  
CARNIOLÆ INDIGENAS

ET  
DISTRIBUTAS IN  
CLASSES NATURALES  
CUM DIFFERENTIIS SPECIFICIS, SYNONYMIS  
RECENTIORUM, LOCIS NATALIBUS, NOMINIBUS  
INCOLARUM, OBSERVATIONIBUS SELECTIS,  
VIRIBUS MEDICIS.



---

VIENNÆ,

SUMPTIBUS JOANNIS THOMÆ TRATTNER,  
S. C. R. APOSTOLICÆQUE MAJ. NEC NON INCLYT.  
STAT. INF. AUSTRIÆ TYPOGRAPHI ET  
BIBLIOPOLÆ.

---

M D C C L X.

+OK32

.53

c.2



SACRÆ CÆSAREÆ, REGIÆ,  
APOSTOLICÆ MAJESTATI,  
AUGUSTISSIMÆ ROMANORUM  
IMPERATRICI  
HUNGARIÆ, BOHEMIÆ, DALMATIÆ,  
SCLAVONIÆ, &c. &c.

REGINÆ,  
ARCHIDUCI AUSTRIÆ,  
&c. &c.

M A R I Æ  
T H E R E S I Æ,  
DOMINÆ  
SUÆ CLEMENTISSIMÆ,

JOANNES SCOPOLI.



AUGUSTISSIMA  
IMPERATRIX  
DOMINA DOMINA  
CLEMENTISSIMA!



*Ostquam Anno 1753.*  
*clementissimo MAJE-*  
*STATIS TUÆ*  
*imperio, Idriensium va-*

*letudinis tuendæ curam suscepi, nul-*  
*lis laboribus parcendum duxi, ut im-*  
*positum munus, pro viribus, excole-*  
*rem, dein vero ignotas Carniolæ assi-*  
*duo quærerem & observarem.*

*Sic orta est nova Flora, quam,  
ut ad pedes MAJESTATIS  
TUÆ humillime deponerem, impu-  
lit Regia illa benevolentia, cujus be-  
nigno sydere, Naturæ studio deditos,  
perpetuo recreasti.*

*Vidit enim & miratur Orbis,  
TUO immortalis sub Imperio, pate-  
factum regnum Veritatis, arcana Na-  
turæ palam revelata, incitatos deni-  
que Mortalium animos, ut solidis ex-  
perimentis eruant quidquid publica  
commoda augere possit.*

*Hæc ratio me movit, hæc causa  
est audaciæ, quod AUGUSTO  
NOMI-*

NOMINI TUO *tenue hoc Opus  
inscripserim, Studii mei Botanici pri-  
mitias, cujus amore captus jam a te-  
neris annis, non horrui aestum, lassitu-  
dines, ventorum impetus, tempesta-  
tum injurias, non antra muscosa, non  
squallidas pastorum casas, non deni-  
que plurima vitæ periculæ, dum pen-  
dens ex horridis rupibus, plantarum  
differentias, caracteres, fabricam, at-  
tentis oculis perscrutabar. Tam ar-  
duis laboribus ansam dedit innocens  
amor stirpium variorum, dedere sum-  
mi per Europam Botanici uno ore cla-  
mantes, Rei Herbariæ certitudinem,*

*a perfectis Catalogis stirpium cuique  
regioni propriarum, unice sperari pos-  
se. Ergo Floræ regnum extendendum,  
methodi naturalis fabricam promo-  
vendam, & Bibliothecæ Botanicæ no-  
vum Indicem addendum esse censui,  
cui, si Augustum solii TUI limen tan-  
gere, & unico Tantæ MAJESTA-  
TIS intuitu beari, licuerit, non so-  
lum uberrimum laborum meorum fru-  
ctum me cœpisse gloriabor, sed etiam  
ulterius amoenissimum Philosophiæ  
studium, novissimis observationibus,  
conabor excolere.*

Dabam Idriæ 15. Junii 1760.

PRÆ.



## PRÆFATIO.



**F**LORAM condituro tria hæc potissimum sunt observanda, *Ordo, Descriptio, Locus.* Ordo, methodicam Generum distributionem, **D**

**D**escriptio, differentias specificas, **L**ocus vero patriam cuique plantæ propriam exigit.

Methodica Divisio duplex; Naturalis & Artificialis: Illa præstantior, nondum perfectæ, sedulo inquirenda; Hæc illius succedanea, semper utilis, perfectæ nunquam; divellit enim socias stirpes, genera multiplicat & Classes Naturales plerumque dilacerat.

Hæc meditatus, Plantas Carniolæ indigenas ordine, quantum licuit, Naturæ magis consentaneo enumerare decrevi, qualem ante me se-

PRÆFATIO.

*cuti sunt summi Botanici MORISONVS, HERMANNVS, RAJVS, BOERRHAVIVS, ROYENIVS, HALLERVS, WACHENDORFIUS, suisque in Classibus Plantarum LINNÆVS.*

GENERA Linnæana plerumque retinui, non ideo, quod a magno viro constructa fuerint, hæc enim est fides carbonaria, veritatis, hostis, scientiarum pestis, sed quia ipsemet comperi ex propriis observatis ea esse verissima. Fateor tamen, in dubiis rebus LINNÆO fidem sæpius adhibui, & cur non credam Viro, quo nemo veros stirpium characteres adspexit propius, nemo majores in Rei Herbariæ gratiam labores iniit, nemo denique mortalium per plurima sæcula, tanta præstitit, quot unus ille *Princeps Botanicorum*, cujus eximia merita, æternumque nomen grata nunquam non adgnoscat Posteritas, nullaque iniqui livoris macula dissipabit.

Sed veniam peto ab omnibus Botanicis, si Genera nonnulla mutata deprehenderit, præcipue in Tetrapetalis filiquosis, quas ambiguis characteribus hucusque donatas, certioribus iisque essentialibus insignivi. Cum enim certæ & manifestæ notæ suppetant, quibus unum  
Genus



*Genus ab alio facillime distingui potest, retinenda sunt utique, quæcumque demum eæ fuerint. Utinam tales in Gryptogamiis, Umbelliferis, aliisque haberemus; certe plurima exularent, Genera, & minoribus difficultatibus exposita esset Res Herbaria.*

**NOMINA** quoque **SPECIFICA** a **LINNEO** inventa retinui illa, quæ potui, alia vero mutavi, non ut obloquar *Viris doctis*, aut differentias specificas ab illis inventas, erroneas esse putem, sed ut detectis selectissimis characteribus, *Tyrones* in cognitionem mearum stirpium facilius perducem. Cum enim ex optimis descriptionibus extraxissem notas communes, propiores, & singulares, sic orti sunt characteres **Classici**, **Generici**, & **Specifici** sæpe novi, & nunquam noxii, si eo modo inventi fuerint, qui, relictis communibus notis, eam denique ostendit, in qua cujusque individui essentia vultusque consistit.

**SYNONYMA** antiquorum omnia neglexi, imo & ipsum jam pluries descriptum **Pinacem BAUHINI**, eaque imprimis adduxi, quæ post **TOURNEFORTIUM** inventa & rite distinguendis speciebus apta esse cognovi. *Bibliotheca enim destitutus non potui omnia com-*  
pil-

PRÆFATIO.

*pillare synonyma, sed ea unice protuli, quæ a peritissimis Botanicis TOURNEFORTIO, VAILLANTIO, MICHELIO, ROYENIO, GLEDITSCHIO, HALLERO, LINNÆO, aliisque excogitata fuerunt, apud quos alia plurima & fere omnia legi possunt.*

*LOCA NATALIA diligenter annotavi, ut Viros sequar celeberrimos, qui idem in suis Floris sedulo præstiterunt, & ut Posteris Floram nostram augere aut emendare cupientes sciant quibus in locis stirpes quæri debeant.*

*DESCRIPTIONES equidem breves, sed quæ differentias specificas exprimant fere singulis speciebus adjunxi, ut sumptuosas evitarem icones, quas proprio ære evulgare conditionis meæ ratio omnino vetuit. Si quis tamen incredulus variores nostras novasque plantas propriis oculis subjicere, & ipsemet examinare velet, moneat ille, & votis annumam, licet in Naturali Philosophia utrumque vitium sit & omnibus credere, & nulli. SENEC. Epist 3.*

*VIRES denique Medicas multarum stirpium non alias quam a me sæpius observatas fideliter addidi. Nam qui sterili nomenclatura contenti differentias specificas unice proferunt, minus certe profunt humano generi ac illi, qui plan-*

PRÆFATIO.

*plantarum descriptionibus Physicas observationes adjungunt. Eloquentia neminem sanavit hactenus, & omnes methodi Botanicæ simul sumptæ nec apud puncturam curare docent. Oculus itaque patiens plantæ fabricam, judicium autem optimum vires expendat sedulis experimentis; Ita enim Res Herbaria jucunda non solum, sed etiam utilis evadet.*

*Brevissima otia, auxiliorum defectus, & infirma sæpius valetudo perfectiorem Carniolicarum stirpium Indicem Posteris tradere non permisérunt. Feci tamen quod potui, dum præter officia difficillimi muneris Agrum Labacensem, Vipacensem, Lokensem, Verkingii paludes, Zirchnizii lacum, Fluviorum Savæ, Labacii, aliorumque ripas, Montes Idriæ, Vipacco, Seirachio, Pelanto, Zirchnizio, Reifnizio proximos, Planinæ prata, Nemora & pascua plurima, sylvas Idrienses, Labacenses, Juli foro finitimas, Rupes Montium Anas, Storchitsch Grindowtz, & Alpes Carniolæ Ducatum a Carinthia separantes intra quadrienium peragravi, & indigenas stirpes primus collegi, examinavi, disposui minus tamen feliciter ac illi, qui soli herbarum studio dediti,*

Prin.

PRÆFATIO.

*Principum munificentia, publicis hortis, bibliothecis, Amicis adjuti Fioras evulgant. Quamobrem defectus non excuso, imo fateor esse multos, ut Synonymiam minus perfectam, Genera nonnulla alienis Classibus adjuncta, Differentias specificas non satis elaboratas, aliosque plures, quos evitare non potui. Neque tamen ideo ter-  
ritus sum, quo minus Botanicas observationes meas, qualescumque demum, Reipublicæ Litterariæ palam facerem, & diligenter annotata fideliter enarrarem illa, quæ in Plantis Carniolæ, repetitis itineribus, mihi licuit observare. Habes itaque Botanophile Lector novum Indicem paucarum stirpium si non perfectum, fidelem tamen & in quo nec unam invenies plantam, quam non sæpius examinaverim, ut certus essem, nullum verbum a me positum absque fido dictamine constantis Naturæ. Quantos vero labores propterea ferre debuerim, quidque jecerim, Judices constituo naturæ Curiosos omnes & sapientissimos per Europam Botánicos, quibus si placuero, ignarorum contemptus & maiorum odia bilari animo excipiam.*

# NOMINA SCRIPTORUM

IN HOC

## OPERE CITATORUM.

- BAUHINI.** *Casp. Theat. Botan. Basil. 1658. fol. Pinax. Basil. 1671. 4. Prodrom. Basil. 1671. 4.*
- BOEHMERI.** *Georg. Rodolph. Flora Lipsiæ. Lips. 1750. 8.*
- BOERRHAVE.** *Herman. Ind. alt. Pars. I. & II. Lugdb. 1720. 4.*
- BUXBAUM.** *Joan. Christ. Cent. plant. Petropol. An. 1728. ad 1740. 4.*
- DALIBARD.** *M. Flora Paris. Paris. 1749. 12.*
- DILLENII.** *Joan. Jacob. Catalog. Giff. Francof. 1719. 8. Histor. Musc. Oxon. 1741. 4.*
- GMELINI.** *Joan. Georg. Flora Sibir. T. 2. Petrop. 1750. 4.*
- GLEDITSCH.** *Joan. Gottlieb. Method. Fung. Bero- lin. 1753.*
- HALLER.** *Alb. Enumerat. stirpium Helvet. Tom. 2. Gotting. 1742. fol. Opus. Botan. Gotting. 1749. 8.*
- HERMANNI.** *Pauli. Hortus Academ. Lugdb. Lugdb. 1687. 8.*
- KRAMER.** *Joan. Georg. Tentam. Botan. Viennæ. 1744. fol.*
- LINNÆI.** *Car. Classes Plant. Lugdb. 1738. 8. Ge- nera Plant. Hæc Magdb. 1752. 8. Spe- cies Plant. Holm. 1753. Tom. 2. 8. Phi- los. Botan. Stokholm. 1751. 8. Mater. Med. Holm. 1749. 8. Amœnit. Academ. T. 2. Holm. 8. Flora Lappon. Amstelod. 1737. 8. Svecica Lugdb. 1745. 8. Hor- tus*

## NOMINA SCRIPTORUM.

- tus Cliffort. *Amstelod.* 1737. fol. Upsaliens.  
*Amstelod.* 1748. 8. Viridar. Cliffort. *Am-*  
*stelod.* 1748. 8.
- LUDWIG. G. G. Definit. Gen. *Lips.* 1747. 8.
- NICHELII. P. A. Nova plant. Gen. *Florent.* 1729.  
 fol. min.
- PONFEDERÆ. *Jul.* Compend. Tab. *Patav.* 1718.  
 4. Antholog. *Patav.* 1720. 4.
- RAY. *Joan.* Method. emend. *Lond.* 1733. 12.
- ROYEN. *Adrian.* Floræ Leidens. Prodrum. *Lugdh.*  
 1740. 8.
- SAUVAGES. *Fr.* Flora Monsp. *Hage.* 1751. 8.
- SCHEUCHZER. *Joan.* Agrostograph. *Tigur.* 1719. 4.
- SEGUIER. Synop. Stirp. Veron. Tom. 3. *Veron.*  
 1745. 8.
- TABERNEMONT. Herbarium. *Basil.* 1731. fol.
- TILLII. *Mich. Ang.* Hort. Pisan. *Florent.* 1723. fol.
- TITA. *Joan.* Iter in alpes &c. additum Horto Mau-  
 ror. *Patav.* 1713. 12.
- TOURNEFORT. *Joseph.* Pitt. Instit. Rei. Herbar. T. 3.  
*Paris.* 1719. 4.
- VAILLANT. *Sebast.* Botan. Paris. a *Leide & Amsterd.*  
 1727. fol.
- VOLKAMER. *Joan. Georg.* Flora Norimberg. *Norim-*  
*berg.* 1700. 4.
- WACHENDORF. *Everard.* Hortus Ultraject. 1747. 8.
- ZANICHELLI. *Girolamo.* Storia delle Piante de lidi  
 Veneti. *Venet.* 1735. fol.



# ORDO

## CLASSIUM ET GENERUM.

CLASSIS. I. *Fungi*. Agaricus. Boletus Phallus. Elvela. Peziza. Clavaria. Lycoperdon. Mucor.

CLASSIS. II. *Algæ*. Byffus. Conferva. Lichen. Tremella. Spongia. Riccia. Lemna. Marchantia. Jungermannia.

CLASSIS. III. *Musci*. Lycopodium. Fontinalis. Sphagnum. Polytricum. Bryum. Mnium. Hypnum.

CLASSIS IV. *Filices*. Polypodium. Asplenium. Acrosticum. Struthiopteris. Trichomanes. Phyllitis. Pteridium. Pteris. Osmunda. Equisetum.

CLASSIS. V. *Inundatæ*. Hippuris. Chara. Sparganium. Callitriche. Potamogeton. Typha.

CLASSIS. VI. *Piperatæ*. Arum. Acorus.

CLASSIS. VII. *Gramina*. Nardus. Lolium. Anthoxanthum. Alopecurus. Phleum. Cynofurus. Agrostis. Stipa. Panicum. Sesleria. Aira. Poa. Melica. Briza. Bromus. Avena. Arundo. Hordeum.

CLASSIS. VIII. *Calamariæ*. Carex. Cyperus. Scirpus. Eriophorum. Scænus. Juncus. Scheuchzeria.

CLASSIS. IX. *Lilia*. Crocus. Colchicum. Galanthus. Leucoium. Iris. Gladiolus. Allium. Erythronium. Convallaria. Asparagus. Fritillaria. Lirium. Asphodelus. Scylla. Ornithogalum. Anthericum. Hemerocallis.

)( )

CLAS-

## CLASSIUM ET GENERUM.

CLASSIS. X. *Satyria*. Orchis. Ophrys. Serapias.

CLASSIS. XI. *Fruëtifloræ*. Epilobium. Circæa. Phyteuma. Campanula. Aristolochia. Afarum. Thesium. Tamus. Bryonia. Lonicera. Viscum. Sambucus. Viburnum. Cornus. Vaccinium.

CLASSIS. XII. *Blattariæ*. Erica. Rhododendron. Daphne. Sanguiforba. Plantago. Anagallis. Lyfimachia. Verbascum. Physalis. Solanum. Atropa. Hyosciamus. Datura. Convolvulus. Soldanella. Cyclamen. Androsace. Primula. Menyanthes. Hottonia. Gentiana. Veronica. Ligustrum. Cuscuta.

CLASSIS. XIII. *Afcyroydeæ*. Hypericum. Cistus. Tilia. Papaver. Chelidonium. Nymphaea. Actea. Ruta. Pyrola. Tamarix. Monotropa. Parnassia. Paris. Ruscus. Hedera. Rhus. Berberis. Evonymus. Acer.

CLASSIS. XIV. *Umbelliferæ*. Daucus. Caulis. Libanotis. Laserpitium. Feucedamum. Bupleurum. Heracleum. Sium. Angelica. Athamanta. Imperatoria. Cherōphyllum. Sefeli. Cicuta. Ægopodium. Carum. Pimpinella. Pastinaca. Afrantia. Eryngium.

CLASSIS. XV. *Stellatæ*. Gallium.

CLASSIS. XVI. *Gymnomorphæ*. Valeriana. Globularia. Scabiosa. Diptacus. Arctium. Carduus. Cirsium. Carlina. Atractilis. Rhaponticum. Centaurea. Tanacetum. Artemisia.

Gna-



## O R D O

Gnaphalium. Eupatorium. Cacia-  
lia. Petasites. Bidens. Bupthala-  
mum. Anthemis. Achillea. Ma-  
tricaria. Bellis. Bellidastrium. Ar-  
nica. Doronicum. Solidago. Se-  
necio. Aster. Inula. Erigeron.  
Leontodon. Hieracium. Sonchus.  
Prenanthes. Lactuca. Picris.  
Scorzonera. Tragopogon. Lap-  
fana. Hypochaeris. Cichorium.

**CLASSIS. XVII.** *Coniferae.* Pinus. Juniperus. Taxus.

**CLASSIS. XVIII.** *Amentaceae.* Salix. Populus. Betu-  
la. Carpinus. Ostrya. Quercus.  
Corylus. Fagus. Humulus.

**CLASSIS. XIX.** *Oleraceae.* Rumex. Polygonum. Che-  
nopodium. Amaranthus. Parieta-  
ria. Urtica.

**CLASSIS. XX.** *Trioccae.* Mercurialis. Euphorbia.

**CLASSIS. XXI.** *Contorti.* Asclepias. Vinca.

**CLASSIS. XXII.** *Asperifoliae.* Cynoglossum. Myosoti-  
tis. Lithospermum. Pulmonaria.  
Symphytum. Cerinthe. Anchusa.  
Echium.

**CLASSIS. XXIII.** *Verticillatae.* Bugula. Teucrium. Sal-  
via. Rosmarinus. Lycopus. Scu-  
tellaria. Melissa. Thymus. Cli-  
nopodium. Origanum. Melittis.  
Brunella. Satureia. Betonica. Si-  
deritis. Stachys. Glechoma. La-  
mium. Galeopsis. Ballotta. Leo-  
nurus. Marrubium. Nepetha.  
Mentha. Verbena.

**CLASSIS. XXIV.** *Personatae.* Orobanche. Pinguicula.  
Antirrhinum. Scrophularia. Di-  
gitalis. Gratiola. Pedicularis. Rhi-  
nanthus. Melampyrum. Euphra-  
sia. )( )( 2 **CLAS-**

## CLASSIUM ET GENERUM.

- CLASSIS. XXV.** *Columniferae.* Malva. Althæa.
- CLASSIS. XXVI.** *Succulentæ.* Oxalis. Geranium. Sedum. Saxifraga. Chrysoplenium. Portulaca.
- CLASSIS. XXVII.** *Caryophillei.* Alfine. Ceraftium. Cherleria. Lychnis. Dianthus. Linum.
- CLASSIS. XXVIII.** *Nasturtia.* Cochleria. Lepidium. Thlaspi. Lunaria. Biscutella. Symbrium. Alliaria. Dentaria. Turritis. Erysimum. Rorippa. Hesperis. Sinapis. Cardamine. Barbarea.
- CLASSIS. XXIX.** *Papilionaceæ.* Anthyllis. Trifolium. Medicago. Ononis. Cytifus. Genista. Spartium. Hippocrepis. Lotus. Coronilla. Orobus. Vicia. Lathyrus. Astragalus.
- CLASSIS. XXX.** *Anomale.* Polygala. Fumaria. Impatiens. Viola. Reseda.
- CLASSIS. XXXI.** *Multifloræ.* Delphinium. Aconitum. Aquilegia. Dictamnus. Spiraea. Thalictrum. Isopyrum. Helleborus. Trollius. Veratrum. Alisma. Sagittaria. Butomus. Caltha. Ranunculus.
- CLASSIS. XXXII.** *Gymnopolyspermae.* Hepatica. Anemone. Clematis.
- CLASSIS. XXXIII.** *Calycifloræ.* Dryas. Geum. Potentilla. Alchemilla. Scleranthus. Lythrum. Agrimonia. Fraxinus. Staphyllæa. Pyrus. Prunus. Mespilus. Rosa. Ribes. Rhamnus. Rubus.

NOMI-


# NOMINA CARNIOLICA.

**A** bratezza . . .  
 Agrimonia . . .  
 Aidosku fele . . .  
 Arman . . .  
 Artezha Crasciza . . .  
 Artezhe Mezizhuia . . .  
**B** arshlan . . .  
 Betonic . . .  
 Beln . . .  
 Beu-Blutschnik . . .  
 Bisouz . . .  
 Blauezhie . . .  
 Boboungk . . .  
 Bodizhuie . . .  
 Bodizhuie perpode . . .  
 Borou drevu . . .  
 Borouz . . .  
 Bresa . . .  
 Bresa . . .  
 Brun grös . . .  
 Bukou . . .  
 Bukou drevu . . .  
 Buckqua . . .  
 Buknie . . .  
**C** ichoria . . .  
 Cikoria . . .  
 Copriva . . .  
 Corene . . .  
 Crosbeg . . .  
**D** etela . . .  
 Detela dougo . . .  
 Dobra missu . . .  
**E** ncian . . .

**F** arshe capza les . . .  
**G** abcs . . .  
 Gladesch . . .  
 Glistneck . . .  
 Grashiza . . .  
 Grahöz . . .  
 Granzolle . . .  
 Grushovo dervo . . .  
**H** ebath . . .  
 Hmel . . .  
 Hraftavo drevo . . .  
**J** agada . . .  
 Jagned . . .  
 Jagode . . .  
 Jeleno jefik . . .  
 Jetenek . . .  
 Jetitza . . .  
 Jödlä . . .  
 Jödlavo drevo . . .  
**K** amilza . . .  
 Kervamozenzel . . .  
 Kiffelza . . .  
 Kofie repiza . . .  
 Kostainou devo . . .  
 Kriunka mlecka . . .  
 Kuria zhriviza . . .  
**L** epuch . . .  
 Lipa . . .  
 Lipau drevu . . .  
 Lifizik . . .  
**M** ah . . .  
 Matschoke . . .  
 Mazhkana fele . . .

## NOMINA CARNIOLICA.

<p> <b>M</b>auroche . . .  <b>M</b>eh . . .  <b>M</b>etha . . .  <b>M</b>ertuize . . .  <b>M</b>etlicka . . .  <b>M</b>etulloue jaghe . . .  <b>P</b>aludie . . .              Petaperstnegk  <b>P</b>erpeluze . . .  <b>P</b>leschitsch . . .  <b>P</b>luzhenigck . . .  <b>R</b>egrat . . .              Repie . . .  <b>R</b>utiza . . .  <b>S</b>aibl . . .              Sant Joannesh gou-              shize . . .  <b>S</b>habnick . . .  <b>S</b>chaiffen schelze . . .  <b>S</b>chavi . . .  <b>S</b>chegnan koren . . .  <b>S</b>chetizhuie . . .  <b>S</b>habia brefelza . . .  <b>S</b>halvei . . .  <b>S</b>haubei . . .  <b>S</b>her . . .  <b>S</b>chies . . .  <b>S</b>hleni gloubuk . . .  <b>S</b>lis . . .  <b>S</b>holod . . .  <b>S</b>smarn slack . . .  <b>S</b>smreka . . .         </p>	<p> <b>S</b>mrökau drevo . . .  <b>S</b>porisch . . .  <b>S</b>veta ursha rooha . . .  <b>S</b>uanichl . . .  <b>S</b>vinski repa . . .  <b>S</b>vinski kruh . . .  <b>T</b>amarisch . . .              Taushent rose  <b>T</b>erpetez . . .  <b>T</b>erpotz . . .  <b>T</b>erpolez . . .  <b>T</b>rava . . .  <b>T</b>ouge scheneff . . .  <b>T</b>oufti korin . . .  <b>T</b>renk . . .  <b>T</b>itsha brofu . . .  <b>T</b>shernaben . . .  <b>T</b>schmericka . . .  <b>T</b>zeffen dovie . . .  <b>U</b>rednigck . . .  <b>V</b>erba . . .              Verbauza . . .  <b>V</b>irch . . .  <b>V</b>ratezh . . .  <b>V</b>uerba . . .  <b>W</b>elka parbret . . .  <b>V</b>inersca scheleshe . . .  <b>V</b>olouski jefik . . .  <b>Z</b>hesnavu drevo . . .  <b>Z</b>hesneve gobe . . .         </p>
--	--



# PLANTARVM CARNIOLÆ.

---

## CLASSIS I. FVNGI.



lores nudis oculis non manifesti, apertali, staminei, nudi, a fæmineis seorsim in eadem planta positi. Semina non conspicua, plurima. Substantia carnofa, aphylla, in medicos usus raro recepta, venenata sæpius, suspecta semper.

## AGARICVS.

LINN. *Gen. Plant.* 1074. GLEDITSCH. *meth. fung.*  
*Gen.* VI.

Fungus Horizontalis, subtus lamellatus LINN.  
*l. c.* stipitatus aut sessilis, in quo laminæ cujusque margo & superficies fructificationes innumeras continent.

I. *Stipitati.*A. *Pileo Plano.*

- I. *AGARICUS* pileo plano, stipite volvato bulboso anulato longo: apice dilatato, pleno.

*Agaricus stipitatus, lamellis dimidiatis solitariis, stipite volvato: apice dilatato, basi ovata.*  
LINN. H. SVEC. 1076. Spec. Plant. p. 1172.

*Agaricus; volva exceptus, pileolo conico, in margine striato, petiolo anulato, in basim squamoso-tuberosum desinente.* GLEDITSCH. meth. fung. p. 82. BOEHM. H. Lips. 786.

*Varietates.*

- (a) *Agaricus* pileo plano miniato verrucoso; verrucis & lamellis albis, stipite albo volvato bulboso anulato longo: apice dilatato, pleno.

*Agaricus caulescens, petiolo albo ad basim globoso, pileo sanguineo, verrucis & lamellis albis.*  
LINN. H. Lapp. 515.

*Fungus puco sanguineo, verrucoso, lamellis albis, anulo fugaci, pediculo bulboso.* HALL. Helv. p. 39.

*Amanita muscaria miniata.* DILLEN. Giff. p. 181.

*Fungus bulbosus, e volva erumpens, pileolo superna parte aureo & ad oras striato, inferne, & anulato pediculo albis, radice bulbosa.* MICHEL. Gen. plant. p. 188. dab. 78. fig. 2. specimen vix mediæ ætatis.

*Fungus lamellatus, varius, noxius, & muscarius vulgo dictus.* RUPP. Jen. p. 301.

Carniol. *Muchne gohe, Muschenze.*

Habitat inter Abietes, Betulas, & Fagos, sub initium autumni, perpetuo solitarius.

Corpus hemisphæricum, alba volva tectum, tandem ovatum, cum e volva erumpit, pileum superne sanguineum & marginem anulo adnexum habet. Idem sensim auctum, lacerat cohærentem tunicam & convexum primo; dein planum pileum exhibet verrucis albis adpersum, quas volvæ fragmenta, gelatinosæ ejusdem cuti adhærentia faciunt, & pellucetibus ex attenuata carne lamellis, marginem striatum gerit. Stipes lamellis a pileo demum recedentibus perpetuo concolor & albus, ad basim bulbosus & plenus est; cujus longitudo ante pilei mortem observata, tam in hoc, quam in reliquis Agaricis, est tantum relativa, seu stipes brevis est ille, cujus longitudo diametrum pilei non adæquat; æqualis, qui eam attingit; longus, qui superat; procerus autem, qui eadem duplo, triplo, aut quadruplo longior est. Fungus hic muscas & cimices enecat, ut sæpius expertus sum.

(b) *Agaricus* pileo plano rubro verrucoso, lamellis albis, stipite rubro volvato bulboso anulato longo: apice dilatato, pleno.

*Fungus esculentus, e volva erumpens, pileolo ex obscuro purpurascens, inferne albo, pediculo nunc albo, nunc subpurpureo, anulato, radice bulbosa.* MICHEL. Gen. plant. p. 188.

Habitat inter Fagos circa templum *S. Mariæ Magdalene*, & circa *Labacium*. Solitarius & multiplex.

Magnitudo prioris (a). Verrucæ pileo obscure rubro concolores.

Stipes ruber filamentosus, in senio expallescent, fere squamosus.

(c) *Agaricus* pileo plano fusco verrucoso, lamellis albis, stipite volvato bulboso anulato longo: apice dilatato, pleno.

*Agaricus*; volva exceptus, pileo orbiculari, fusco, maculato, margine striato, petiolo anulato, in basin tuberosam desinente. GLEDITSCH. Meth. fung. p. 83.

Habitat inter Fagos, solitarius.

Pileus ficcus, triunciali diametro, carne alba spongiosa, margine leviter striato, mucis innocuus. Stipes longus, lamellis concolor; anulo longo striato pendulo.

(d) *Agaricus* pileo plano ochroleuco immaculato viscido, lamellis concolore, stipite albo volvato bulbosæ anulato longo: apice dilatato, pleno.

Habitat inter Fagos; solitarius.

Pileus magnitudine prioris, carne alba. Lamellæ pileo pallidiores. Stipes albus.

(e) *Agaricus* pileo plano aquoso rubro immaculato, stipite volvato bulboso anulato longo pileo concolore: apice dilatato, pleno.

Habitat circa *Labacium* inter Abietes, Septembri M. solitarius.

Pileus biunciali diametro, ad oram striatus, carne rosea. Stipes pileo concolor, bulbo rugoso, anulo persistente, lamellis concolore cinctus. Ergo diversus ab *Agaricis* MICHELII. 2. 3. 4. 5. p. 188.

2. *AGARICVS* pileo plano, lamellis solitariis diffluentibus, stipite volvato bulboso anulato pleno.

*Agaricus*; volva minore exceptus, pileolo orbiculari, integerrimo, petiolo anulato, radice tuberosa. GLEDITSCH. meth. fung. p. 86.

*Fungus esculentus*, nemorosus, albus, pediculo longo, crasso, radice tuberosa. MICHEL. Gen. plant. p. 171. n. 6.

Habitat in herbidis, umbrosis, elatioribus sylvis, perpetuo solitarius.

Pileus albus, primo ovatus, dein convexus, denique planus, palmari diametro, vertice fusco, cuti licca,  
mar-



marginē rugoso. Lamellæ albæ, dein fuscæ, tandem in atrum tinctorium succum disfluentes. Stipes longus, volva exceptus, ad basim bulbosus, pileo concolor, apice leniter dilatatus, anulo lacero fugaci cinctus.

Lamellæ differentiam constituunt, quibus cum ovato & fimetariis convenit.

3. AGARICVS pileo plano, lamellis continuis, stipite bulboso procero anulato pleno.

Cespitose nascitur in udis putridisque lignis, autumnī tempore.

Pileus sordide flavus, vertice fusco, cuti filamentosa, biunciali & triumciali diametro. Lamellæ subrubræ, stipiti adnexæ. Stipes avolvatus, diametro pilei duplo longior, filamentosus, splendens, pileo concolor, anulo persistente cinctus, ad basim tuberosus, ut in MICHEL. fig. 2. tab. 81, non tamen idem.

4. AGARICVS pileo plano viscido, lamellis solitariis, stipite squamoso brevi: basi & apice dilatato, nudo.

Habitat in dejectis putridisque fagis, solitarius.

Pileus umbrinus, vertice fusco & tumido. Lamellæ solitariæ subcarneæ.

Stipes avolvatus, plenus pilei diametro brevior, squamosus.

5. AGARICVS pileo plano striato, stipite volvato anulato cylindraceo pleno.

*Agaricus; amplissima volva exceptus, pileolo orbiculari, in margine striato, petiolo cylindraceo, anulo latiore cincto.* GLEDITSCH. meth. fung.

p. 84.

*Fungus esculentus, e volva erumpens, totus candidus, pileolo ad oras striato, pediculo cylindrico, anulo ampliore cincto.* MICHEL. Gen. plant.

p. 185.

Habitat in pratis, post uberiores pluvias.

Color albus, homogeneous, immutabilis. Vita brevis. Caro innocua, mollis.

6. AGARICVS pileo plano papillari, stipite convergente procero anulato fistuloso, anulo peculiari inserto.

*Agaricus; pileo papillari, amplissimo, in margine fornicato, lacero & filamentoso, petiolo anulato, procero, inferius tumido, pilei acetabulo inserto.* GLEDITSCH. meth. fung. p. 114.

*Fungus procerus, papillaris, terreus, striatus, subtus albus.* HALL. Helv. p. 42.

Habitat abunde in abietinis sylvis Labacio proximis, autumnî tempore, solitarius.

In prima ætate pileus Dipfaci capitulo similis, albus, rimosus, & anulo adnexus est. In secunda, lacero vinculo cohærente convexus redditur, & stipes, qui antea plenus erat, circa medium fistulosus apparet. In tertia vero & ultima ætate pileus planissimus terreus & papillaris est; stipes diametro pilei multo longior, e lata basi sensim convergens, filamentosus, terreus, ubique fistulosus & anulatus est, anulo amplo, persistente. Differentiam vero specificam faciunt lamellæ non stipiti, sed anulo peculiari insertæ, cujus centrum stipitis apex subit.

7. AGARICVS pileo plano, stipite nudo procero tuberoso pleno: radice caudata.

#### *Varietates.*

- (a) *Agaricus* pileo plano villoso, stipite villoso nudo procero tuberoso pleno: radice caudata.

*Fungus esculentus, fulvus, & veluti filamentosus, lamellis albis, pediculo præalto, obscuro, radice tumida, in mucronem longum producta.* MICHEL. Gen. plant. p. 161?

Habitat in Patersgraben circa Idriam, solitarius.

Pileus

Pileus cervinus, ficcus, villosus, unciali diametro. Lamellæ albæ. Stipes longissimus, villosus, pileo concolor, basi crassior, & in longam radicatam caudam extensus.

(b) *Agaricus* pileo plano glabro viscido, stipite glabro nudo procero tuberoso pleno: radice caudata. Habitat cum priore.

Pileus albicans. Lamellæ albæ. Stipes ficcus, non villosus.

Radix in hoc fungo fusiformis, ut in MICHEL. fig. 2. tab. 80, differentiam constituit.

8. AGARICVS pileo plano papillari, stipite longo cylindraceo nudo.

*Fungus esculentus, pileolo cinereo aut murino, in filamenta quasi lacerato, inferne candido, pediculo-candido.* MICHEL. Gen. plant. p. 151? colores certe conveniunt.

Habitat inter Fagos, autumnus, solitarius.

In prima ætate pileus campanulatus est, pyramidalis albo crasso stipiti impositus. In secunda convexus fit, stipes elongatur. In tertia vero pileus planus redditur & stipiti concolor. Constantes vero sunt in omni ætate lamellæ albæ, pilei color cinereus, superficies fuscis exiguis & plurimis papillis hirta, nec non nudus plenusque stipes.

9. AGARICVS pileo plano, vertice tumido, margine friato, lamellis crenatis, stipite volvato procero filamentoso nudo.

*An primus inter unicolores allos* MICHEL.

Gen. plant. p. 180? sed obstat fig. 2. Tab. 76.

Habitat circa *Idriam* inter Fagos, Augusto M. solitarius.

Pilei diameter uncialis, color albus homogeneous, vertex fuscus. Lamellæ molles, crenulatae. Stipes ad basim crassior, tenui volva exceptus, convergens, nudus, diametro pilei triplo longior.

A morte, quæ est tabes sine putredine, pileus murrinus redditur, excepto margine.

10. *AGARICVS* pileo plano, lamellis crispis, stipite procero cylindraceo fistuloso nudo.

*Fungus esculentus, albus, pileolo plano, viscidus, lamellis crispis.* MICHEL. Gen. plant. p. 145.

Habitat inter Betulas circa *S. Cantianum*.

Differt a priore, valvæ defectu, pileo viscido; Lamellis integris, crispatis; Stipite cylindrico, ad apicem squamoso.

11. *AGARICVS* pileo plano, lamellis basi transversim rugosis, stipite cylindraceo nudo.

#### *Varietates.*

(a) *Agaricus* pileo plano rubro, lamellis aureis basi transversim rugosis stipite rubro cylindraceo nudo.

*Fungus pileolo planiori, supra miniatus, inferne flavus.* HALL. Helv. p. 47. nomen certe convenit.

Habitat in *sylvis Idriensibus* Augusto, & Septembri M., solitarius.

Pileus coccineus, ætate expallescentis, in margine striatus. Lamellæ semper aureæ, transversis rugis ad basim conjunctæ.

(b) *Agaricus* pileo plano rubro, lamellis albis transversim basi rugosis, stipite rubro cylindraceo nudo.

*Agaricus; pileo orbiculari, carneo, in margine rugoso & striato, vertice tumido, petiolo carneo brevi.* GLEDITSH. meth. fung. p. 106?

Habitat ibidem.

Solo colore lamellarum, & stipite quandoque albo, a priore diversus est.

(c) *Agaricus* subterreus pileo plano, lamellis basi transversim rugosis, stipite papillari cylindraceo nudo,

Habi.

Habitat cum prioribus, rarior tamen.

Pilei diameter biuncialis, vertex tumidus, margo striatus in senio fuscus. Lamellæ subfolitariae. Stipes regularis, seu diametro pilei nihilo brevior, solidus, apice leniter dilatatus, luteis papillis hirtus.

12. AGARICVS pileo plano filamentoso, lamellis ramosis, stipite longo filamentoso nudo: apice dilatato, pleno.

Habitat in putridis lignis *Fodinarum Idriensium*, Octobri M. inventus.

Totus albus est; pileo quatuor & quinque linearum diametro; lamellis crassis ramosis exsuccis; stipite ad basim crassiore, cespitoso.

13. AGARICVS pileo plano, lamellis venosis.

Habitat in Faginis putrescentibus truncis, sæpius cespitosus.

Pileus pallide murinus, glaber, ficcus; triunciali diametro. Lamellæ albidæ, venosæ, latæ, non ramosæ. Stipes lamellis concolor, ad basim crassior, nudus, fractus, longus.

A morte, quæ est putredo verminosa, pilei color manet immutatus.

B. *Pileo convexo.*

14. AGARICVS pileo convexo striato, lamellis simplicibus, stipite volvato tuberoso pleno.

*Varietates.*

(a) *Agaricus* pileo convexo striato flavo, lamellis simplicibus albis, stipite albo volvato tuberoso pleno.

*Fungus viscidus, striatus, sordide luteus, albis lamellis.* HALL. Helv. p. 38?

Habitat circa *Idriam in die Struk.*

Pileus junior viscidus, adultior ficcus. Lamellæ carne pilei latiores. Stipes albus; apice striato.

- (b) *Agaricus* pileo convexo striato fusco, lamellis simplicibus albis, stipite albo volvato tuberoso pleno.

*Agaricus; volva exceptus, pileolo integerrimo, plano, glabro & subobsuro, lamellis cum crasso petiolo candidis, radice tuberosa. GLEDITSCH. meth. fung. p. 94.*

*Fungus e volva erumpens, pileolo superiora parte subobsuro, inferne albo, pediculo non anulato, pyramidato, pariter albo, radice tuberosa. MICHEL. Gen. Plant. p. 186.*

Habitat ibidem.

Pileus fuscus, amplus, naturaliter convexus. Lamellæ carne pilei latiores, a stipite recedentes, albæ, congestæ. Stipes albus, longus, pyramidatus; carne reticulato-cellulosa.

15. *AGARICVS* pileo convexo, lamellis ramosis, stipite volvato: volva gelatinosa.

Habitat circa *Labacium* prope *Prædium P. P. Societatis*. Octobri M.

Pileus terreus biunciali & triunciali diametro, denso glutine obductus, carne alba, spongiosa, lamellis crassiore. Lamellæ albæ, ramosæ, subdecurrentes. Stipes pollicis crassitie, albus, longus, volva gelatinosa exceptus, cui margo nondum explicati pilei, in prima ætate ita adhæret, ut anuli gelatinoso-filamentosi speciem referat.

16. *AGARICVS* pileo convexo verrucoso, stipite volvato anulato longo: anulo persistente lato.

Habitat circa *Labacium* in sylvis abjetinis, Octobri M. solitarius.

Pileus ochroleucus, verrucis exiguis asper, non striatus, fuscus, biunciali diametro. Lamellæ albæ, stipiti adnexæ. Stipes supra anulum persistentem albicans, infra subcarneus, floccosus. Ergo diversus ab *Agarico* primo.

17. *AGARICVS* pileo convexo glabro, stipite bulbofo anulato pleno: anulo filamentoso.

*Varietates.*

(a) *Agaricus* pileo convexo violaceo glabro, lamellis obscuris, stipite pileo concolore bulbofo anulato pleno: anulo filamentoso.

*Fungus bulbosus, pileolo complanato, livido-fusco, ad oras dilute violaceo, lamellis fulvis, pediculo supernæ Limbi pilei parti concoe,loranulo non durabili cincto.* MICHEL. Gen. plant. p. 181. idem videbur.

An hic *Fungus maior violaceus.* VAILLANT. Paris. p. 67? colores certe conveniunt, sed anuli nulla mentio fit.

Habitat in elatioribus abjetinis sylvis circa *Idriam*. Septembri M. solitarius & multiplex.

Pileus junior campaniformis, violaceus, ligatus anulo, adultior expallescit, anulum lacerat, convexus fit, florescentiæ tempore, ligneum fere colorem induit, & anulus evanescit. Lamellæ castaneæ colorem perpetuo retinent congestæ & sæpius dimidiatæ. Stipes diametro pilei raro longior, biuncialis, fæctus, & pileo concolor est.

(b) *Agaricus* pileo cinamomæo convexo glabro lamellis concolore, stipite albo bulbofo anulato pleno: anulo filamentoso.

*Fungus lamellis fulvis, pileo convexo terreo, anulo fugaci.* HALL. Helv. p. 53.

Habitat cum priore, sed nunquam cespitosus.

Pileus prioris, sed colore biscocti panis, albaque carne. Lamellæ sæpius integræ, carne pilei angustiores. Stipes albus, medullam ab insectis ita lætam habet, ut fistulosus videatur.

(c) *Agaricus* pileo ochroleuco convexo glabro, stipite albo bulbofo anulato pleno: anulo filamentoso.

An

An hic *Fungus raphanum simulans* . . . pediculo anulo fugaci cinêto, ad radicem - crassescente.

MICHEL. Gen, pl. p. 179?

Habitat inter Fagos *Carniolæ* frequens.

Pilei diameter biuncialis & major, caro alba crassa. Lamellæ pileo pallidiores. Stipes albus, diametro pilei raro longior; solitarius.

(d) *Agaricus* pileo convexo glabro luteo, lamellis obscurioribus, stipite bulboso anulato pleno: anulo filamentoso.

Habitat cum Var. (c), & forte idem.

Interdum lamellæ pileo, concolores sunt, tuncque anuli filamenta alba apparent, quæ in prioribus varietatibus cinamomi colorem habent.

18. AGARICVS pileo convexo, stipite bulboso nudo pleno.

### Varietates.

(a) *Agaricus* luteus pileo convexo papillari, stipite bulboso nudo pleno.

Habitat in putridis foliis Faginis, Septembri M. solitarius.

Pileus fuscis papillis asper. Stipes similiter papillaris, aliquando tamen glaber.

(b) *Agaricus* luteus pileo convexo lævi, stipite bulboso nudo pleno.

*Fungus - paleacei coloris, pileolo pulvinate, lamellis crebris perangustis.* MICHEL. Gen. plant. p. 147. nostrum refert.

Habitat in elatioribus sylvis. Septembri M.

Pilei caro crassa, pallidior, cito putrescens. Lamellæ continuæ. Stipes longus, firmus, in senio a vermibus ita exesus, ut fistulosus videatur.

(b) *Agaricus* albus pileo convexo, lamellis ramosis, stipite bulboso nudo pleno.



Habitat in pascuis montanis. Octobri M. semper cespitosus.

Pileus viscidus, diametro vix unciali. Lamellæ ramoiæ, remotæ. Stipes uncialis, calami fere crassitie.

(c) *Agaricus fulvus*, pileo convexo, stipite bulboso nudo pleno.

Habitat inter Fagos & abietes circa *Idriam* & *Schwazenberg*. Septembri M. solitarius.

Pilei diameter biuncialis, vertex obscurior. Lamellæ minus splendentes. Stipes longus.

(d) *Agaricus* pileo convexo subrubro viscido, lamellis cum bulboso nudo & pleno stipite albis.

Habitat circa *S. Centianum*. Octobri M. solitarius.

Diameter pilei biuncialis. Lamellæ congestæ, carne alba pilei latiores.

(e) *Agaricus* pileo convexo albo, vertice fusco, lamellis subluteis, stipite obscure rubro bulboso nudo pleno.

Habitat in Fagi foliis putrescentibus. Octobri M.

Magnitudo Var. (b) Sed pilei margo lividus, caro alba nec facile putrescens; Stipes ad basim crassiflorem in spiræ modum intortus.

(f) *Agaricus* pileo convexo terreo lamellis concolore, stipite albo furfuraceo bulbo nudo pleno.

Habitat in foliis putridis. Augusto M. sæpius cespitosus.

Pileus fuscus. Stipes pilei diametro nihilo longior.

19. *AGARICVS* pileo convexo, stipite bulboso fistuloso nudo.

#### *Varietates.*

(a) *Agaricus* pileo convexo vario, lamellis in flavum succum diffluentibus, stipite bulboso fistuloso nudo.

Habi-

Habitat inter Fagos & Abietes *Carniolæ superioris*.  
Septembri M.

Pileus uncialis diametri, ruber dein croceus, tandem flavus. Lamellæ fordide flavæ, demum difluentes. Stipes lamellis concolor, bulbo albo sphaerico, florescentiæ tempore fistulosus.

(b) *Agaricus* pileo convexo candido, lamellis subluteis, stipite pileo concolore bulboso fistuloso nudo.

Habitat in *sylvis Idriensibus*, perpetuo solitarius.

Pilei margo subundatus, caro alba. Lamellæ aquose luteæ, Stipes longus, biuncialis.

(c) *Agaricus* pileo convexo flavescente, lamellis albis, stipite pileo concolore bulboso fistuloso nudo.

Habitat in Pineto prope *Neustift* circa *Reifnitz*.  
Octobri M.

Pileus ficcus, uncialis diametri. Stipes brevis, calamo crassior.

20. AGARICVS pileo convexo, stipite ovato nitido filamentoso.

Reperi in *sylva Padersgraben* circa *Idriam*; Septembri M. sæpius cespitosum.

Pileus obsolete flavus, ficcus. Lamellæ cinnamomi colore, sæpius dimidiatæ, solitariae. Stipes ventricosus, pileo concolor, splendens, filamentosus, brevis.

21. AGARICVS pileo convexo villosus, lamellis venosis, stipite procero pyramidali villosus nudo.

Habitat in Agaricis putrescentibus intra cubilia.

Pileus candidissimus, villo brevi sericeæ prostrato pubescens, trium vel quatuor linearum diametro. Lamellæ fuscae, remotæ. Stipes uncialis, longiore villo canescens, albus, medulla fusco-violacea præditus, plenus nudusque.

22. AGARICVS pileo convexo, stipite cylindrico anulato pleno.

*Varie-*

## Varietates.

- (a) *Agaricus* albus tener, pileo convexo viscido, stipite cylindrico anulato pleno sæpius cespitoso.

*Fungus albus, laminis tenerioribus, sæpe viscidus.* HALL. Helv. p. 35.

*Fungus albidus, splendens, ex uno pediculo multiplex.* TOURNEF. Inst. p. 559. VAILLANT. Paris. p. 64.

Habitat in dejectis & putridis Fagorum truncis.

Pileus biuncialis diametri, vel leniter agitato stipite diu tremens, glutine denso, nitido, frigidissimo obductus, ad oram leniter striatus. Lamellæ carne pilei latiores, minus viscido, tenerrimæ, solitariae, sæpius abruptæ. Stipes diametro pilei longior, in prima ætate ad basim crassior, demum cylindricus, anulo permanente cinctus, plerumque ex eadem basi multiplex. Ergo neque est *Fungus nemorosus* - - MICHEL. *Gen. plant.* p. 145. qui solitarius & nudo stipite præditus, neque *alpinus* - - EJUSDEM. pag. 190. qui pediculum pariter nudum, & pileum minime striatum gerit; ut censet Cl. HALLER. *l. c.*

- (b) *Agaricus* pileo convexo ceruleo, centro acuminato, lamellis umbrinis, stipite pileo concolore cylindrico anulato pleno.

Habitat inter Fagos in *Struk* circa *Idriam*, solitarius. Septembri M.

Facies prioris, sed pileus vertice in acumen fastigiatus, ad oram non striatus, minus viscidus, & amplior.

- (c) *Agaricus* pileo convexo papillari rubro, lamellis rubris, stipite cylindrico anulato pleno, infra anulum album persistentem pileo concolore.

Habitat in sylvis circa *Idriam*. Septembri M. cespitosus.

Papillæ fuscæ in pileo & stipite. Stipes supra anulum albicans.

(d)

(d) *Agaricus* pileo convexo flavo viscido, lamellis pallidioribus, stipite papillari cylindrico anulato pleno, basi rostrato.

Habitat in Monte S. *Marie Magdalene*; solitarius.

Pileus primo hemisphæricus, dein convexus, glaber, carne alba lamellis crassiore. Lamellæ pallide luteæ. Stipes pileo concolor, longus, anulo lacero fugaci cinctus.

(e) *Agaricus* pileo convexo croceo, stipite cylindrico anulato pleno nitido squamoso flavo.

Habitat inter Fagos *Kuhille* circa *Adriam*, semel tantum Septembri M. nec alibi inventus.

Pilei caro flava, lamellis concolor; anulus persistens; stipes solitarius.

23. *AGARICVS* pileo convexo, stipite cylindrico anulato fistuloso.

Habitat in canosis Fagorum truncis. Septembri M.

Pileus triunciali diametro, viscidus; lamellis carne angustioribus, tenuibus, congestis, continuis. Stipes longus, anulo durabili cinctus.

24. *AGARICVS* pileo convexo, stipite cylindrico fistuloso nudo.

### *Varietates.*

(\*) *Pileo glabro.*

(a) *Agaricus* luteus cespitosus, pileo convexo glabro, stipite cylindrico fistuloso nudo.

An *Fungus - rupicaprii coloris - pediculo cylindrico*. MICHEL. Gen. plant. p. 191?

Habitat ad radices Malorum Septembri M.

Solo flavo homogæneo colore differt a Var. (c)

(b) *Agaricus* albus, pileo convexo glabro viscido, stipite cylindrico fistuloso nudo.

*Agaricus* : candidus, pileolo plano & viscido, lamellis paucis & angustis, petiolo fistuloso. GLEDITSCH. meth. fung. p. 119.

*Fungus nivei candoris æmulus, viscidus, lamellis parvis, rarioribus, pediculo fistuloso.* MICHEL. Gen. plant. p. 145.

Habitat in fylvis Abietinis frigidioribus. Octobri M. solitarius.

Pilei diameter uncialis, Lamellæ continuæ.

(c) *Agaricus cespitosus, pileo convexo glabro luteo, lamellis viridibus solitariis, stipite cylindrico fistuloso nudo, pileo concolore.*

*Fungus mediæ magnitudinis, pileolo superne e ruffo flavescente, lamellis subtus sordide virentibus.*

RAJI Hist. 3. p. 7. VAILLANT. Paris. p. 71.

Habitat in hortis & pomariis cum Var. (a),

Lamellæ congestæ, solitariæ, atro feminali polline adspersæ. Stipes procerus, apice striatus.

(d) *Agaricus pileo convexo flavo, stipite rubro cylindræo fistuloso nudo.*

*Fungus pileolo hemisphærico, croceo inferne lamellis & pediculo rubris.* MICHEL. Gen. plant. p. 159.?

Habitat in fylvis *Idriensibus*, ad arborum radices hypno tectas. Septembri M. solitarius.

Pileus quatuor & quinque linearum diametro, flavus, vertice croceo. Stipes ruber, lamellis concolor, procerus, tenuis.

(e) *AGARICVS flammeo-croceus, demum flavescens, pileo convexo, stipite cylindrico fistuloso nudo.*

Habitat in herbis umbrosisque fylvis; Octobri M. solitarius.

Pilei diameter vix uncialis. Stipes duplo longior.

(f) *AGARICVS pileo convexo subrubro, lamellis albis, stipite pileo concolore cylindrico fistuloso nudo.*

Habitat cum priore, solitarius.

Pileus ad oram leviter striatus. Lamellæ solitariae.

(g) *AGARICVS* pileo convexo & lamellis roseis, stipite albo cylindrico fistuloso nudo.

Habitat inter Fagos. Septembri M. solitarius.

Pileus viscidus, unciali diametro. Lamellæ continuæ.

(h) *Agaricus* aureus, pileo convexo viscido, lamellis crenatis, stipite cylindrico procero fistuloso nudo.

*Fungus parvus, lubricus, aureus, lamellis raris amplioribus, pediculo crassiore.* MICHEL. Gen. plant. p. 147. sed parvum dicit.

Habitat circa *Idriam*. Septembri M.

Pileus carnosus, lubricus. Lamellæ tandem solitariae. Stipes pollicis crassitie, apice attenuatus.

(\*\*) *Pileo filamentoso.*

(i) *Agaricus* pileo convexo papillari flavo, stipite concolore filamentoso cylindrico fistuloso nudo.

Habitat inter Fagos, Octobri M. solitarius.

Pileus flavescens, mollis, vertice fusco, floccosus, carne incorruptibili. Lamellæ albæ, amplæ, continuæ. Stipes longus, papillaris.

(l) *Agaricus* pileo convexo villoso, stipite cylindrico fistuloso nudo.

Habitat cum priore, solitarius.

Color fordide ruber, homogeneous. Pileus superne hispidulus.

(\*\*\*) *Pileo squamoso.*

(m) *Agaricus* pileo convexo, crassis squamis aspero, stipite cylindrico striato nitido fistuloso nudo.

Habitat in sylvis elatioribus circa *Hydriam*. Octobri M. solitarius.

Distin.

Distinguitur a fociis ob paucas sed crassas squamas quæ in pileo semper adfunt flavescente. Lamellæ vero obscure virides; stipes autem flavus est & solitarius.

25. AGARICVS pileo convexo, stipite nudo cylindraceo pleno.

*Varietates.*

(\*) *Pileo glabro.*

(a) *Agaricus luteus*, pileo convexo, lamellis congestis, stipite nudo cylindraceo pleno.

*Fungus esculentus, paleacei coloris, pileolo pulvinato, lamellis crebris, tenuissimis perangustis.*

MICHEL. Gen. plant. p. 147.

Habitat in putridis lignis. Septembri M.

Pilei vertex fuscus, diameter uncialis. Lamellæ crebræ, continuæ. Stipes longus.

(b) *Agaricus* pileo convexo paleaceo tenui, lamellis murinis, stipite nudo cylindraceo pleno, pileo concolore.

Habitat ad radices antiquarum Abietum. Octobri M. solitarius.

Pileus unciali diametro, in senio quasi rugosus. Stipes ab initio rubore tinctus, demum flavescentis, longus.

(c) *Agaricus* pileo convexo & lamellis flavis, stipite albo nudo cylindraceo pleno.

Habitat inter Fagos. Augusto M. solitarius.

Pilei diameter uncialis. Lamellæ congestæ, continuæ.

(d) *Agaricus* pileo convexo, ex flavo & rubro mixto, lamellis lividis, stipite nudo, pileo concolore cylindraceo pleno.

Habitat circa *Idriam*. Septembri M.

Diameter pilei uncialis & paulo plus, cutis ficca, glabra. Lamellæ folitariae. Stipes apice flavus, alibi pileo concolor.

(e) *Agaricus* pileo convexo cinereo ficco, lamellis continuis albis, stipite æquali nudo cylindraceo pleno, pileo concolore.

Habitat in Faginis fylvis. Septembri M. solitarius.

Pileus biunciali diametro. Stipes femiunciam crassus.

(f) *Agaricus* pileo convexo viridi, lamellis cum æquali nudo cylindraceo pleno stipite albis.

*Fungus esculentus, pileolo pulvinato, desuper e luteo virescente, inferne lamellis & pediculo albis.*

MICHEL. Gen. plant. p. 152.

Habitat in fylvis Carniolæ superioris. Septembri M. solitarius.

Pileus, lamellæ, & stipes prioris, sed colores diversi.

(g) *Agaricus* pileo convexo absolute roseo, lamellis cum procero nudo cylindraceo pleno stipite flavis.

Habitat inter Abietes sylvarum Idriensium. Octobri M. solitarius.

Pileus biunciali diametro. Lamellæ congestæ, carni pilei concolores. Stipes procerus.

(h) *Agaricus* pileo convexo murino, lamellis albis, stipite nudo cylindraceo pleno, pariter albo.

Habitat circa Neustift. Octobri M.

Pileus ficcus, unciali diametro. Lamellæ continuæ. Stipes longus.

(i) *Agaricus* pileo convexo obscure flavo demum atro, lamellis luteis dente notatis, stipite viridi nudo cylindraceo pleno.

Habitat in pascuis elatioribus inter Juniperos. Septembri M. solitarius.



Eleganti Fungo est Pileus diametro fere unciali, centro nonnihil depresso, obscure luteus, carne viridi. Lamellæ carne pilei latiores. Stipes virens cum immixta flavedine, longus. Ante mortem, quæ cito subrepat, pileus niger redditur, corrugatur & siccus fit.

(k) *Agaricus* pileo convexo nigro, lamellis cum pro-cero nudo cylindræo pleno stipite griseis.

Habitat cum priore. Octobri M. solitarius.

Pileus non striatus, unciali diametro. Lamellæ continuæ. Stipes procerus, lamellis concolor.

(\*\*) *Pileo filamentoso.*

(l) *Agaricus* pileo convexo filamentoso rubro, lamellis rubris, stipite flavo nudo cylindræo pleno.

Habitat inter Betulas, aridis in locis, circa *S. Cantianum*. Octobri M. solitarius.

Pilei diameter uncialis, cuticula filamentosa, color ex fulvo-ruber. Lamellæ saturatiores, continuæ. Stipes æqualis.

(m) *Agaricus* pileo convexo filamentoso rubro, lamellis albis, stipite cæruleo nudo cylindræo pleno.

Habitat inter Fagos *Kubillæ* prope *Idriam*. Septembri M. solitarius.

Pileus sordide ruber, vertice fusco. Lamellæ sæpius dimidiatæ. Stipes procerus, apice dilatatus.

26. *AGARICVS* pileo convexo, lamellis basi rugosis, stipite cylindrico fulcato pro-cero fistuloso nudo.

Habitat circa *Labacium*. Octobri M. solitarius.

Pileus quasi cinereus. Lamellæ albidæ, ex uno principio plures, transversis rugis ad basim unitæ. Stipes compressus, ruber, longus.

27. *Agaricus* pileo convexo, lamellis ramosis.

*Varietates.*

- (a) *Agaricus* albus, pileo convexo viscido lamellis ramosis stipite cylindraceo nudo procero tandem fistuloso.

Habitat circa *S. Cantianum*, prope arcem *Auersperg*.  
 Octobri M. Stipitis apex squamosus est.

- (b) *Agaricus* albus pileo convexo sicco, lamellis ramosis obtusis, stipite cylindraceo longo; apice attenuato.

Habitat circa Idriam in Nemore *Terpina rupa*,  
 sub finem Septembris, solitarius rarusque.

Pileus carnosus valde. Lamellæ basi latiores.

- (c) *Agaricus* pileo convexo viscido, lamellis ramosis decurrentibus umbrinis crassis, stipite cylindraceo flavo brevi.

Habitat circa *Labacium*, inter Abietes. Octobri  
 M. solitarius.

Pileus flexilis albus, maculis atris in senio notatus, carne alba lamellis crassiore. Stipes biuncialis, diametro pilei tamen brevior; medulla subrubra.

- (d) *Agaricus* pileo convexo filamentoso sicco, lamellis ramosis crispis, stipite brevi: basi acuminato.

Habitat in elatioribus asperisque sylvis Idriensibus. Septembri M.

Pileus fuscus, sublobatus, palmari diametro. Lamellæ albidæ, continuæ.

Stipes lamellis concolor, crassissimus, diametro pilei brevior.

*C. Pileo Ovato.*

28. *AGARICVS* pileo ovato striato, lamellis difluentibus, stipite fistuloso nudo.

*Varietates.*

- (a) *Agaricus* cespitosus, pileo typhiformi, lamellis difluentibus, stipite fistuloso nudo procero: basi attenuato.

Habi-

Habitat in antris subterraneis *Fodinarum Idriensium*, ad putrida ligna *in die Josephi Stollen*. Aprili M.

Pileus oblongus, albus, striatus, demum ovatus, femiuncialis, tres lineas crassus, carne vix ulla. Lamellæ Caffæ colore, marginibus cinereus, tenerrimæ & integræ. Stipes divergens, longissimus, pileo concolor.

(b) *Agaricus* cespitosus pileo ovato striato, lamellis difluentibus, stipite cylindrico fistuloso anulato longo: anulo fugaci.

*Fungus in arenosis nascens, ex uno pede multiplex, pileolo cucullato, e glauco-argenteo, splendente, inferne lamellis amplioribus, nigris, pediculo fistuloso. MICHEL. Gen. plant. p. 200?*

*Fungus multiplex, ovatus, cinereus. VAILLANT. Paris. p. 73. Fab. 12. fig. 10. 11. omnino.*

Habitat in herbidis & asperioribus pascuis circa *Wekerische*, verno tempore.

Pileus semper ovatus, cuticula sicca, filamentosa. Stipes anulo tenui fugacissimo cinctus. Lamellæ congestæ, in atrum succum difluentes.

#### D. *Pileo campanulato.*

29. *AGARICVS* pileo campanulato pulverulento striato, vertice lævi tumido, lamellis demum atris, stipite cylindræo procero fistuloso.

#### *Varietates.*

(a) *Agaricus* cespitosus, pileo campanulato obsolete flavo pulverulento striato, vertice lævi tumido, lamellis demum atris difluentibus, stipite cylindræo fistuloso procero candicante.

Habitat prope truncatas falices, herbidis in locis, inter *Urbem Labacensem & fontem benedictum*, ad viam publicam. Octobri M. passim.

Pileus ovatus, demum campanulatus, fordide flavus, digiti longitudine, latitudine vero biunciali. Lamellæ albæ, teneræ, mox rubræ, inde fuscæ, denique nigræ, atro & digitos inficiente polline onustæ, ac brevi postea in atrum, viscidum, tinctorium succum diffluentes. Stipes albus, nudus, immutabilis.

(b) *Agaricus* cespitosus pileo campanulato obsolete flavo, pulverulento, striato: vertice glabro tumido, lamellis demum atris, feminale pollen explodentibus, stipite subulato procero fistuloso.

Habitat in putridis lignis, & hortis, sed abunde in *scala Arcis Idriensis* æstate & autumno.

Pileus multo minor. Lamellæ non prius diffluentes, quam ubi pollinem fuscum, ficcum, tenuissimum cum sensibili sonitu (qui Pictorem dum Fungum hunc delineabat, exterruit) disperferit.

(c) *Agaricus* solitarius pileo campanulato albido pulverulento striato; vertice glabro tumido, lamellis demum atris diffluentibus, stipite fistuloso procero; basi rostrata.

*Agaricus; volva exceptus, pileolo campanulato, striato, vertice lævi, petiolo anulato, cylindrico fistuloso, in basim rostratam desinente.* GLEDITSCH. Meth. fung. p. 89.

*Fungus simetarius, pileolo undique & utrinque striato, cinereo aut murino, pediculo lanuginoso & fistuloso, albo.* MICHEL. Gen. plant. p. 167.

HALL. Helv. p. 42.

Habitat in stercore bovillo.

Pileus tener, tenuissimus. Lamellæ rariores. Stipes basi squamosa & rostrata, anulo nullo, vel fugacissimo.

(d) *Agaricus* solitarius, pileo campanulato lanuginoso striato griseo, lamellis demum atris diffluentibus, stipite procero fistuloso, anulo fugaci cincto.

*Fungus sterquilinus, ex albo griseus, pileolo striato, ac in superficie lacero, vertice nigricante, pediculo cylindrico, albo griseo, anulo fugaci cincto.* MICHEL. Gen. plant. p. 181. Tab. 80. fig. 3. bene. Sed & cæteri ejusdem Fungi sterquilini & fimetarii ad hanc vel priorem varietatem pertinent.

*Agaricus; pileolo campanulato, contracto, striato & villoso, lamellis tenuissimis; petiolo cylindraceo, anulo fugaci distincto, vel nullo.* GLERDISTCH. Meth. fung. p. 122.

*Fungus typhoides.* VAILLANT. Paris. p. 72.

Habitat in acervis fimi, ex putrefactis vegetabilium ramis aut foliis ortus; solitarius.

Primo est hemisphæra sessilis, alba, parva, floccosa, quæ sensim elevata petiolo infidet, & tunc ovata fit, lamellis albis. Eadem excrescens, floccos e pileo sensim demittit, striatum efficit, & campanulatum; stipites cylindricus, fistulosus, longus, basi latiore & floccosa præditus est. Lamellæ fiunt fuscæ, dein atræ, tandem vero in atramentum resolvuntur. Vita huic fungo brevis est, vix quatuor dierum.

30. AGARICVS pileo campanulato lævi, lamellis persistentibus, stipite nudo procero cylindræo fistuloso.

*Varietates.*

(a) *Agaricus albus, pileo campanulato lævi, lamellis remotis, stipite nudo procero cylindræo fistuloso.*

*Fungus minimus, candidus, pileolo galericulato, pediculo præalto, angustissimo, vix perforato.* MICHEL. Gen. plant. p. 146. Tab. 73. fig. 5.

Habitat in sylvis, inter Hypna, ad arborum truncos, & radices, non rarus solo colore differt ab iis, qui sequuntur.

- (b) *Agaricus cinereus*, pileo campanulato lævi, lamellis persistentibus remotis, stipite nudo procero cylindraceo fistuloso.

*Fungus griseus, gracillimus, pileolo galericulato, pediculo lineam crasso, præalto, fistuloso.* MICHEL. Gen. plant. p. 147.

Habitat cum priore.

Facies ejusdem, sed color diversus.

- (c) *Agaricus lignei coloris*, pileo campanulato lævi, lamellis persistentibus, stipite nudo procero cylindraceo fistuloso.

Habitat ibidem.

Paulo major est, & lignei coloris, cæterum idem.

- (d) *Agaricus ochroleucus*, pileo viscido campanulato lævi, lamellis persistentibus, stipite nudo procero cylindraceo fistuloso.

*Agaricus; pileo plano, viscido, citrino & splendente, vertice in conum acutum fastigiato; lamellis rarioribus.* GLEDITSCH. Meth. fung. p. 109.  
Sed pilei planities naturalis non est.

*Fungus luteus, pileolo hemisphærico, & a medio ad peripheriam striato, pediculo altiori, fistuloso.* MICHEL. Gen. plant. p. 170?

Habitat ad arborum muscosas radices, & truncos, Autumno frequens.

Pileus hemisphæricus, viscidus, plus minus striatus, semiunciali diametro. Lamellæ rariores, sæpius abruptæ. Stipes longissimus, viscidus, solitarius.

- (e) *Agaricus* pileo campanulato viscido, vertice glabro, ad oram striato, luteo, lamellis albis, stipite croceo nudo procero cylindraceo fistuloso.

*Fungus viscidus ex albo flavus, pileolo conico, pediculo gracili.* HALL. Helv. p. 47.

Habitat in putridis foliis. Septembri M., solitarius.

Pileus subconicus, vertice fusco. Stipes ad basim Byffo septus alba, lanuginem referente.

- (f) *Agaricus* pileo subcinereo viscido campanulato, vertice lævi, ad oram striato, lamellis albis, stipite nudo procero cylindraceo fistuloso pileo concolore.

*Fungus totus albus, pileolo extinciorii forma, vertice peracuto, ad oras striato, pediculo longo, cylindrico, fistuloso. MICHEL. Gen. plant. p. 169. forte?*

Habitat inter Muscos ad abietum radices. Septembri M, solitarius.

Pileus conicus; vertice tumido.

Harum varietatum ingens copia, spurias species plurimas genuit; sed neque hos, qui sequuntur, specie diversos esse puto.

- (g) *Agaricus* pileo flavo campanulato lævi, lamellis umbrinis, stipite nudo procero cylindraceo fistuloso pileo concolore.

Habitat in udis & semiputridis parietibus. Æstate, multiplex.

Pileus hemisphæricus, semiunciali diametro. Lamellæ umbrino-virides. Stipes biuncialis.

- (h) *Agaricus* pileo fusco campanulato levi, stipite nudo procero cylindraceo fistuloso flavo cespitoso.

*Fungus multiplex, campaniformis, colore castaneo. VAILLANT. Paris. p. 73. Tab. 12. fig. 3. 4. omnino.*

Habitat in putridis truncis sylvæ *Isherni possenik*, æstate & autumnno adeo cespitosus ut ultro triginta ex una basi prodeant.

Descriptionem lege apud VAILLANTIVM. l. c.

- (i) *Agaricus* pileo cervino campanulato lævi, lamellis concolore, stipite obscure rubro nudo procero cylindraceo fistuloso.

Habitat in ficcioribus pascuis. Septembri M. folitarius.

Pileus hemisphæricus, semiunciali diametro, fuscus, non striatus. Lamellæ demum atræ, tenuis. Stipes quinque uncias non raro longus, tenuis, saturre ruber.

31. *AGARICVS* pileo campanulato lævi., stipite fetaceo procero caudato.

*Varietates.*

(a) *Agaricus* pileo coccineo campanulato lævi, lamellis cum procero fetaceo caudato stipite albis.

An *Fungus parvus*, pileolo - *Amaranthi* colore, lamellis - & pediculo albis. MICHEL. Gen. plant. p. 155?

Habitat in humo vegetabili, inter Fagos *Kubilla*, circa *Idriam*; Majo M. folitarius.

Pileus *Cannabis* femine nihilo major, hemisphæricus, non striatus, splendide coccineus. Stipes filo longo similis, tenerrimus, longa cauda radicans.

(b) *Agaricus* pileo albo substriato campaniformi, lamellis cum procero fetaceo caudato stipite pariter albis.

*Agaricus*; exiguus, albus, pileolo hemisphærico; petiolo fetaceo, longissimo. GLEDITSCH. Meth. fung. p. 120.

*Fungus minimus*, candidus, pileolo hemisphærico, pediculo altiori, capillaceo. MICHEL. Gen. plant. p. 147. Tab. 73. fig. 4. sic putat. Cl. GLEDITSCH. sed specimen nostrum non omnino convenit.

Habitat inter *Hypna*, ad arborum radices. Septembri M. folitarius.

Priore minor, colore diversus, cæterum idem.

Dubius sum, num uterque a specie 30. vere differat.



32. **AGARICVS** pileo campanulato papillari, lamellis crenatis, stipite longo cylindraceo nudo.

*Fungus minor, pilei superficie flocculis fuscis villosa.* VAILLANT. Paris, Tab. 13. fig. 4.

Habitat in sylvis circa *Idriam*, rarus & solitarius.

Lamellæ pileo concolores. Stipes subruber.

33. **AGARICVS** pileo campanulato filamentoso, stipite procero anulato pleno.

Habitat inter Abietes sylvarum *Foro Julii* finitimarum; Autumni tempore, solitarius.

Pilei diameter uncialis, cutis lacero-filamentosa. Lamellæ albæ. Stipes triuncialis, pileo concolor, basi tenuior, curvus, anulo filamentoso fugaci cinctus.

*E. Pileo plicato.*

34. **AGARICVS** pileo plicato membranaceo, lamellis remotis, stipite procero capillaceo nudo.

*Varietates.*

- (a) *Agaricus* pileo plicato membranaceo fastigiato, lamellis remotis, stipite rubro procero capillaceo nudo.

*Fungus parvus pediculo tenui, longo, firmo, lento, pileolo in medio fastigiato, striis exterius apparentibus.* RAY. Hist. I. p. 98. BOERRHAV.

Ind. alt. p. 12. HALL. Helv. p. 35.

Habitat in putridis Foliis Abietum & Fagorum: sæpius cespitosus.

Mihi pileus est palleacei coloris, vertice acuto, tumido, lamellis concolor. Stipes ruber, præaltus.

- (b) *Agaricus* pileo convexo plicato membranaceo, lamellis remotis, stipite nigro procero capillaceo nudo.

*Agaricus; pileo striato, hemisphærico, parvo, lamellis angustissimis, paucis; petiolo capillaceo altissimo.*

tiffono. GLEDITSCH. Meth. fung. p. 108. BOEHMER. Lips. 797.

*Agaricus stipitatus albus, pileo plicato membranaceo, stipite nigro.* LINN. Fl. Svec. 1034. Spec. plant. 1175. DALIB. Paris. p. 374.

*Agaricus pileo candicante, lamellis paucis, pediculo fusco, splendente.* VAILLANT.. Paris. p. 69. Fab. 11. fig. 21. 22. 23. MICHEL. Gen. plant. p. 168. qui non hunc sed plures alios eidem similes, vidit HALL. Helv. p. 37.

Habitat in ramulis aridis, putridisque foliis. Æstate & Autumno frequens, & semper solitarius.

Pileus minime fastigiatus, albus, fere hemisphæricus. Stipes fusco-ruber, splendens, denique niger.

(c) *Agaricus pileo convexo plicato membranaceo tenero, lamellis remotis, stipite procero capillaceo nudo lamellis concolore.*

Habitat in corticibus arborum; perpetuo solitarius.

In salice albus; in quercu pariter albus, sed roseo vertice; in Pyro & Fago cinamomæus; in Pruno cinereus, lamellis albis.

d) *Agaricus pileo campanulato plicato membranaceo, lamellis remotis, stipite nudo procero capillari.*

*An fungus minimus, totus albus, pileolo hemisphærico, utrinque striato, lamellis rarioribus.* MICHEL. Gen. plant. p. 166. Tab. 80. fig. 11?

Habitat in cariosis Fagorum truncis; non raro multiplex.

Totus albus est; pileo ad verticem leniter depresso; lamellis arcuatis, integerrimis, anulo proprio insertis, ut in Fig. 7. MICHEL. Tab. 79, quem apex stipitis uncialis subit, cujus color albus, in nigrum ante mortem transit.

35. *AGARICVS* pileo plicato lobato, lamellis ramosis decurrentibus.

*Varietates.*

- (a) *Agaricus* luteus, pileo plicato lobato, lamellis venosis ramosis decurrentibus.

*Agaricus*; luteus, pileolo turbinato, in margine anguloso, laciniato, & varie contorto, lamellis crassis, venosis, ramosis & crispis. GLEDITSCH. Meth. fung. p. 103.

*Agaricus stipitatus*, lamellis ramosis decurrentibus. LINN. Fl. Svec. 1049. spec. plant. p. 1171. DALIB. Paris. p. 364.

*Merulius flavus*, oris contorsis & laceris. HALL. Helv. p. 33.

*Fungus angulosus* & velut in lacinias seclus. C. BAUHIN. Pin. p. 371. VAILLANT. Paris. p. 60. Tab. 11. fig. 14. 15. optime.

Carniol. *Lefitshe*.

Habitat in sylvis omnibus, Augusto & Septembri M. solitarius.

Fungus est flavus, fibrosus & firmus, fero putrescens, colorem constanter retinens; pileo ad medium depresso, margine varie lobato, inciso, & plicato; lamellis venosis, ramosis, per petiolum brevem cylindricum teretiuseculum decurrentibus.

Pulcherrimam iconem VAILLANTII miror non citari a GLEDITSCHIO seducto forte a MICHELIO, qui eam neutro ex Fungis luteis acribus non lactescens, certo adaptavit.

Ab Agaricis separavit HALLERVS; cum dubio conjunxit GLEDITSCHIVS; Ego vero cum LINNÆO Agaricis, tutissime accenseo; Vidi enim has venas in verissimas lamellas mutatas fuisse, prout econtra lamellas Agarici deliciofi LINNÆI, in venulas degenerasse.

Cele.

Celeber. **GLEDITSCHIVS** vim deleteriam huic Agarico tribuit; Ego vero in variis regionibus, neminem hominum, eo fungo, quomodocunque demum cocto, sæpius saturatorum, læsum unquam observavi.

(b) *Agaricus* cespitosus luteus, pileo plicato lobato, lamellis venosis ramosis, stipite procero.

*Fungus minimus, flavescens, infundibuli forma.*

VAILLANT. Paris. Fab. II. fig. 9. 10.

Habitat in arborum truncis muscosis. Augusto & Septembri M.

Stipes crassus, teres, subulatus, flavus, glaber, ad basim bysso septus, post aliquot horas ex apice dilatato pileum explicat exiguum, planiusculum, lamellis ortum. Dein stipes flexuosus, pileolus vero fuscoluteus, vertice cavus, ad oram fornicatus & integer redditur, quo tempore lamellæ venosæ, ramosæ, per petiolum decurrunt multæ. In hoc statu novas proles ex eadem basi profert eandem ludentes scenam. Fructificationis tempore pilei margo erectus, lacinia-tus, lobatus fit, qualem pinxit diligentissimus VAILLANTIVS l. c.

(b) *Agaricus* plerumque multiplex, pileo fusco plicato lobato, lamellis venosis ramosis decurrentibus flavis, stipite compresso brevi pariter flavo.

Habitat in cariosis abietinis truncis. Septembri M.

Pileus Variet. (a), sed amplior & fuscus. Lamellæ venosæ.

(d) *Agaricus* pileo flavo plicato lobato, lamellis ramosis decurrentibus fulvis, stipite flavo brevi.

Habitat circa *Labacium* inter Abietes. Octobri M. solitarius.

Facies Variet. (a) & idem forte, sed verissimæ latæ ramosæ lamellæ.

F. *Pileo Concavo.*

36. *Agaricus* pileo infundibuliformi coriaceo hispido, margine deflexo, lamellis decurrentibus, stipite brevi nudo.

Habitat in trabibus & asseribus antiquis; Verno tempore, cespitosus.

Fungi substantia, sicca, solida, incorruptibilis, vere coriacea. Pileus infundibuli forma, floccis numerosissimus asper, & lignei coloris est. Lamellæ integerrimæ, per stipitem album, semiuncialem, nudum, factum & glabrum, diu decurrunt, pileo concolores.

37. *Agaricus* pileo infundibuliformi glabro; margine erecto lobato, stipite brevi nudo.

Habitat in Faginis sylvis, in *Struk*, prope *Idriam*. Octobri M. sæpius cespitosus.

Color homogeneous, sature ruber. Magnitudo prioris. Superficies glabra.

Pileus quasi inversus in omni ætate. Stipes brevis, cylindricus plenus.

38. *AGARICVS* pileo concavo glabro, stipite cylindrico anulato procero: anulo filamentoso.

Habitat in sylvis circa *Idriam*. Septembri M. folitarius.

Color violaceus, Pileus primo convexus dein concavus. Lamellæ remotæ, crassæ, subdecurrentes. Stipes diametro unciali pilei, triplo longior, ad basim tenuior, plenus, in senio fistulosus, anulo fugaci filamentoso cinctus.

39. *AGARICVS* pileo concavo, sæpius lactescente: margine deflexo, lamellis ramosis, stipite nudo cylindræo.

*Varietates.*

(a) *AGARICVS* pileo sulphureo concavo lactescente, lamellis pallidioribus ramosis, stipite lacunato fistuloso brevi.

*Fungus piperatus, lactescens, crassus, pallidus, lamellis albidis, pediculo supernæ pilei parti concolore, & Lichenis pulmonarii arborei instar lacunato.* MICHEL. Gen. plant. p. 142.

Habitat circa *Idriam* frequens, sub initium Autumni.

Pileus viscidus sex etiam unciarum diametro, alba carne, e qua lac acre, album dein sulphureum copiose stillat. Lamellæ albicantes, carne pilei angustiores. Stipes diametro pilei duplo certe brevior, pollicis crassitie, & foveis difformibus veluti cicatricibus, lacunatus.

(b) *Agaricus albus, pileo concavo, acri albo lacte turgido, lamellis ramosis, stipite brevi cylindraceo nudo.*

*Agaricus; pileo pulvinate, integerrimo, & in centro profundius depresso, lamellis connexis, angustis & compactis; petiolo continuo cylindrico & crasso.* GLEDITSCH. Meth. fung. p. 97.

*Agaricus stipitatus, pileo planiusculo lactescente, margine deflexo, lamellis incarnato-palidis.* LINN. Fl. Svec. 1036. Spec. plant. p. 1173.

*Agaricus piperatus, albus, crassus, lacteo succo turgens.* MICHEL. Gen. plant. p. 141. HALL. Helv. p. 34.

Habitat circa *Idriam, Labacium, Kramburgum.*

Varietas protheiformis. Nunc enim 1. Pileus albus, glaberrimus, amplissimus. Lamellæ duplicato-ramosæ, lacte minus albo turgidæ. 2. Pileus papillaris, fuscus. Lamellæ ochroleucæ, lacte minus acri turgidæ, qualem reperi circa *Idriam* supra *Nikowa* in asperis sylvis. 3. Pileus fuscus, cuti sicca filamentosa tectus, quem legi circa *Labacium*. 4. Cespitosum, cæterum iisdem, quæ in 1, notis instructum.

(c) *Agaricus lateritii coloris*, pileo concavo, croceo & acri lacte turgido, lamellis ramosis, stipite cylindrico maculato brevi.

*Agaricus stipitatus*, pileo testaceo succo lactescente. LINN. Spec. plant. p. 1172.

*Agaricus*; pileo hemisphærico, in centro depresso, & in margine fornicato, petiolo brevi & crasso. GLEDITSCH. Meth. fung. p. 101. BOEHM. Lipf. 794.

*Fungus esculentus*, lateritio colore immutabili, succum acrem & croceum fundens, pediculo breviori. MICHEL. Gen. plant. p. 141.

*Amanita lateritii coloris*, croceo succo turgens. DILLEN. Giff. p. 179.

Carniol. *Petschenitze*.

Solo colore, croceo succo, & stipite pallidioribus maculis picto differt a prioribus. Non ergo diversa species est, prout sentiunt scriptores.

Fungus hic innoxius, sapidissimus, & vere delictiosus, in *Carniola*, *Carinthia*, *Tyrolesi Comitatu*, aliisque Regionibus diligentissime colligi & quæri solet. Non ergo perniciosus ut ex MICHELIO citat HALLEVS Helv. p. 49.

(d) *Agaricus ferrugineus*, pileo concavo, albo & dulci lacte turgido, lamellis ramosis, stipite cylindraceo brevi.

*Fungus parvus*, pediculo & pileolo superne ferrugineis, lacteum & dulcem succum fundens. MICHEL. Gen. plant. p. 141. sola magnitudine forte diversus.

Habitat in sylvis elatioribus umbrosis; Æstate, solitarius.

Facies prioris; sed color diversus; lac insipidum, album; stipes sine maculis.

- (e) *Agaricus* albus; pileo concavo, albo & acri lacte turgido, lamellis ramosis, stipite longo cylindraceo nudo.

An hic *Fungus esculentus, piperatus, totus albus, lacteo succo turgens, lamellis angustioribus, pediculo altiore & habitiore.* MICHEL. Gen. plant. p. 141?

Habitat cum prioribus.

Pileus amplus, viscidus. Stipes fistulosus, diametro pilei longior.

- (f) *Agaricus* obscure ruber; pileo concavo, albo & minus acri lacte turgido, lamellis pallidioribus, stipite nudo cylindraceo brevi.

Habitat in fylvis circa *Labacium.* Octobri M. folitarius.

Differentia ex nomine elucescit.

- (g) *Agaricus* pileo concavo saturate flavo, albo & dulci lacte turgido, lamellis lateritiis ramosis, stipite nudo cylindraceo pileo concolore.

*Fungus flavo-rufus, in medio depressus, lacte non acri manans.* HALLER. Helv. p. 50?

In dejecta Abiete reperi secunda Octobris.

- (h) *AGARICUS* albus, pileo concavo, exsucco, lamellis ramosis, stipite nudo cylindraceo brevi.

*Agaricus; albus, acris, pileolo turbinato, centro depresso, lamellis angustis, undulatis, ramosis & sæpius conjunctis.* GLEDITSCH. Meth. fung. p. 99.

Fungus albus, infundibuliforma, non lactescens. HALL. Helv. p. 34.

Habitat in fylvis *Carniole*, non rarus.

Facies piperati albi, sed lac nullum; lamellæ, apicibus ramosis, basi conjunctæ.

- (i) *Agaricus*, pileo concavo exsucco murino, lamellis ochroleucis ramosis, stipite nudo cylindraceo pileo concolore.

Habitat



Habitat cum Variet. (c).

Cum qua convenit figura & magnitudine, sed differt lactis absentia, & coloribus prædictis.

40. AGARICVS pileo concavo, lamellis simplicibus, stipite brevi pleno.

*Varietates.*

(a) *Agaricus* pileo ochroleuco concavo, lamellis simplicibus, stipite albido brevi pleno.

Habitat in *Carniola* passim. Augusto & Septembri M. solitarius.

Facies Piperati albi. Pileus cito putrescens, ochroleucus. Lamellæ pileo concolores. Stipes nudus cylindræus.

(b) *Agaricus* pileo terreo squamoso concavo, lamellis simplicibus albis, stipite pileo concolore brevi pleno.

Habitat circa *Labacium*. Octobri M.

Pileus palmari diametro, crassis & paucis squamis asper. Lamellæ acutæ, albicantes. Stipes pileo pallidior.

Pileus ante mortem niger fit.

41. AGARICVS pileo concavo lobato, lamellis ramosis crispis stipite cylindræo pleno regulari nudo.

Habitat in putridis foliis Fagi, Septembri M. solitarius.

\* Pileus viscidus, cæruleus, alba fascia in margine inæqualiter lobato pictus. Lamellæ versus apices ramosissimæ, crispæ, pileo concolores. Stipes demum erectus, albus.

II. S E S S I L E S.

42. AGARICVS sessilis planus mollis glaber, lamellis simplicibus.

*Varietates.*

- (a) *Agaricus* albus fessilis planus mollis glaber, lamellis simplicibus.

Habitat in dejectis Abietibus supra *Padersgraben* circa *Idriam*, modo solitarius, modo vero cespitosus.

Valde tener est, niveus, ad oram lobatus; lamellis amplis integris & dimidiatis.

- (b) *Agaricus* fuscus, fessilis planus mollis glaber, lamellis simplicibus.

Habitat in cariosis & udis Fagorum truncis; solitarius.

Solo colore, & ficciore carne differt a priore.

3. *AGARICVS* fessilis plicatus membranaceus.

Abietino carioso trunco uberrime adnatum reperi Septembri M. 1756. Circa *Idriam*, in summis sylvis, quæ *Nicovæ rivum* spectant.

Exiguus est adeo, ut ungue digiti auricularis multo minor sit, colore fusco homogeneo, substantiæ & formæ *Agarici* 37. Lamellis pariter remotis, sed sæpius abruptis.

44. *AGARICVS* fessilis laciniatus, lamellis ramosis.

Habitat in putridis lignis *Fodinarum Idriensium* in die *Josephi Roll*.

Pilei cutis sicca, filamentosa; margo laciniatolobatus; lamellæ flavæ, ramosissimæ.

45. *AGARICVS* fessilis coriaceus villosus, lamellis pulverulentis ramosis bifidis.

*Agaricus acaulis, lamellis bifidis pulverulentis.*

LINN. Fl. Svec. 1083. Spec. plant. p. 1176.

*Agarico-fungus, lamellis bifidis, pulverulentis.*

HALL. Helv. p. 58.

*Agaricum squamosum, arboribus adnascens, lobis pectunculamentientibus, superne subhirsutis & & albis - lamellis albis.* MICHEL. Gen. plant. p. 122.

Habitat in Salice, Alno, & Fago.

Facies

Facies superior albosa, villosa, margine quandoque lævi, semper inciso, inflexo, laciniis obtusis. Lamellæ cinereo polline adspersæ, ramosæ, lignei coloris. Substantia immarcescens, coriacea.

46. AGARICVS sessilis coriaceus, lamellis undatis ramosis in medio convenientibus.

*Agarico - fungus, lamellis crassissimis rigidis.*

HALL. Helv. p. 57?

*Agaricus de S. Clou. VAILLANT. Paris. p. 3.*

Tab. I. fig. 1. 2.

Habitat in aquæductibus, udis putridisque asseribus, toto anno.

Fuscus est, solidissimus, superna facie tota ligno adnatus, lamellis raris, crassis, sæpe bifidis, a centro fungi, versum peripheriam radiorum instar tendentibus, undulatis, obtusis, non raro proliferis.

Hi sunt Agarici, quos sedulo collectos, sæpius examinatos, vivis coloribus fere omnes expressos habeo. Hos antequam dividerem, obstupui primo incredibilem copiam, dein dubiis sepositis, certos eligi, denuo examinavi, ac demum ita ordinavi, ut species quælibet ab omnibus facile adgnosci queat; Erunt tamen, qui hunc Ordinem reprobabunt. Sed quis Mortalium omnibus placere potuit? Interim labores suscepi plurimos & difficillimos ut Agaricorum historiam clariorem darem, quod num vere præstiterim, idonei & æqui Judices æstiment.

## B O L E T V S.

GLEDITSCH. *meth. fung* Gen. V.

Fungus horizontalis, stipitatus aut sessilis, subtus porosus vel echinatus, in quo tubuli cujusque margo & superficies fructificationes innumeras continent.

## I. T V B V L O S I.

A. STIPITATI. *Svillus* & *Polyporus*. MICHEL.  
& HALL.

1. BOLETUS stipitatus, pileo pulvinato glabro, tubulis connexis angulatis carne pilei brevioribus.

*Boletus stipitatus*, pileo glabro pulvinato marginato, poris compositis acutis, porulis angulatis brevioribus. LINN. Spec. plant. p. 1177.

(\*) *Stipite ventricoso*.

*Boletus*; pileolo hemisphærico, tubulis angulatis, petiolo ventricoso. GLEDITSCH. Meth. fung. p. 63.

*Varietates*.

(a) BOLETUS pileo rubro pulvinato glabro: carne lutea immutabili, tubulis connexis angulatis cum ventricoso stipite flavis.

*Boletus*; pileolo latissimo, hemisphærico, desuper ferrugineo-rubente, inferne cum crasso petiolo subflavo. GLEDITSH. Meth. fung. p. 64.

*Svillus fulvus*, inferne ex flavo virescens. HALL. Helv. p. 29.

*Svillus esculentus*, crassus, superne sordide rubens, vel ex rubro ferrugineus, inferne dilute luteus. MICHEL. Gen. plant. p. 127.

Habitat in sylvis Carniolæ frequens, Julio, Augusto & Septembri M.

Ut Varietates istæ, & aliæ plurimæ, certius innotescant, præter observationem colorum Pilei, tubulorum, & stipitis, frangendus etiam est pileus, & observanda caro, num ab aeris attactu naturalem colorem mutet, & qualem induat, num vero retineat.

(b) *Boletus* pileo pulvinato glabro fusco-rubro: carne demum pallidiore, tubulis connexis angulatis

latis infra rubris, interne flavis, stipite ventricoso rugoso rubro.

*Svilius esculentus, crassus, superne ex rubro-ferrugineus, inferne albidus*, MICHEL. Gen. plant. p. 127.

Habitat cum priore.

Descriptio harum Varietatum ex Nomine patet; Magnitudo enim, figura, substantia & proportio partium in omnibus una est.

(c) *Boletus* pileo pulvinato glabro fusco - rubro: carne immutabili alba, tubulis albis, stipite ventricoso.

Habitat ibidem.

(d) *Boletus* pileo pulvinato glabro fusco - rubro: carne lutea, demum cærulea, tubulis connexis angulatis rubris, stipite ventricoso.

Habitat in iisdem locis.

(e) *Boletus* pileo pulvinato glabro subrubro: carne sublutea, sensim cærulea, tubulis connexis angulatis flavis, stipite flavo ventricoso.

*Svillus purpureus inferne flavus*. HALL. Helv.

p. 31?

Habitat cum prioribus.

In hoc Tubuli etiam, sed citius quam caro cæruleum colorem induunt.

(f) *Boletus* pileo pulvinato glabro fordide & obscure flavo: carne alba, demum cærulea, stipite rubro ventricoso.

Habitat ibidem.

Tubuli citius, quam caro, cærulescunt.

(g) *Boletus* pileo pulvinato glabro ochroleuco: carne lutea, demum cærulea, tubulis connexis angulatis flavis, stipite rubro ventricoso.

Habitat circa *Labacium*. Octobri M.

(h) *Boletus* pileo pulvinato glabro ochroleuco: carne concolore, demum cærulea, tubulis connexis

angulatis rubris, stipite ventricoso rubro: apice rugoso.

Habitat in sylvis *Idriensibus*.

- (i) *Boletus* pileo pulvinateo glabro terreo: carne rubra, demum cærulea, tubulis immutatis connexis angulatis rubris, stipite ventricoso rubro reticulato-venoso.

Habitat ibidem.

Differt a priore (h) tubulis colorem retinentibus, qui in eo cæruleum colorem induunt.

- (k) *Boletus* pileo pulvinateo glabro terreo rimoso: carne lutea, demum cærulea, tubulis connexis angulatis flavis, stipite rubro ventricoso.

An hic *Svillus terreus inferne aurantius*. HALL.

Helv. p. 31 ?

Habitat cum priore.

- (l) *Boletus* pileo pulvinateo glabro terreo: carne alba; demum subcarnea, tubulis immutatis connexis angulatis flavescens, stipite ventricoso terreo.

*Boletus*; pileolo hemisphærico, desuper obscuro, subtus e viridi flavescens; petiolo ventricoso, obscuro, basi in mucronem desinente. GLEDITSCH.

Meth. fung. p. 63.

Habitat cum prioribus.

- (m) *Boletus* pileo pulvinateo glabro fusco: carne flava, cito cærulea, tubulis connexis angulatis rubris, stipite rubro ventricoso.

Habitat ibidem.

- (n) *Boletus* pileo pulvinateo glabro cervino: carne lutea immutabili, tubulis connexis angulatis albis, stipite ventricoso.

Habitat circa *Labacium*. Octobri M.

(\*\*) *Stipite cylindrico.*

- (o) *Boletus* pileo pulvinato glabro flavo: carne al-bida, denique flava, tubulis connexis angulatis cum cylindrico stipite flavis.

An hic *Svillus esculentus*, totus pallidus. Mi-  
CHEL. Gen. plant. p. 127?

Habitat in pineto circa *Neustift* in inferiore  
*Carniola*.

- (p) *Boletus* pileo Pulvinato glabro flavo: carne im-  
mutabili alba, tubulis connexis angulatis flavis,  
stipite albo cylindrico verrucoso.

Habitat cum priore. Octobri M.

Stipes verrucis flavis asper.

- (q) *Boletus* pileo pulvinato glabro pallide luteo:  
carne alba, demum subcarnea, tubulis connexis  
angulatis albis, stipite cylindraceo rugoso.

Habitat in eadem sylva.

Tubulorum color manet idem.

- (r) *Boletus* pileo pulvinato glabro terreo: carne  
sublutea demum subviridi, tubulis connexis angu-  
latis ochroleucis, stipite cylindraceo lævi.

Habitat circa *Labacium unter den Turren*. Octo-  
bri M.

2. *Boletus* pileolo orbiculari plano, superne lineis  
concentricis distincto; centro excavato, tubulis  
connexis, stipite brevi tenui. GLEDITSCH. Meth.  
fung. p. 67.

*Varietates.*

- (a) *Boletus* pileo plano violaceo viridi umbillicato  
fasciato coriaceo, tubulis connexis amplis, stipite  
compresso longo.

Habitat ad radices *Cerasorum*; Verno tempore,  
argillæ cupidus.

Solitarius est, obscure violaceus, biunciali diametro, coriaceus, fulcis concentricis concoloribus fasciatus, centro excavatus, ibique quasi polline viridi adspersus. Tubuli ampliusculi, brevissimi, connexi, inæquales, stipiti concolores. Stipes ad basim attenuatus, nudus, compressus, rugosus.

(b) *Boletus* pileo plano cinamomæo fasciato umbilicato coriaceo villosa, tubulis connexis tenuibus albis, stipite brevi.

Habitat in ficcioribus sylvis, circa *Idriam*.

Pileus coriaceus, lineis quatuor aut pluribus concentricis fasciatus, fericeo villo pubescens, *Nicotianæ hispanicæ*, sic dictæ, colore, diametrum uncialem habet; tubulos tenuissimos, albos; Stipem ad basim paulo crassiorem, pileo concolorem, brevem & plenum.

Aliquando plures e distincta basi prodeunt, conatis pileis,

(c) *Boletus* pileo plano terreo coriaceo umbilicato glabro, tubulis tenuissimis connexis pallide luteis, stipite cylindræo brevi.

Habitat in ramulis aridis Abietum & Alni.

Nullæ in hoc fasciæ, & nulli villi, cæterum substantia, figura, & proportio partium eadem quæ prioris.

3. *BOLETUS* pileo plano carnosio glabro, tubulis difformibus, stipite anulato longo.

*Svillus anulatus*, terreus, inferne flavescens.

HALL. Helv. p. 29. hic videtur.

Ad radicem *Quercus* reperi Julio M. circa *Kramburgum*.

Pileus flavescens, biunciali diametro. Tubuli flavi, demum virides, ampli, confluentes. Stipes tubulis concolor, apice dilatatus, anulo lato, peristente cinctus.



B. *Sessiles. Agaric. MICHEL. O. 1-5.*

4. BOLETVS acaulis pulvinatus lævis, poris tenuissimis. LINN. *Fl. Lapp.* p. 282. *Fl. Svec.* 1096. *Spec. plant.* p. 1176.

*Varietates.*

- (a) *Boletus* acaulis pulvinatus lævis, supra sanguineus, infra niveus, poris tenuissimis subrotundis.

*Boletus; subglobosus, minimus, unguulam animalis exprimens, superne sanguineus, inferne niveus; petiolo horizontali, brevissimo. GLEDITSCH. Meth. fung. p. 79. ni obftet magnitudo.*

*Agaricum - - ferrugineum - inferne album - - foraminulis rotundis. MICHEL. Gen. plant. p. 118. non videtur differre.*

Habitat in Abiete, Fago, Quercu, Carpino.

Radicem, qua Boleti sessiles lignis adhærent, petiolum vocat GLEDITSCH.

- (b) *Boletus* acaulis pulvinatus lævis, supra cinereus, subtus albus, poris tenuissimis.

*Agaricum - - - superne ex albo cinereum, inferne ejusdem coloris - - - MICHEL. Gen. plant. p. 118. n. 1?*

Habitat in Fagis circa arcem *Auersperg.*

Facies prioris, sed colores diversi, ignarius uterque.

- (c) *Boletus* acaulis pulvinatus lævis croceus, poris tenuissimis.

Habitat in Fago.

Corpus pulvinatum, margine tumido, diametro biunciali.

- (d) *Boletus* acaulis, superna sublutea facie ligno adnatus, subtus albus, denique flavus.

Habitat in viis subterraneis *Fodinarum Idriensium, in der alten Zech hinter den Wasser-Schacht.*

Corpus planum, Talleri Imperialis magnitudine, tubulis tenuissimis albis in natali loco, sed si libero aeri expositi fuerint, flavum colorem induunt.

5. *BOLETUS* acaulis, pileo rugoso lobato, tubulis tenuissimis.

*Varietates.*

(a) *Boletus* acaulis, pileo rugoso lobato fusco, subtus pallidiore, tubulis tenuissimis subrotundis.

Habitat in dejectis Fagis, circa *Idriam*.

Caro fibrosa, siccissima, non corruptibilis, cinnamomi colore.

(b) *Boletus* acaulis, pileo rugoso lobato ex flavo & rubro vario, inferne flavo.

Carniol. *Gobe Zhesneve*.

Habitat ad radices Ceraforum.

Esulentus est, amplissimus, imbricatus & multiplex, sinuatus, plicatus, in lobos inæquales sectus, vicinas stirpes illaqueans, carne flava.

Ex hac *Chrysomela* singularis oritur, tres lineas longa, duas lata; elyptis flavis, utrinque ferratis, lineatis lineolis transversis atris, nitidis, postice acutis; dorso convexo, inter caput & alas nigro; Thorace planiusculo; pedibus utrinque tribus, brevibus; maxillis transversis; antennis moniliformibus, clavatis.

6. *Boletus* acaulis, pileo coriaceo villoso, lineis concentricis dicoloribus fasciato, tubulis albis tenuissimis.

*Boletus acaulis, fasciis dicoloribus, poris albis.*

LINN. Spec. plant. p. 1176.

*Boletus; coriaceus, squamosus, sessilis & multiplex; lobis varie divisis & expansis, tubulis tenuissimis, connexis, angulosis.* GLEDITSCH. Meth. fung. p. 70.

*Agarico-Polyporus cespitosus, siccus, versicolor, hirsutus, poris laceris, albicantibus.* HALL.  
Helv. p. 27.

Habitat in arefactis arboribus, præustis truncis, putridis lignis.

Modo solitarius est, modo ita multiplex, ut rosulas elegantes faciat, superne hispidus, fasciis concentricis diversicoloribus ornatus, huic iridiformis dictus ab HOFFMAN. in *Fl. Albd.* Pori semper albi, difformes, exigui. Substantia coriacea, non putrescens.

II. ACULEATI. *Hydnum.* LINN.

A. *Stipitati.* *Erinaceus.* DILLEN. MICHEL.  
HALL.

7. BOLETVS (Hydnum) stipitatus, pileo convexo lævi flexuoso, inferne aculeato. LINN. *Fl. Svec.* 1098. DALIB. *Paris.* p. 383.

*Hydnum stipitatum, pileo convexo lævi flexuoso.* LINN. *Spec. plant.* p. 1178.

*Hydnum pediculatum, pileo inæqualiter laciniato scabro flavo.* Quettard. *Stamp.* 1. p. 383.

*Boletus; pileo pulvinato, integerrimo, tubis connexis, echinato-denticulatis.* GLEDITSCH. *Meth. fung.* p. 74.

*Erinaceus esculentus, pallide luteus.* MICHEL. *Gen. plant.* p. 132. *Tab.* 72. *fig.* 3. HALL. *Helv.* p. 32.

Habitat in sylvis abietinis. Septembri M.

Pileus junior flavus, ita sensim expallescit, ut prorsus albicet. Aculei constanter flavi manent. Stipes brevis, & basi crassior.

8. BOLETVS pileo coriaceo plano rugoso viscido, aculeis violaceis, stipite brevi crasso.

Habitat in *Padergraben* circa *Iariam*, Augusto & Septembri M.

Fungus junior conii inversi figuram habet, superne albicans, rugosus & concavus; adultior dilatatur, palmarem diametrum possidet, planus, madidus, rugosus, integerrimus, non marcescens, gratissimum odorem diu spirans; aculeis violaceis.

9. *BOLETVS* pileo squamoso concavo murino, aculeis subrubris, stipite brevi.

Habitat in Nemore *Terpina rupa* circa *Idriam* Septembris M.

Pileus flexuosus, murini coloris, palmaris diametri, concavus, crassissimis squamis præsertim prope centrum asper, carne alba & ficca; aculeis subcarneis, apicibus colore pilei; stipite pileo concolore.

B. *Sessiles. Echin-Agaricus. HALL. Agaric.*

O. VI. MICHEL.

10. *BOLETVS* acaulis gelatinosus subtus aculeatus.

*Echin-Agaricus gelatinosus, crystallinus. HALL.*

Helv. p. 32.

Habitat in Abiete.

Informis, alba, mollis, pellucida, gelatinosa massa, sensim ex inferna facie breves & albos aculeos emittit & glauca fit.

## PHALLUS.

LINN. *Gen. plant.* 1077. GLEDITSCH. *Meth.*

*fung. Gen. IV.*

Est Fungus capitatus, cujus, fructificationes in capituli callosi partem superiorem colliguntur. GLEDITSCH. l. c. Tab. 2.

1. *PHALLVS* volvatus, pileo celluloso utrinque pervio.

*Phallus volvatus stipitatus, pileo celluloso.*

LINN. *Spec. plant.* p. 1179.

*Phal-*

*Phallus volva exceptus, pilei apice pervio.* LINN.

H. Cliff. p. 478.

ROYEN. Lugdb. p. 517. GLEDITSCH. Meth. fung. p. 55. BOEHN. Lips. 835.

*Phallus vulgaris, totus albus, volva rotunda, pileolo cellulato, ac summa parte umbilico pervio ornato.* MICHEL. Gen. plant. p. 201. Tab. 83.

Habitat inter Fagos in *Struk* circa *Idriam*, supra *Serram*, qua itur *Swarzenberg*. Septembri M.

Volva subrotunda, alba, membranacea, postice in funiculum radicum definens, continens gelatinam cineream odoris, florescentiæ tempore, cadaverosi, stipiti circumpositam albo, cereo, cavernoso, ventricoso, fistuloso, apice attenuato, quinque & plures uncias longo; Hic pileum gerit conicum uncialem, membranaceum, reticulato-cellulosum, apice umbilicato pervio, margine libero, subtus vero gelatinosa vernice oblitum.

Fœtor ingens, fungum indicat, qui totam Artificis, dum pingebatur, domum inquinavit.

2. PHALLVS avolvatus, pileo plicato inferne patulo.

*Phallus; capitulo conico, subtus patente, petiolo nudo.* GLEDITSCH. Meth. fung. p. 59.

*Phallus petiolo nudo, pileolo subtus laxo.* LINN. H. Cliff. p. 478.

*Phallo-Boletus esculentus, pileolo ampliore, rufescente & crispa, pediculo leucophæo fistuloso.* MICHEL. Gen. plant. p. 203. Tab. 84. fig. 2.

Habitat in sylvis *Carniolæ* asperioribus. Aprili M. Pileus fusco-fulvus, subrotundus, laxè plicatus, subtus liber; stipite fistuloso, brevi, nudo, concolore.

3. PHALLVS avolvatus, pileo plicato utrinque pervio.

*Phallus pileo ovato, stipite nudo rugoso.* LINN.  
Fl. Svec. 1102.

Spec. plant. 1178. DALIBARD. Paris. p.  
383.

*Phallus; capitulo fastigiato, subtus operculato,  
petiolo nudo.* GLEDITSCH. Meth. fung. p. 59.  
BOEHM. Lips. 834.

*Phallus petiolo nudo, pileo subtus undique an-  
nexo.* LINN. H. Cliff. p. 379. ROYEN. Lugdb.  
p. 517.

Carniol. *Mauroche.* Quo *sylvæ Carniolicæ*, singu-  
lari Naturæ dono, quam maxime abundant.

### Varietates.

(a) *Phallus avolvatus*, pileo subrotundo plicato  
utrinque clauso.

*Phallus; capitulo subgloboso, subtus opercula-  
to; petiolo nudo, brevi.* GLEDITSCH. Meth.  
fung. p. 61.

*Boletus esculentus, rugosus, amplior, & orbicu-  
laris.* MICHEL. Gen. plant. p. 203. Tab. 85.  
fig. 1.

Habitat Verno tempore in sylvis.

Pileus subrotundus, flavescens aut fuscus, cella-  
lis & plicis inæqualibus.

(b) *Phallus avolvatus*, pileo fastigiato plicato utrin-  
que clauso.

*Phallus; capitulo fastigiato, longiore, fuligi-  
noso, e candido rubente, subtus lamina operculato;  
petiolo nudo.* GLEDITSCH. Meth. fung. p. 60.

Habitat cum priore.

A quo differt pileo conico, in plicas modo re-  
gulares, seu in apice pilei convenientes, modo vero  
irregulares, ut in MICHEL. Fig. 2. Tab. 85.

ELVELA.

GLEEDITSCH. *Meth. Fung. Gen. III.*

Fungus utrinque lævis & in superiore duntaxat facie fructificationes innumeras proferens.

I. *Stipitata*.

I. ELVELA stipitata, pileo plicato.

*Varietates.*

(1) *Elvela* pileo plicato crispo, stipite rimoso cavernoso pleno.

Habitat circa *Idriam* in sylvis, rara. Octobri M.

Pileus albicans, vix unciali latitudine & altitudine. Stipes biuncialis, æreus, albus, rimosus, cavernis amplis inæqualibus excavatus, non fistulosus.

(b) *Elvela* pileo plicato fusco, stipite rimoso fistuloso.

*Elvela*; petiolata, lamina in formam capituli deorsum plicato-laciniata & crispa; petiolo fistuloso, striato, rimoso. GLEEDITSCH. *Meth. fung.* p. 36.

*Fungoides fungiforme, crispum, laciniatum, & varie complicatum, pediculo crasso, striato, rimoso, fistuloso.* MICHEL. *Gen. plant.* p. 204. Tab. 86. fig. 7.

Habitat in sylvis, cum priore, nec non ad truncos arborum cariosos, post uberiores pluvias.

Amplior priore, Phallo similis, & forte talis, stipite non cavernoso, sed solum rimoso & fistuloso.

(c) *Elvela* pileo plicato fastigiato fusco, stipite divergente longo.

Habitat ad radices Abietum. Octobri M.

Pileus uncialis, accuminatus, lacera lamina constans. Stipes basi tenuior, albus, non rimosus.

(d) *Elvela* pileo plicato inflato bifido, stipite longo convergente pleno.

*Fungoides fungiforme, pullum, crispum, & varie complicatum, pediculo tenuiore, non fistuloso.*

MICHEL. Gen. plant. p. 204. Tab. 86. fig. 9.

Habitat ibidem.

Specimen meum pileo est vere inflato, fere bicorni, obsoleto flavo; stipite concolore, longo.

(e) *Elvela* pileo spirali plicato, stipite divergente fistuloso.

Ad Fagi radicem; reperi sub finem Octobris, supra *Idriam*.

Pileus exiguus, cochleæ adinstar fluxus. Stipes uncialis, viscidus.

2. *ELVELA* stipitata, pileo infundibuliformi punctato: margine reflexo.

*Peziza infundibuliformis, disco patente sinuato punctato.* LINN. Spec. plant. p. 1181.

*Elvela: corpore infundibuliformi, intus fusco, extus cinereo, margine tumido, extrorsum reflexo.*

GLEDITSCH. Meth. fung. p. 41.?

*Peziza conica, labro reflexo.* HALL. Helv. p. 21.

*Fungoides nigricans, majus, Cornucopie forma.*

VAILLANT. Paris. p. 57. Tab. 13. fig. 1. 2.

omnino MICHEL. Gen. plant, p. 201, sub nomine *Fungoidesfri*.

Habitat in cariosis Fagorum truncis. Septembri M. multiplex.

Pileus integer, demum laciniatus, extus nigro-violaceus, intus subcinereus, verrucis exiguis atris fructificationes continentibus dense punctatus. Stipes basi tenuior, pileo concolor.

3. *ELVELA* stipitata, pileo cyathiformi.



*Varietates.*

- (a) *Elvela* pileo cyathiformi, intus coccineo, extus albo, stipite pariter albo.

*Elvela*; *hemisphærica*, *excavata*, *intus coccinea*, *extus alba*; *petiolo longissimo, concolore*. GLEDITSCH. Meth. fung. p. 47.

*Fungoides pyxidatum*, *intus coccineum*, *extus albidum*, *pediculo prorsus albo*. MICHEL. Gen. plant. p. 205. Tab. 86. fig. 5.

Habitat in aridis arborum pomiferarum ramulis, & in cavis viarum semitis, Verno tempore.

In meo specimine, exterior superficies hispida est, petiolus vero vix semiuncialis, secus ac pinxit MICHELIUS.

- (b) *Elvela* pileo hemisphærico rubro, stipite cylindraceo concolore gracili.

Habitat ad radices Coryli. Februario M.

Cyathus est glaber, tres lineas altus, totidemque latus, & carnosus. Stipes longus, eidem concolor.

- (c) *Elvela* pileo hemisphærico flavo, stipite concolore.

Habitat in truncis cariosis. Martio M.

Cyathus semine lentis nihilo major. Stipes ad basim crassior. Substantia persistens.

- (d) *Elvela* pileo infundibuliformi niveo, stipite brevi.

*Fungoides minimum*, *infundibuliforme*, *albicans*, *pediculo donatum*, MICHEL. Gen. plant. p. 205. Tab. 86. fig. 14. ex quo GLEDITSCHIVS. Meth. fung. Tab. 2. a.

Vidi ego in aridis stipitibus *Matricariæ officinalis*. Octobri M.

Gregatim oritur, candidissima, & papyraceæ tenuitatis.

4. *ELVELA* stipitata, pileo laciniato plicato concavo, exterius ramosis venis circumdato.

Habitat inter Abietes, in elatioribus fylvis, circa *Idriam*. Octobri M.

Gregatim provenit. Corpore crasso, carnosio, varie plicato, apice leniter excavato, margine laciniato & lobato, carne alba spongiosa, extus venis fusco-violaceis picto, cæterum glabro, & coloris cinerei ad carneum vergentis. Stipes est brevis, fuscus, semiuncialis.

An degener varietas *Agarici* 35?

## II. SESSILES.

5. *ELVELA* sessilis disciformis plana, *GLEDITSCH*. Meth. fung. p. 45.

### *Varietates.*

(a) *Elvela* sessilis, disco coccineo plano: oris ciliatis.

*Peziza plana: margine convexo piloso.* LINN. Spec. plant. p. 1187.

*Elvela; orbicularis, minima, sessilis & coccinea, plana, margine ciliato- vel nudo.* GLEDITSCH. loc. cit.

*Peziza disciformis, ciliaris, coccinea.* HALL. Helv p. 20.

*Fungoides coccineum, lentiforme, oris pilosis.* MICHEL. Gen. plant. p. 207. Tab. 86. fig. 19. nimium convexa.

*Fungoides, qui Fungus minimus, scuteltaus, coloris aurantii.* RAY. Syn. p. 17. VAILLANT. Paris. Tab. 13. fig. 13. specimen pallidius & magis adultum est.

Habitat in udis & antiquis trabibus, circa Aquæ ductus.

Discus junior planus, adultus concavus, margine ciliatus, inferne villosus, superne acervulis fructificationum viridibus, lente conspicuis obsitus.

(b) *Elvela sessilis*, disco flavo plano glabro.

*Elvela*; disciformis, sessilis & plana, minima aurantii coloris. GLEDITSCH. Meth. fung.

p. 45.

Habitat in aridis, udisque abietum ramulis, post nivis defluxum, Martio M.

Discus convexo-planus, superne flavus, inferne albicantibus papillis hispidus.

6. ELVELA sessilis cyathiformis.

*Varietates.*

(a) *Elvela sessilis cyathiformis ciliata flava.*

*Fungoides scutellatum, patulum, minimum, aureum, externe subhirsutum.* MICHEL. Gen. plant. p. 207.

*Peziza lutea, parva, marginibus pilosis.* RAY.

Sin. 3. p. 18.

Habitat in hortis nondum cultis, sub veris initium.

Cyathus magnitudine lentis, brevissimi ævi.

(b) *Elvela sessilis cyathiformis hemisphærica flava glabra.*

Habitat inter Muscos: ad arborum truncos, Verno tempore.

Corpus hemisphæricum, solitarium, gelatinosum, fere pellucidum, crassum, flavo-lignei coloris, diametro sequentis Variet.

(c) *Elvela sessilis cyathiformis villosa nigra.*

In Fagino stipite genitam collegi Martio M.

Cyathus hemisphæricus, ater, interne glaber, externe villosus, carne albida demum cærulea, diametro semiunciali, qua differt a *Peziza acetabuli forma, nigra, perexigua, extus hirsuta.* HALL. Helv. p. 21.

(d) *Elvela* sessilis cyathiformis hemisphærica fusca.  
Habitat in collibus apricis, gramineis. Octo-  
bri M.

Cyathus magnitudine *Elvelæ* GLEDITSCH. *Tab.*  
2. a quam villis adpersam pinxit MICHEL. *Tab.* 86.  
fig. 4., sed fusco-cinerea, membranacea, sicca, gla-  
berrima, ad basim crassior, unciali latitudine & alti-  
tudine.

(e) *Elvela* sessilis cyathiformis campanulata nivea.

An *Peziza nivea, minima, hemisphærica*, HALL.  
Helv. p. 20?

Habitat in putridis truncis. Augusto M.

Campanula glabra, nivea, pellucida, gelatinosa,  
ultra triduum raro vivens.

(f) *Elvela* sessilis cyathiformis campanulata rosea, in  
margine maculata, inferne villosa.

Musco innatam reperi in argilloso loco.

Cyathus substantiæ solidæ, maculis albis in mar-  
gine pictus, & acervulis albis, remotis, sphericis, fru-  
ctificationes plurimas continentibus, superne ob-  
situs.

7. *ELVELA* sessilis auriformis gelatinosa.

### *Varietates.*

(a) *Elvela* sessilis auriformis gelatinosa cinerea.

*Tremelle sessilis membranacea auriformis cine-  
rea.* Fl. Svec. 1119. Spec. plant. p. 1157.

*Elvela*; sessilis, membranacea, rugosa & cri-  
spa, in formam gyrosam & concavam varie com-  
plicata. GLEDITSCH. Meth. fung. p. 39.

Habitat in Sambucco. Octobri M.

Discus planus, demum cavus & integer, denique  
auriculæ animalis forma, fuscus & gelatinosus.

(b) *Elvela* sessilis auriformis gelatinosa rubra

*Peziza purpurea, acetabulo imperfecto.* HALL.  
Helv. p. 19.

Habitat

Habitat in sylvis, inter Abietes, non rara. Septembri M.

Flamineo-rubra est, tremula, auriculæ bovis, vel potius *Agarici Micheliani secundi* Tab. 65. figuram habens, uncia longior, modo solitaria & modo cespitosa.

## PEZIZA.

GLEDITSCH. *Meth. Fung. Gen. VII.*

Fungus campanulatus, receptacula florum lenti-formia, filis instructa, sinu suo continens.

I. PEZIZA sessilis campanulata.

*Peziza campanulata lentifera.* LINN. *Spec. plant. p. 1180.*

*Peziza; sessilis, corpore campanulato, integerrimo.* GLEDITSCH. *Meth. fung. p. 137.*

*Peziza calice campanulato.* LINN. *H. Cliff. p. 479.* ROYEN. *Lugdb. p. 518.*

### Varietates.

(a) *Peziza sessilis campanulata lævis.*

*Cyathoides cinereum, subhirsutum.* HALL. *Helv. p. 18.*

*Peziza caliciformis, lentifera, lævis.* DILLEN. *Giff. p. 195.*

*Fungoides infundibuliforme, semine factum.* TOURNEF. *Inst. p. 560.* VAILLANT. *Paris. p. 56. Tab. 11. fig. 6. 7.*

Habitat in asleribus lignisque antiquis. Octobri M.

Varietatis hujus Iconem vide apud. MICHEL. *Gen. plant. Tab. 102. fig. 1.* GLEDITSCHIVM. *Meth. fung. Tab. 4. a. b. a.*

(b) *Peziza sessilis campanulata villosa.*

*Peziza*; sessilis, campanulata, extus pilosa & fusca, intus striata, plumbea, glabra. GLEDITSCH. Meth. fung. p. 130. Tab. 4. a.

*Cyathoides villosum*, fuscum. HALL. Helv. p. 17.

*Cyathoides cyathiforme*, obscurum, externe hirsutum, interne plumbeum, glabrum & striatum. MICHEL. Gen. plant. p. 122. Tab. 102. fig. 2.

*Fungoides infundibuliforme*, semine sætura, interne striatum, externe hirsutum. VAILLANT. Paris. l. c. fig. 4. 5.

*Peziza calyciformis*, lentifera, hirsutum. DILLEN. Giff. p. 169.

Hypno, & argillæ innascitur. Octobri M.

Utriusque hæc est generatio & historia.

Lenticulæ albidæ, viscido humore madidæ, filo albo & tenui instructæ, gelatinam continent, cui plurima tenuissima femina immixta sunt.

Hæ viscida superficie ligno adhærent, sensim dehiscunt, femina effundunt, quæ diffiunt, rimas subeunt, radices sensim agunt, vegetant.

Et primo fit corpus fuscum, exiguum, hispidum, Lycoperdo simile, basi tenuis, vertice planum.

Cutis hæc aspera in vertice sensim dehiscit, apparet album, crassum, subtus cinereum, in medio nonnullis fuscis pilis superne pubescens, operculum.

Hoc sensim a margine fungi liber factum, decedit, evanescit:

Si vero citius avulsum fuerit, tunc receptacula feminalia cinerea, gelatinæ crassæ immerfa apparent.

Sed si operculum sponte secedit, tunc eadem nuda sedent in fundo fungi campaniformis quaterna aut plura, novas proles editura.

## CLAVARIA.

LINN. *Gen. plant.* 1081. GLEDITSCH. *Meth. fung. Gen. II.*

Fungus unica, eaque plurimis fructificationibus ornata superficie donatus.

I. CLAVARIA simplex.

*Varietates.*

(a) *Clavaria simplex* clave formis lutea.

*Clavaria major lutea.* MICHEL. *Gen. plant.*

p. 208. Tab. 87. fig. 1. HALL. *Helv.* p. 14.

Habitat in sylvis omnibus. Septembri M. solitaria.

Corpus est clavæ figura, triunciale, glabrum, ut eum simplicissimum.

(b) *Clavaria simplex* clavæformis fusco-rubra.

Habitat cum priore.

A qua solo colore differt.

(c) *Clavaria simplex* clavæformis, fusco-flavo: apice rugoso.

*Clavaria; erecta, parva, luteo-fusca, corpore simplicissimo, integro, vertice obtuso, tumido & rugoso.* GLEDITSCH. *Meth fung.* p. 27.

Habitat ibidem.

Diversa vertice in rugas contracto, planiore, & sæpe cavo.

(d) *Clavaria simplex* clavæformis atra.

Habitat in cariosis truncis, & locis herbidis.

Varietas hæc triplex observatur. 1. Biuncialis, cespitosa, glabra, nigra, carne alba, quam reperi in arida Fago. 2. Solitaria, uncialis, glabra, carne fusca, paludes inhabitans, cui accedit *Clavaria ophioglossoides* VAILLANT. *Tab. 7. fig. 3. 4.* Solitaria, basi nigra, apice albicante, glabro, tuberculis, penicillo villorum rectorum nec raro capitatorum fuctis, ad-

sperso,

sperfo, quæ ita aliquando plana fit, ut Elvelam putes.

(e) *Clavaria simplex lumbriciformis ochroleuca.*

Habitat in sylvis, rara tamen.

Solitaria est, & teres, lumbrico similis, acuminata.

2. *CLAVARIA ramosa: ramis compressis.*

*Coralloides violaceum, ramis planis, palmatis:*

HALL. Helv. p. 16.

Habitat in *Padersgraben*, circa *Idriam*. Octobri M.

Substantia est sicca, coriacea, coloris violaceo-fusci, corpore glabro, vix biunciali, ramoso; ramis complanatis, ad acutissimum angulum positis, apicibus digitatis.

3. *CLAVARIA ramosa: ramis angulatis.*

### *Varietates.*

(a) *Clavaria ramosa candida: ramis angulatis.*

*Coralloides maximum, ramosissimum, album.*

HALL. Helv. p. 15. sed maximum non est.

*Corallo fungus candidissimus.* VAILLANT. Paris.

Tab. 8. fig. 2.

Habitat in arborum truncis, & humo vegetabili.

Arborea simplex, paucos demum ramos educit, vix septem lineas longa.

Posterior vero uncialis & longior, primo simplex clavata acuminata, dein ramosa, arbusculam referens, fragilis, nivea, ceræ similis.

(b) *Clavaria ramosa flavescens: ramis angulatis.*

Habitat in locis subterraneis *Fodinarum Mercurialium Idriæ*. Octobr. M. in die *Josephi Rollen*.

Magnitudo raro uncialis, Color palleaceus, substantia carnosa, basis ramosa, ramulis subulatis.

4. *CLAVARIA ramosa: ramis teretibus erectis.*



*Varietates.*

- (a) *Clavaria ramosa flava*: ramis teretibus erectis.  
*Coralloides flavum, ramosissimum.* HALL. Helv.  
 p. 15.  
*Coralloides flavum.* TOURNEF, Instr. p. 562.  
 MICHEL. Gen. plant. p. 209. SEQUIER. Ve-  
 ron. I. p. 19.  
 Carniol. *Poerntairzelni. Glive.*  
 Habitat in omnibus sylvis, esculenta, & maxima.
- (b) *Clavaria ramosa subrubra*: ramis teretibus  
 erectis.  
 Habitat ibidem, rara tamen.  
 Arbusculam refert, stipite cylindraceo, unciali.
- (c) *Clavaria ramosa candida*: ramis teretibus erectis.  
*Coralloides albidum.* TOURNEF. Inst. p. 562.  
 MICHEL. Gen. plant. p. 209:  
 Habitat cum prioribus.  
 Solo colore a Var. (b) diversa.
5. *CLAVARIA ramosa*: extremis ramulis teretibus  
 subulatis, recta deorsum descendentibus.  
 Habitat in udis putridisque lignis. Octobri M.  
 Stipes cum trunco, cui innascitur, angulum re-  
 ctum constituit, ultimi vero ramuli cum eodem trun-  
 co paralleli sunt, Erinaceorum aculeis simillimi, &  
 forte ejusdem Gentis.

LYCOPERDON.

LINN. Gen. plant. 1082. GLEDITSCH. Meth.  
*fung. Gen. X.*

Fungus subrotundus, unica superficie donatus, se-  
 mina plurima & minutissima continens, quæ ex apice,  
 aut alibi disrupto cortice effundit.

I. *Pulverulenta, radicata supra terram.* LINN.  
 Spec. plant. p. 1183.

1. **LYCOPERDON** subrotundum : lacero dehiscens.  
 LINN. *Fl. Lapp.* 526. *Fl. Svec.* 1115. *Spec. plant.* 1183. DALIBARD. *Paris.* p. 388. ROYEN. *Lugdb.* p. 518.

*Lycoperdon* ; *globosum*, *sessile*. GLEDITSCH. *Meth. fung.* p. 143.

*Varietates.*

- (a) *Lycoperdon globosum sessile glabrum album* : lacero dehiscens.

*Lycoperdon* ; *globosum*, *sessile*, *parvum* & *glabrum*. GLEDITSCH. l. c.

*Lycoperdon rotundum*, *album*. TOURNEF. *Inst.* p. 563.

Habitat in sterilibus pascuis.

Nuce moscata nunquam minor est.

- (b) *Lycoperdon globosum sessile furfuraceum album* : lacero dehiscens.

*Lycoperdon* ; *globosum*, *sessile*, *candidum*, *cor-tice exteriori per totam superficiem in furfuraceas portiunculas soluto*. GLEDITSCH. *Meth. fung.* p. 144.

Habitat ibidem.

- (c) *Lycoperdon globosum sessile echinatum album* : lacero dehiscens.

*Lycoperdon* ; *globosum*, *sessile* & *candidum*, *cor-tice exteriori in cuspides subulato-dentatas, rigidiusculas & quadripartitas soluto*. GLEDITSCH. *Meth. fung.* p. 145.

Habitat in putridis arboribus.

Differentia patet ex Nomine.

- (d) *Lycoperdon turbinatum candidum asperum* & basi oblonga crassissima crispa. GLEDITSCH. *Meth. fung.* p. 147.

*Lycoperdon excipuli Chymici forma.* TOURNEF. Inst. p. 564. VAILLANT. Paris. p. 122. Tab. 12. fig. 15.

Habitat inter Abietes, Fagos, Betulas.

- (e) *Lycoperdon subglobosum fuscum*: lacero dehiscens, verrucosum, basi brevissima.

Habitat in sylvis Abietinis. Octobri M.

- (f) *Lycoperdon globosum fuscum echinatum*: lacero dehiscens, basi brevissima.

*Lycoperdon*; *globosum & fuscum*, basi brevissima, cortice exteriori in cuspides rigidiusculas, quadrilateras, & quadripartitas elevato. GLEDITSCH. Meth. fung. p. 147.

*Lycoperdon esculentum*, obscurum, echinis quadrangularibus & quadripartitis insignitum. MICHEL. Gen. plant. p. 218. Tab. 97. fig. 5.

Habitat inter Fagos. Septembri M.

Caro huic alba, & cutis difficulter dehiscens.

Habitat circa *Labacium* Octobri M.

- (g) *Lycoperdon globosum stipitatum verrucosum punctatum*: lacero dehiscens.

*Lycoperdon verrucosum*, sphericum, peduncolo donatum, e flavorufescens, punctulis fuscis adpersum. VAILLANT. Paris. Tab. 16. fig. 7.

2. *LYCOPERDON volva multifida patente*, capitulo glabro, ore acuminato dentato. LINN. *H. Cliff.* p. 479. *Fl. Suec.* 1113. *Spec. plant.* p. 1184. ROYEN. *Lugdb.* p. 519. DALIB. Paris. p. 390.

*Lycoperdon*; *globosum & sessile*, volva radiata, patente, ore acuminato, dentato. GLEDITSCH. Meth. fung. p. 151.

*Varietates.*

- (a) *Lycoperdon volva multifida patente coriacea inflexa*, capitulo glabro globoso sessili, ore acuminato dentato.

*Geaster major, umbilico seu osculo striato.* MICHEL. Gen. plant. p. 220. Tab. 100. fig. 6.

Habitat circa *Praedium Broushishe*, prope *Idriam*.

Volva crassa, patens, segmentis acutis, integris, venosis, modice furium flexis, fuscis. Capituli apex minime coronatus.

(b) *Lycoperdon* volva multifida cartilaginea patente reflexa, capitulo glabro stipitato oblongo, ore coronato acuminato dentato.

*Lycoperdon; petiolatum, globosum, asperum & parvum, volva radiata, patente, ore denticulis coronato.* GLEGDITSCH. Meth. fung. p. 152. Tab. 6. fig. 1.

*Geaster asper, parvus, umbilico coronato, pediculo perbrevis donatus.* MICHEL. Gen. plant. p. 220. Tab. 100. fig. 2.

Habitat circa *Idriam* in *Pudersgraben & Struk*.  
Octobri M.

Icon Michelliana specimen nostrum non omnino refert. Ego enim coram habeo Capitulum fuscum, volva ficca, membranaceo-cartilaginea, alba flexili, quadrifida & quinquefida; segmentis reflexis ut in MICHEL. fig. 3. l. c. & intra terram, aut subjacentes muscos defixis, Capitulum idem apice albido, sursum piloso, umbilicato & coronato, basi vero brevi pedunculo instructa se prodit, quem sursum propagata volva constituit.

II. *Parasitica in farinam fatiscientia.* LINN. *ibid.*

3. *LYCOPERDON* cortice farinaque purpurea. LINN. *Fl. Svec.* 1114. *Spec. plant.* p. 1184. BOEHM. *Lips.* 848.

*Lycoperdon; sphericum, sessile, ore in apice vel integro, vel inaequali & radiato.* GLEDITSCH. *Meth. fung.* p. 150.

*Lycoperdon epidendron, miniatum pulverem fundens* BUXBAUM. Plant. Hal. p. 203. HALLER. Helv. p. 11.

*Bovista miniata, pisf maioris magnitudine.* DILLEN. Giff. p. 197.

Habitat in lignis & asseribus antiquis.

Descriptionem lege apud HALLERVM. loc. cit.

4. LYCOPERDON aggregatum parasiticum: ore multifido lacero: pulvere fulvo. LINN. Spec. plant. p. 1185.

Habitat in tomentosa facie foliorum Tussilaginis.

## MUCOR.

LINN. Gen. plant. 976.

Fungus globosæ aut subrotundæ figuræ, cujus substantiam fructificationibus fœtam, reticulatam, aut cellulosam, cortex ambit varie dehiscens. GLEDITSCH. loc. cit. Tab. 6.

### I. Perennes.

1. MUCOR capitulo perenni sphærico, stipite fetaceo.

*Mucor perennis, stipite filiformi nigro, capitulo globoso cinereo.* LINN. Flor. Svec. 1121. Spec. plant. p. 1185.

*Sphæracepholus niger, vilio ochroleuco.* HALL. Helv. p. 9. Tab. 1. fig. 3.

Habitat in cariosis lignis; Ego in Fago reperi.

Gregatim oritur & est sphærule cinerea, aciculæ capite nihilo major, in duo veluti labia dehiscens & capillitium ruffum seminiferum effundens; Stipite nigro, capillaceo, debili.

2. MUCOR capitulo perenni subovato sessili.

*Clathroides flavescens, pediculo carens.* HALL. Helv. p. 10. Tab. 1. fig. 7.

Reperi in carioso cortice abietini trunci.

Confertim nascitur, capitulo clavæformi, fusco-luteo, cum rumpi vult, capilitio interiori concolore, levi attactu facile dehiscente.

3. *MUCOR* perennis ramosus repens.

In cortice fagi vidi sæpius.

Convenit cum prioribus vita perenni, & capillitio flavo; differt vero figura, repit enim *Hepaticoidis Ithucix foliis* VAILLANTII adinstar, subteres alioquin & flavus.

## II. *Fugaces.*

4. *MUCOR* capitulo fugaci elliptico, stipite fetaceo brevi.

*Stemonitis; petiolata, gregaria, volva fugaci excepta, corpore elongato.* GLEDITSCH. Meth. fung. p. 141.

### *Varietates.*

(a) *Mucor* capitulo purpureo fugaci elliptico, stipite volvato fetaceo brevi.

*Clathroides purpureum, pediculo donatum.* MICHEL. Gen. plant. p. 214. Tab. 94. fig. 1. I. HALL. Helv. p. 10. Tab. 1. fig. 6. a.

Habitat in antiquis udisque asseribus & truncis.

Gregatim oritur, capitulo oblongo, lineam longo; Stipite ejusdem longitudinis, sed pallidiore, volva pellucida tenuissima fugaci excepto.

(b) *Mucor* capitulo fusco fugaci elliptico, stipite nudo fetaceo brevi.

*Clathroidastrum obscurum, minus.* MICHEL.

Gen. plant. p. 215. Tab. 94. fig. 2. D.

Habitat in corticibus arborum, & udis asseribus.

Solo colore, volvæ defectu, & stipite concolore a priore diversus est.

5. *Mucor* capitulo fugaci globofo, stipite fetaceo longo.

*Mucor stipitatus, capsula globosa.* LINN. Spec. plant. p. 1185.

*Mucor; cespitosus, capitulo spherico; petiolo fetaceo, longissimo.* GLEDITSCH. Meth. fung. p. 161.

*Varietates.*

- (a) *Mucor* capitulo lucido demum atro fugaci globofo, stipite griseo fetaceo longo.

*Mucor vulgaris, capitulo lucido, per maturitatem nigro, pediculo griseo.* MICHEL. Gen. plant. p. 215. Tab. 95. fig. 1. HALL. Helv. p. 7.

Carniol. Plesnau.

Habitat in fructibus horæis, plantis, pane, carnibus, aliisque rebus udo loci situ vitiatis.

- (b) *Mucor* capitulo opaco nigro fugaci globofo, stipite longissimo.

Observavi in cellis vinariis adnatum doliis.

Latum cespitem facit, conflatum filamentis semiuncialibus & longioribus, pellucidis, albis, simplicifimis, terminatis capitulo opaco nigro exiguo spherico.

- (c) *Mucor* capitulo flavo fugaci globofo, stipite cinereo fetaceo longo.

Natum viti in Agarico piperato albo, intra cubile diutius asservatum, nona, postquam eum legi, die.

1. *Mucor* capitulo fugaci globofo sessili.

*Mucor; subglobofus & sessilis, fructificationes in liquamine continens.* GLEDITSCH. Meth. fung. p. 161.

*Varietates.*

- (a) *Mucor* capitulo aqueo gelatinoso pellucido fugaci globofo sessili.

*Mucor* ; *sphaericus*, *sessilis*, *conglomeratus*, *fructificationes in liquamine continens*. GLEDITSCH. loc. cit.

*Zycogala globosum*, *grani pisi magnitudine*, *aeris recocti colore*. MICHEL. Gen. plant. p. 216. Tab. 95. fig. 2. HALL. Helv. p. 7.

Reperi innatum terræ, nec non truncis cariosis. Septembri M.

Grandinem repræsentat, aggregatus quidem, sed sphaerulis distinctis, solidiusculis, albo-glaucis, confans.

(b) *Mucor* capitulo niveo opaco subrotundo diffluente fugaci sessili.

*Mucor globosus*, *lactis coagulati candorem & substantiam emulans*. MICHEL. Gen. plant. p. 215. Tab. 95. fig. 3. HALL. Helv. p. 8.

Habitat inter abietes; Septembri M.

Cespes est globulorum niveorum, pilularum vulgarium magnitudine, quæ mox in albam gelatinam confluunt & dissolvuntur.

7. *MUCOR* capitulis aqueis, stipite dichotomo fetaceo procero.

*Aspergillus ramosissimus*, *in globulos terminatus*.

STEHÆLIN. apud. HALLER. Helv. p. 6?

Habitat in Agaricis putrescentibus intra cubile.

Primo est pulvis cinereus, inorganicus, late diffusus, post tres horas reticuli formam induens. Ex eo post aliquot horas elevantur fila illa, longiora fiunt, ramosa emittunt, dichotoma progressionem. Ramorum apices gerunt capitula rotunda, pellucida, aqueo humore plena, juxta ramulos diffluentia.



# CLASSIS II.

## ALGÆ.

**F**lores apetalī, nudī, non manifestī, masculī & femineī seorsim in eadem aut distincta planta. Vita perennis. Substantia pulverulenta, lanuginosa, filamentosa, foliacea, gelatinosa, caloris impatiens, aqua intumescens. Semina plurima, sæpius aggregata, minime manifesta.

### BYSSUS.

DILLEN. *Hist. Musc. Gen. I.*

Corpus infimæ vegetationis, lanuginosum aut pulverulentum, enode, simplex; cujus superficiem fructificationes innumeræ occupant.

Cl. GLEDITSCHIVS genus hoc in sua methodo fungorum, inter Fungos collocavit; sed licet *Byssus* summam cum *Mucore* adfinitatem gerat, attamen a *Conferva* minime separandam, & a fungorum consortio removendam esse docuit Celeberr. DILLENIVS, cujus pleraque Genera in hac & Muscorum Classe, retineo.

#### I. *Pulverulentæ.*

1. BYSSVS pulverulenta incana farinæ instar strata. DILLEN. *Musc. p. 3. fig. 3. Tab. I. LINN. Spec. plant. p. 1169.*

Habitat in terra, umbrosis in locis, circa hortos & muros, arborum radicibus, putrescentibus lignis, muscis & Lichenibus instrata.

Massa est farinacea, mollis, late spassa, dum sicca est albi coloris, subglauca vero si pluviis fuerit irrorata.

2. BYSSVS pulverulenta flava, lignis adnascens. DILLEN. *Musc. p. 3. Tab. I. fig. 4. LINN. Spec. plant. p. 1159.*

Habitat in corticibus arborum, sed in Prunis hortensibus ubique.

Constat particulis exiguis, farinaceis, per corticem late diffusis, Januario mense pulvisculo tenuissimo & colore adpersis.

3. BYSSVS pulverulenta cinerea rupes operiens. LINN.

*Spec. plant. p. 1169.*

Habitat in faxis passim.

DILLEN. hanc non vidit.

## II. Filamentosæ.

4. BYSSVS parasitica capillacea flava.

Ita voco glomerulos exiguos fulvi & flavi coloris, quos in dorso foliorum Fagi, Populi, salicis, aliisque sæpissime reperi. Num vitium sit Insecti, aut folii morbus aliquis, affirmare aut negare non audeo; Interim substantia ad nullam plantam magis, quam ad Byssum accedit.

5. BYSSVS lanuginosa petrææ crocea. DILLEN. *Musc.*

*p. 8. Tab. I. fig. 16.*

*Byssus; capillacea, pulverulenta; fructificationibus sparsis, filamentis simplicibus & ramosis. GLEDITSCH. Meth. fung. p. 18. LINN. Spec. plant. p. 1168.*

Habitat in faxis, septemtrionem spectantibus.

Constat filis brevibus, erectis, aggregatis, in cepitulos subrotundos congestis; coloris plus minus aurei; odoris violacei, cardiaci SCHWENCKFELD de *Fossil. filis.* n. 382.

6. BYSSVS capillacea, fructificationibus sparsis, filamentis integris & productioribus; basi latissima.

GLEDITSCH. *Meth. fung. p. 21.*

### Varietates.

(a) *Byssus* tenerrima, murina, doliaris. DILLEN.

*Musc. p. 6. Tab. I. fig. 12,*

*Byssus*

*Byffus latiffima, speluncis & cellis vinariis in-  
nafcens, filtrum, vel lanneum pannum fimulans.* MI-  
CHEL. Gen. plant. p. 211. Tab. 89. fig. 9.

Habitat ad Dolia in Cellis vinariis frequens.

Hæc imprimis colore variat.

(b) *Byffus evanida, floccofa, nivea.* DILLEN. *Musc.*  
p. 5. Tab. 1. fig. 9.

Habitat in fubterraneis antris *Fodinarum Idrien-  
fium*, ad ligneos parietes, quos sæpe omnino tegit, *auf  
den Stephani Feldt*, olim *Mittefeldt*.

Cespites latiffimi, craffi, candidiffimi, fi a propria  
fede quomodocumque avellantur, protinus collabun-  
tur in informe, perfiftens, telæ araneaceæ complicatæ  
fimile corpus.

7. *Byffus filamentofa viridis.* LINN. *Spec. plant.*  
p. 1168.

*Byffus; capillacea, viridis, fructificationibus  
fparfis, filamentis brevibus, tenuiffimis, partim fim-  
plicibus, partim ramofis.* GLEDITSCH. *Meth.*  
*fung.* p. 19.

*Byffus tenerrima, viridis, velutum referens.*  
DILLEN. *Syn.* 3. p. 56. *Musc.* p. 7. Tab. 1.  
fig. 14.

*Byffus terrefftris, viridis, herbacea ad molliffima,  
filamentis ramofis & uon ramofis.* MICHEL. *Gen.*  
*plant.* p. 210. Tab. 89. fig. 5. HALL. *Helv.*  
p. 4.

Habitat prope cavas viarum femitas, ad limbos  
pratorum fterilium, argillofis in locis.

Late fpargitur, & fub humido cælo, holofericeum  
& viridem pannum refert.

8. *Byffus filamentis plumofis natantibus.* LINN.  
*Spec. plant.* p. 1168.

*Byffus-latiffima, papyri inftar fuper aquam ex-  
panfa.* DILLEN. *Musc.* p. 2.

*Byssus farinacea virescens aquæ inspersa.* LINN.  
 Fl. Lapp. 532. Fl. Svec. 1128. ROYEN. Lugdb.  
 p. 520. GLEDITSCH. Meth. fung. p. 25.  
 Habitat in fossis & aquis stagnantibus.\*

Filamenta, quæ non vidit DILLERIVS, plumosa observavit SERGIUS apud LINNÆVM.

Hæc præsertim adfinitatem *Confervæ* cum *Byssosummam* esse demonstrat.

## CONFERVA.

DILLEN. *Hist. musc. Gen. II.*

Corpus herbaceum, filamentosum, simplex, æquabile, aut nodis, vel geniculis instructum, cujus superficiem fructificationes innumeræ occupant.

1. CONFERVA filamentis æqualibus ramosis, bullas æreas includens. LINN. *Spec. plant.* p. 1164.

*Conferva filis simplicibus, intricatis, ramosis.*  
 HALL. *Helv.* p. 3? est quidem *Alga bombycina*  
 BAUHIN. in *prod. p.* 155, sed non *reticulata*  
 DILLEN.

*Conferva palustris bombycina.* DILLEN. *Syn.* 3.  
 p. 60. *Musc.* p. 18. *Tab.* 3. *fig.* 2.

Habitat in fossis agri Labacensis, abunde.

Filamenta in hac specie ita arcte congesta sunt & intricata, ut aerem quoque retineant, qui aeris calore rarefactus, bullas efformat.

2. CONFERVA filamentis simplicissimis æqualibus longissimis. LINN. *Fl. Svec.* 1022. *Spec. plant.* p. 1164.

*Conferva filis simplicissimis & longissimis.* HALL.  
*Helv.* p. 2. BOHEM. *Lipf.* 879.

*Conferva fluviatilis sericea, vulgaris & fluitans.*  
 DILLEN. *Musc.* p. 12. *Tab.* 2. *fig.* 1.

Habitat sub aquis non rapide fluentibus.

Mirabili celeritate ossa fracta conferruminare ait  
**PLINIUS** *Hist. Lib. 27. cap. 9.*

Vir, in re herbaria, nullius sane fidei & auctori-  
 tatis, ut patet ex iis, quæ de eo scripserunt **VERU-**  
**LAMIUS** de *augment. scient. Lib. 1. col. 18.* **VALE-**  
**SIUS** in *Sacr. Philosoph. cap. 74.* **SALMASIUS** in *judic.*  
*de Plinio*; **TOURNEFORTIUS** in *Isagog.* aliique  
 plures.

## LICHEN.

**MICHEL.** *Gen. plant. p. 73.*

Corpus farinaceum, crustaceum, filamentosum aut  
 foliaceum; floribus masculis sessilibus, receptaculo  
 sessili communi innatis; nec non femineis; congestis,  
 sessilibus & pedunculatis; unde semina innumera, fa-  
 rinacea, sphaerica aut stellata oriuntur.

### I. *Filamentosi.*

*Ord. V.* **MICHEL.** *ibid. p. 76.* *Usnea.* **DIL-**  
**LEN.** *Musc. Gen. IV.*

Constant funiculis, filisque solidis, rigidis, aphyllis,  
 vi adstringente & roborante donatis. **DILLEN.**  
*ibid. & in præfat.*

**I.** **LICHEN** filamentosus ramosus erectus, scutellis ra-  
 diatis. **LINN.** *Fl. Svec. 991. Spec. plant. p. 1156.*

*Usnea vulgatissima tenuior & brevior, cum orbiculis.* **DILLEN.** *Musc. p. 69. Tab. 13. fig. 13.*

*Lichen caule ramoso solido, foliis setaceis, receptaculis maximis orbiculatis peltatis ciliato-radiatis.*

**LINN.** *H. Cliff. p. 477.* **ROYEN.** *Lugdb. p. 513.*

*Lichen capillaceus, ex cinereo-receptaculis florum subcinereis & barbatis.* **MICHEL.** *Gen. plant. p. 77. Tab. 39. fig. 5.*

Habitat in ramis arborum antiquarum, præsertim in Abiete.

Loræ teretes; ramis patentibus; scutis amplis, terminalibus, planis, ciliatis: ciliis simplicibus & ramolis.

2. LICHEN filamentosus ramosissimus erectus, tuberculis farinaceis sparsis. LINN. *Fl. Svec.* 989. *Spec. plant.* p. 1155.

*Usnea vulgarissima, tenuior & brevior, sine orbiculis.* DILLEN. *Musc.* p. 67. Tab. 13. fig. 12. A.

Habitat ibidem.

3. LICHEN filamentis articulatis, ramulis tenuissimis punctatis. ROYEN. *Lugd.* p. 513. LINN. *Spec. plant.* p. 1156.

*Usnea capillacea & nodosa.* DILLEN. *Musc.* p. 60. Tab. 11. fig. 4. articulis nimium manifestis.

Habitat cum prioribus.

4. LICHEN filamentosus pendulus, ramis implexis, scutellis radiatis. LINN. *Fl. Svec.* 984. *Spec. plant.* p. 1154.

*Usnea vulgaris, loris longis implexis.* DILLEN. *Musc.* p. 56. Tab. 11. bene.

Habitat in arboribus.

Venatoribus notissimus & gratissimus Lichen est, quem convolutum in globi formam, inter pulverem pyrium & globulos plumbeos collocant, non solum enim ignem facile concipit & fordes a pulvere relictas averit, sed etiam subito deflagrat, secus ac papyrus, quæ cum ignem diu retineat, ita acervos cerealium in arvis, ipsaque tecta domorum incendio, eam ob causam, periisse novi.

5. LICHEN filamentosus pendulus, tuberculis lateralibus innatis,

*Lichen filamentosus pendulis: axillis compressis.* LINN. *Fl. Svec.* 986. *Spec. plant.* p. 1155.

*Usnea jubata nigricans.* DILLEN. Musc. p. 64.

Tab. 12. fig. 7.

Habitat in *M. Seiract*, in quercu, & betula.

Loræ longæ, nigrae, tenues, implexæ, pendulæ; basi compressæ; tuberculis ex ipsa cuti erumpentibus instructæ, quæ siccitatis tempore alba, humefacta vero viridi-luteo polline plena apparent.

6. LICHEN filamentosus pendulus, loris compressis lacunosis glabris.

An *Lichen longissimus*, ex cinereo candicans, rugosus & mollior, alter. MICHEL. Gen. plant. p. 77? melius hic certe convenit cum nostro quam

*Usnea mollis*, ramis longis compressis. DILLEN.

Musc. p. 62. Tab. 12. fig. 5.

Habitat in *Badersgraben* circa *Itriam*, in Abietibus.

Loræ dichotomæ, flexiles, albidæ; extremitatibus furcatis, tenuissimis, divaricatis. Scuta concava, intus sordide flava, extus alba, subfessilia, visu rariora.

## II. Crustacei.

MICHEL. Ord. 32-38. HALL. Helv. p. 82.

Lichenoidum. DILLEN. Hist. musc. Ord. I.

Expansio aphylla, inorganica, sicca, leprosa, manifesta aut nulla; Scutis aut tuberculis plus aut minus evidentibus instructa.

### A. Receptaculis conspicuis destituti.

7. LICHEN crustaceus tartaricus pulverulentus.

Pluries reperi, Januario Mense, in cortice Pini.

Pulvis est, coloris subcærulei, impalpabilis, tartaricus, per rimas corticis late sparsus, nullis tuberculis aut scutis evidentibus ornatus, sed pulvisculo subtilissimo, arcte adhærente, hyemali tempore, ubique tectus.

B. Re-

B. *Receptaculis conspicuis instructi.*(\*) *Ultra crustam eminentibus.*

## 8. LICHEN crustaceus, tuberculis stipitatis.

*Varietates.*(a) *Lichen crustaceus albicans, tuberculis stipitatis carneis.**Lichen leprosus candicans, tuberculis incarnatis.*

LINN. Fl. Svec. 936. Spec. plant. p. 1141.

*Coralloides fungiforme carneum, basi leprosa.*

DILLEN. Musc. p. 76. Tab. 14. fig. 1.

*Lichen crustaceus, terrestris, crusta granulosa, ex albo-subcinerea, receptaculis florum rotundis, carneis, pediculo insidentibus.* MICHEL. Gen. plant. p. 100. Tab. 59.

Habitat in argilla.

Crusta lata, albicans, granulosa, emittens capitula fungiformia; pedunculis crassis, rugosis, roseis; capitulis autem ipsis subrotundis, carneis.

(b) *Lichen crustaceus cinero-viridis, tuberculis stipitatis fuscis.**Coralloides fungiforme saxatile, pallide fuscum.*

DILLEN. Musc. p. 78. Tab. 14. fig. 4.

*Lichen crustaceus, terrestris, crusta granulosa, ex albo subcinerea receptaculis florum rotundis, fuscis, pediculo insidentibus.* MICHEL. Gen. plant. p. 100?

Ego natum habeo in lapide friabili.

Crusta est granulosa; capitula vero fusca sunt, parva &amp; subrotunda, pedunculis albis &amp; gracilibus prædita.

(c) *Lichen crustaceus luteo-virescens, tuberculis concoloribus stipitatis sphaericis.**An Mucor perennis viridis, foliis fursuraceis, stipite filiformi.* LINN. Spec. plant. p. 1185?

Huc



Huc pertinet *Coralloides fungiforme arborum nigrum, vix crustosum*. DILLEN. Musc. p. 78.

Tab. 14. fig. 3.

Habitat in cortice Abietis, aridisque truncis circa radices.

E pulvere tenui, luteo-virescente, oriuntur pedunculi fetacei, concolores, duas lineas longi, terminati capitulo sphaerico, concolore, mucoriformi, sed nunquam dehiscente.

(d) *Lichen crustaceus pulverulentus ater, tuberculis stipitatis flavis*.

Rarissimam plantulam reperi verno tempore, circa *Idriam*, in Abiete juniore.

Pulvis est ater, impalpabilis, deustum corticem a longe repræsentans, si vero oculos admoveris, apparent tubercula, inde nascentia sphaerica, flava, spongiosa & minutissima, quæ lente inspecta pedunculos teretes, pallidiores, vix lineam longos exhibent.

9. LICHEN crustaceus, tuberculis sessilibus in lineas ordinatis.

*Lichen leprosus albicans, lineolis nigris ramosis characteriformibus*. LINN. Fl. Svec. 941. Spec. plant. p. 1140.

*Lichenoides crusta tenuissima, peregrinis veluti litteris inscripta*. DILLEN. Musc. p. 128. Tab. 128. fig. 1. A.

*Lichen crustaceus, tartaricus, corticibus arborum adnascens, cinereus, receptaculis florum sub cute erumpentibus, nigricantibus, transverse oblongis, divaricatis & compressis*. MICHEL. Gen. plant. p. 102. Tab. 56. fig. 3. HALL. Helv. p. 87.

Habitat frequentius in Abiete.

Crusta est cinerea, insculpta lineis plurimis, atris, flexuosis, longis, plerumque ramosis - litterarum sinensium similitudine HALLER.

An huc pertinent lineæ illæ simplices, arcuatæ, exiguæ, atræ, remotæ, betulino cortice passim inscriptæ, & evidenti crusta detitutæ? tuberculosæ sunt utique, & prioribus valde similes.

10. *Lichen* crustaceus, tuberculis sessilibus planis, crusta verniciformi.

### *Varietates.*

(a) *Lichen* crustaceus albus: crusta verniciformi, tuberculis planis sessilibus carneis.

Habitat in putridis Abietum truncis, umbrosis & frigidis sylvarum in locis.

Huic & consimilibus crusta talis est, qualem ovi albumen concussum, & ut solent pictores, æqualiter dilatatum, exhibet, minus tamen nitide; ex ea oriuntur scuta numerosa, sessilia, carnea, primo convexa, dein plana, denique ex siccitate concava.

(b) *Lichen* crustaceus cinereus: crusta verniciformi, tuberculis carneis sessilibus planis.

Habitat cum priore.

(c) *Lichen* crustaceus glauco-cinereus: crusta verniciformi, tuberculis carneis sessilibus planis.

Habitat iisdem in locis.

Utriusque descriptio & differentia ex synonymis eruitur.

(d) *Lichen* crustaceus glaucus: crusta verniciformi, tuberculis carneis sessilibus planis.

*Lichen* crustaceus, *Alpinus*, lignis putridis adnascens, glaucus, receptaculis florum carneis & tumetibus. Gen. plant. p. 98. HALL. Helv. p. 82.

Habitat ibidem.

(e) *Lichen* crustaceus viridis: crusta verniciformi, tuberculis atris sessilibus planis.

*Lichenoides leprosum*, crusta cinero-virescente, tuberculis nigerrimis. DILLEN. Musc. p. 126. Tab. 18. fig. 3. sed ad saxa & in terra nondum reperi.

Habitat cum prioribus.

Differentia in coloribus unice resident.

II. LICHEN crustaceus, tuberculis sessilibus farinaceis.

*Varietates.*

(a) *Lichen* crustaceus albus, tuberculis sessilibus farinaceis.

*Lichen leprosus albus*, tuberculis' albis farinaceis. LINN. Spec. plant. p. 1141.]

Habitat in Fago potissimum.

Duplicem Varietatis hujus varietatem reperi, nempe unam substantia alba; aliam vero saxatilem, circa *Pellant* uberrime genitam, cujus substantia digitis lacerata viridem colorem exhibet.

(b) *Lichen* crustaceus albus, tuberculis cinereis sessilibus farinaceis.

Habitat in Abiete.

Hic tubercula difformia, confluentia, parva gerit.

(c) LICHEN crustaceus albus, tuberculis farinaceis sessilibus subrubris.

Reperi in Pinu.

(d) *Lichen* crustaceus albus, tuberculis sessilibus farinaceis convexis atris.

Habitat in Abiete.

Crusta tartarica, candidissima. Tubercula subrotunda, nigerrima, numerosa.

(e) *Lichen* crustaceus glaucus, tuberculis sessilibus farinaceis albis.

In ramulo Abietis natum habeo.

Tubercula nivea, congesta, parva.

12. LICHEN crustaceus pulverulentus, tuberculis sessilibus glabris.

*Varietates.*

- (a) *Lichen* crustaceus pulverulentus luteo-virescens, tuberculis sessilibus glabris atris.

*Lichen crustaceus, rugosus, ex cinereo-virescens, receptaculis florum nigris, exiguis, tumidis.* MICHEL. Gen. plant. p. 98. potest idem esse.

Habitat in Arboribus, ego cum MICHELIO in pyro reperi, prope radicem.

Tubercula convexa, distincta.

- (b) *Lichen* crustaceus pulverulentus cinero-virens, tuberculis glabris sessilibus rufis.

*Lichen crustaceus, farinaceus, - - subrescens, receptaculis ruffis, - -* MICHEL. Gen. plant. p. 96.

Reperi in Quercu, circa radicem.

Tuberculis exiguis & confluentibus differt a priorē, cæterum utrique est crusta pulverulenta, e qua tubercula minime furfuracea oriuntur.

13. LICHEN crustaceus subvirescens: margine sinuato nigro, tuberculis glabris sessilibus convexis atris.

Ego nullibi, nisi in Fago reperi, ibi vero in *Carniola* ubique.

Crusta est lata, luteo-virescens, margine nigro, varie sinuato & flexo, ut Regnum aut Provincia a conterminis distingui solet propriis coloribus in *Mappa Geographica*; ex hac crusta mœniata oriuntur tubercula fere hemisphærica, nigra, sessilia & glabra.

14. LICHEN tuberculis sessilibus nudis.

Ita voco Lichenes saxatiles, crusta nulla, aut vix conspicua donatos, qui nihil aliud habent, quam tubercula sessilia, quæ lente visa, lapidum congeries, saxorumque cohærentium difformes massas, repræsentant.

*Varie-*

*Varietates.*

- (a) *Lichen tuberculis nudis sessilibus rufis.*  
 Habitat in marmore.  
 Crusta nulla; tubercula lapidea.
- (b) *Lichen tuberculis nudis sessilibus atris.*  
 Habitat in lapide calcario.  
 Crusta nulla. Tubercula teneriora, exigua, sparsa.
15. LICHEN crustaceus, scutellis pedunculatis.  
 Reperi in dejectis, putridisque Fagis, non semel.  
 Lignum atro-cæruleo colore late tinctum apparet, absque omni organica eminente crusta; ex eo oriuntur receptacula, cærulea, pedunculata, *Elvele* nostræ *cyathiformis* ex matricaria genitæ facie.
16. LICHEN crustaceus, scutellis sessilibus planis.

*Varietates.*

- (a) *Lichen crustaceus flavus, scutellis sessilibus planis.*  
*Lichen crustaceus flavus, scutellis luteis.* LINN.  
 Spec. plant. p. 1141?  
*Lichenoides crustosum, orbiculis & scutellis flavis.* DILLEN. Musc. 136. Tab. 18. fig. 18. A.  
 Habitat in rupibus & saxis.
- (b) *Lichen crustaceus albus, scutellis cinereis sessilibus planis: margine niveo.*  
 Habitat in Malo, Junipero.  
 Colores obstant, ne sit *Lichen*, 30. Ord. 34. MICHEL.
- (c) *Lichen crustaceus albus, scutellis subluteis sessilibus planis: margine albo.*  
 Alpium incola est.  
 Crusta est tartarica & rimosa; ex hac oriuntur scutella parva, multa, obsolete flava.
- (d) *Lichen crustaceus subvirescens, scutellis atris sessilibus planis: margine cinereo.*  
 Habitat in saxi circa *Adriam*.

Cruſta tartareá. Scuta frequentiffima.

- (e) *Lichen* cruſtaceus verrucoſus albicans, ſcutellis ſuffuſciſ ſeſſilibus planis: margine cinereo ſubcrenato.

*Lichen cruſtaceus albicans, ſcutellis ſubfuſciſ, margine cinereo ſubcrenato.* LINN. Fl. Svec. 943. Spec. plant. p. 1142.

*Lichenoides cruſtaceum & leproſum, ſcutellis ſubfuſciſ.* DILLEN. Giſſ. p. 205. Muſc. p. 134. Tab. 18. fig. 16.

*Lichen cruſtaceus, arboribus adnaſcens, ex cinereo - albicans, receptaculis florum crebriſ, ſubfuſciſ, limbo albo, crenato cinctiſ.* MICHEL. Gen. plant. p. 97. HALL. Helv. p. 83.

Habitat in Fago, Pruno, Pyro &c.

Scuta alba, dein rubra, denique nigra; marginibus integerrimis, & demum crenatis monent Botánicos, ne in multiplicandis *Lichenum* cruſtaceorum ſpeciebus, tam faciles ſint.

- (f) *Lichen* cruſtaceus verrucoſus albicans, ſcutellis atris ſeſſilibus planis: margine albo.

Habitat in ſummis cacuminibus *Alpium Kramburgenſium*.

Colore ſcutorum immutabili, & limbis integerrimis, a priore diverſus eſt.

17. *LICHEN* cruſtaceus, ſcutellis ſeſſilibus convexiſ.

### Varietates.

- (a) *Lichen* cruſtaceus cinereus, ſcutellis ſeſſilibus convexiſ flaviſ.

An *Lichen cruſtaceus, arboribus adnaſcens, ex albo - ſubcinereus, receptaculiſ florum aureiſ, nudiſ.*

MICHEL. Gen. plant. p. 98?

In Junipero reperi.

Scuta exigua, ſere hemiſphærica.

(b) **LICHEN** crustaceus cinereus, scutellis sessilibus convexis roseis.

Habitat in Quercu frequens circa *Idriam*.

Scuta planiora & frequentiora:

Ex scutorum figura, propriam speciem condidi, si id alicui displiceret, conjungat cum prioro.

18. **LICHEN** crustaceus, scutellis sessilibus subnudis.

*Varietates:*

(a) *Lichen* crustaceus, scutellis nudis sessilibus convexis flavis.

*Lichen arboreus, scutellis flavis nudisque.* HALL.

Helv. p. 85.

Habitat in Arboribus præcipue pomiferis.

Constat receptaculis exiguis: flavis, convexis, sessilibus; friabilibus & glabris, evidenti crusta destitutis.

(b) *Lichen* crustaceus, scutellis sessilibus nudis convexis atris.

Habitat in arboribus; ubi mollior, unicolor, nudus, nec non in saxis, ubi durior, & limbis pallidioribus, tuncque est *Lichen saxatilis, scutellis nudis, atris:*

HALL. Helv. p. 85.

(c) *Lichen* crustaceus scutellis sessilibus subnudis lapideis concavis.

*Lichen subrubellus, minimus, scutis in substantia lapidis excavatis.* HALL. Helv. p. 85.

Habitat in rupibus marmoreis.

Facile adgnosceitur scutis rubris, parvis, durissimis, umbilicatis, crustæ obscuræ subrubenti innatis.

(\*\*) *In substantia corporis, cui adnascuntur, excavatis.*

19. **LICHEN** crustaceus, scutellis immerfis umbilicatis nudis; marginibus crenatis.

Novissimum Lichenem reperi in vaginis membranaceis *Sesleria meæ* culmum & folia ambientibus, prope radicem.

Scuta sunt nuda, concava, parva, nigra; marginibus erectis, cinereis, tenuiter crenulatis.

20. **LICHEN** crustaceus splendens, scutellis immerfis convexis clausis.

Habitat in Fagis circa *Idriam*, non rarus.

Crusta est lucida, verniciformis, subcinerea; cui immerfa excrescunt scuta convexa nigra, multa & clausa.

21. **LICHEN** crustaceus, scutellis immerfis concavis.

Speciem hanc constituit superficies lapidis cujuscumque diverso colore tineta, quem tamen pro crusta habeo inorganica, impalpabili, atque lapidea; in colorata ea lapidis parte excavatae apparent foveolae plurimae, quae modo plenae sunt tartarica & decolore substantia, modo vero diversum a subjecta crusta colorem habent, nullaque alia materie repletæ apparent. Vegetabilium horum vix ulla mentio facta est a MICHELIO alioquin diligentissimo, nulla vero a DILLENIO. Ego quoque dubito, num ejusmodi coloratae & tuberculosae lapidum superficies, verae sint plantae, an vero a tempore aut pluviis excavatae & lapideo quodam concremento repletæ foveae. Rebus tamen omnibus rite perpensis, inter producta regni vegetabilis collocare decrevi, quae talia sunt, ut cum mediam aliquam indolem plantas inter & lapides habeant, ita in methodo naturali utrumque regnum omnino conjungant.

#### *Varietates.*

(a) *Lichen* crustaceus albicans scutellis luteis immerfis concavis.

Reperi in summis Alpium *Carniole* faxis.

Foveolae plenae sunt substantia lapidea, flava.

(b) *Li-*



(b) *Lichen* crustaceus cinereus, scutellis immerfis rubris.

Habitat cum priore.

Substantia illa, quæ foveas replet, eminet extra lapidis superficiem, & apice sæpius perforata est.

(c) *Lichen* crustaceus cinereus, scutellis immerfis atris.

*Lichen* crustaceus, saxatilis - - cinereus, receptaculis exiguis, nigricantibus, concavis, - - in substantia lapidis veluti infixis. MICHEL. Gen. plant. p. 97 ?

Habitat in summis saxis *M. Anas*, supra *Sacellum D. Hieronymi*.

(d) *Lichen* crustaceus carneus, scutellis immerfis atris,

Habitat in lapidibus calcariis, circa *Vipaccum*.

Crusta ampla, carnea, foveis atris numerosissimis cicatrizata est.

(e) *Lichen* crustaceus albus, scutellis immerfis albis.

Habitat in Alpibus *Carniole superioris*.

Crusta manifesta, tartarica, nivea; insculpta est foveis plurimis, albis, materie tartarica plenis.

(f) *Lichen* crustaceus cæruleus, scutellis immerfis.

Habitat in saxoso culmine *M. Anas*.

Crusta est cærulea, impalpabilis, cæruleis quoque foveis excavata.

### III. *Coralloidei.*

Coralloidum DILLEN. *Hist. Musc. Gen. V.*  
Species omnes.

Lichenes pyxidati & coralloidei. MICHEL.  
*Gen. plant. Ord. VI-X.* HALL. *Helv. Ord. I-II.*

Lichenes scyphiferi & fructiculosi LINN.  
*Spec. plant.*

22. LICHEN coralloides.

(<sup>o</sup>) *Caule simplici.*

(1) *Lichen coralloides*, caule simplici subulato nudo.

*Coralloides scyphiforme serratum elatius*, caulibus gracilibus glabris. DILLEN. Musc. p. 88. Tab. 14. fig. 14. C, quæ ex errore signata fuit n. 13. Tab. 15. fig. 14. sparsim A. B; nec non Fig. 16. E.

Habitat in truncis arborum cariosis & putridis.

Est corniculum simplicissimum, acuminatum, nullis squamis indutum, quale pinxit MICHEL. in Tab. 41. fig. 5, ad latus spectans figuram sextam.

(2) *Lichen coralloides*, caule simplici squamoso.

Habitat cum priore.

Alia Lichenis corniculo simplici varietas non rara est, quando totus foliaceis ornamentis efflorescit, crusta, quæ pro basi est, per longitudinem propagata. HALL. *Helv.* p. 765; tale specimen pinxit MICHEL. *Gen. plant.* Tab. 41. O. 7. fig. 1. lit. a.

(3) *Lichen coralloides*, caule simplici e squamarum oris prodeunte.

Habitat ibidem.

Rara hæc varietas, squamas gerit amplas, quarum limbi complicati, in cornu formam eriguntur, nudi alioquin & breves.

(4) *Lichen coralloides* caule simplici subulato nudo: apice dilatato concavo.

Habitat cum prioribus.

Incoat hic seriem pyxidatorum, quos specie non differre a corniculatis *Michelianæ* & *Dillenianæ* icones clare demonstrant.

(5) *Lichen coralloides*, caule simplici pyxidato nudo: marginibus integerrimis.

*Coralloides scyphiforme, tuberculis fuscis.* DILLEN. Musc. p. 79. Tab. 14. fig. 6. A.

*Lichen tuberculifus, pyxidatus, cinereus.* HALL. *Helv.* p. 64. descriptio.

*Lichen pyxillatus major.* TOURNEF. Inst. p. 549. Tab. 325. D. VAILLANT. Paris. p. 115. Tab. 21. fig. 8. MICHEL. Gen. plant. p. 82. Tab. 41. O. 1. fig. 1. & 6.

Habitat cum prioribus.

Varietas pyxidata major TOURNEFORTII, scyphum minime dentatum, aut tuberculosum habet; ergo conjungenda non est cum pyxidata minore VAILLANTII, neque inter tuberculosas numeranda, ut DILLENIO & LINNÆO placuit.

Peculiari virtute sedativa, in tussi convulsiva, donatus est. DILLEN. in *Præfat.*

(6) *Lichen coralloides*, caule simplici pyxidato nudo: marginibus ferratis.

*Coralloides scyphiforme, tuberculis fuscis.* DILLEN. loc. cit. Lit. B.

*Coralloides scyphiforme gracile, marginibus serratis.* EJUSD. p. 84. Tab. 14. fig. 8. A.

*Lichen scyphifer simplex denticulatus, stipite cylindrico.* LINN. Fl. Svec. 973. Spec. plant. p. 1152.

*Lichen pyxidatus, marginibus ferratis.* HALL. Helv. p. 65. nomen.

*Lichen pyxidatus minor.* VAILLANT. Paris. p. 115. Tab. 21. fig. 6. MICHEL. Gen. plant. Tab. 41. fig. 5.?

Habitat ibidem.

Stipes nudus, terminatur scypho intus sæpe violaceo, ferrato.

(7) *Lichen coralloides*, caule simplici pyxidato squamoso: marginibus ferratis.

Habitat cum priore.

Scyphus modo stipiti concolor, modo dicolor est; cæterum differt a priore ut Varietas 2. a 1.

(8) *Lichen coralloides*, caule simplici pyxidato: marginibus tuberculosis: tuberculis sessilibus fuscis.

*Lichen scyphifer simplex crenulatus, tuberculis fuscis.* LINN. Spec. plant. p. 1151. nomen.

*Coralloides scyphiforme, tuberculis fuscis.* DILLEN. Musc. loc. cit. Litt. C. a. 6. utcumque.

*Lichen pyxidatus, verrucosus, oris carnosus, tumentibus & fuscis.* HALL. Helv. p. 65. non vero rubellis.

*Lichen pyxidatus major, acetabulo fimbriato & tuberculoso.* VAILLANT. Paris. Tab. 21. fig. 11. minor, neque bona.

Habitat ibidem.

Scyphus nudus aut squamosus, tubercula sessilia & fusca gerit: Ex eadem vero basi & tuberculosa & nudæ pyxides non raro oriuntur, ut recte pinxit MICHEL. Tab. 41. fig. 3. 4.

(9) *Lichen coralloides, caule simplici pyxidato: marginibus tuberculosis: tuberculis stipitatis fuscis.*

*Coralloides scyphiforme, tuberculis fuscis.* DILLEN. Musc. l. c. Lit. C. c. bene, & cum prior ex eadem crusta.

*Lichen pyxidatus, major, Alpinus, receptaculis florum copiosioribus & tumentibus.* MICHEL. Gen. plant. p. 82. Tab. 41. fig. 2. 4.

Habitat in iisdem locis.

Natus est a Patre 8; tuberculis demum stipitatis.

(10) *Lichen coralloides, caule simplici pyxidato: marginibus tuberculosis: tuberculis coccineis sessilibus.*

*Coralloides scyphiforme, tuberculis coccineis.*

DILLEN. Musc. p. 82. Tab. 14. fig. 7. F.

Habitat abunde & lætissime in sterilibus agri Reifnizensis.

Tenerior est & pallidior Varietate 8, tuberculis vero coccineis.

(11) *Lichen coralloides, caule simplici pyxidato: marginibus tuberculosis: tuberculis stipitatis.*

*Lichen*

*Lichen scyphifer simplex integerrimus*, stipite cylindrico, tuberculis coccineis. LINN. Fl. Svec. 972. Mat. med. 496. Spec. plant. p. 1151.

*Coralloides scyphiforme*, tuberculis coccineis. DILLEN. Ibid. Lit. G. H. I. K. L. M.

*Lichen pyxidatus*, oris coccineis & tumentibus. VAILLANT. Paris. p. 115. Tab. 21. 4. bene. MICHEL. Gen. plant. p. 82. Tab. 41. fig. 3. HALL. Helv. p. 65. n. 14. nomen, n. 17. synonyma.

Habitat cum priore.

Ex una basi oriuntur scyphi glabri & tuberculosi; tuberculis primo sessilibus: dein vero stipitatis, ut recte pinxit VAILLANTIVS.

(12) *Lichen* coralloides, caule simplici pyxidato: marginibus & superficie tuberculosis: tuberculis coccineis.

Habitat simul cum prioribus 10. 11.

Rarior est, & origine tuberculorum ab iisdem unice diversus.

(13) *Lichen* coralloides caule simplici squamis breviori, tuberculis terminalibus sessilibus atris.

*Lichen minimus*, crusta pyxidati vulgaris, capitulo fungiformi, nigro, sepe ramoso. HALL. Helv. p. 66?

Semel reperi in putridis lignis circa *Idriam* in *Struk*.

(14) *Lichen* coralloides caule simplici pyxidato: marginibus tuberculosis proliferisque.

Habitat cum prioribus.

Conjungit tuberculosos cum proliferis; unus enim stipes, ex margine scyphi, educit scyphulos minores, una cum tuberculis sessilibus & fuscis. Tale specimen extat apud DILLEN. in *Tab.* 14. fig. 7. M.

- (15) *Lichen coralloides*, caule simplici: marginibus proliferis ferratis nudis.

*Coralloides scyphiforme gracile*, marginibus serratis. DILLEN. Musc. p. 84. Tab. 14. fig. 8, scyphis nimium ferratis.

*Lichen pyxidatus*, prolifer, marginibus serratis. HALL. Helv. p. 65. omissa VAILLANTII icone præstantissima.

*Lichen pyxidatus*, prolifer, acetabulorum oris proliferis, receptaculis florum rufescentibus. MICHEL. Gen. plant. p. 82. Tab. 41. fig. 7.

*Lichen pyxidatus*, margine prolifero. VAILLANT. Paris. Tab. 21. fig. 9.

Habitat in truncis arborum, cum sociis.

Stipes sæpe furfuraceus, scypho ferrato, e cujus margine novæ proles oriuntur matri similes.

- (16) *Lichen coralloides*, caule simplici pyxidato prolifero: prolibus sparsis,

Habitat ibidem.

Rarior hæc varietas differt a 15, ut 12. ab 11.

- (17) *Lichen coralloides* caule simplici: marginibus foliatis.

*Coralloides scyphiforme*, marginibus radiatis & foliatis. DILLEN. Musc. p. 85. Tab. 14. fig. 9.

*Lichen pyxidatus*, acetabulis foliosis & coronatis. HALL. Helv. p. 765.

*Lichenoides pyxidatum*, marginibus eleganter foliatis. DILLEN. Syn. 3. p. 69.

Habitat cum prioribus.

Dillenius perpetuo proliferum pinxit, est tamen & non prolifer, scypho toliaceo efflorescentiis plus minus & undique ornato.

(\*\*) *Caule ramoso*,

- (18) *Lichen coralloides*, caule subulato bifido.

*Coralloides vix ramosum, scyphis obscuris.*

DILLEN. Musc. p. 90. Tab. 15. fig. 14. A, unicum corniculum, D, utrumque.

Habitat cum Varietate prima, non rarus.

Incoat seriem Lichenum Corallideorum ramosorum, dum apicem bifidum, minime pyxidatum, obtusum vel acutum gerit.

(19) *Lichen* coralloides, caule cylindraceo ramoso multifido.

*Coralloides vix ramosum, scyphis obscuris.* DILLEN. Ibid. Lit. E.

Habitat cum priore.

Cornu est unciale, plerumque squamosum, apice in plures ramos divisum.

(20) *Lichen* coralloides, caule ramoso quasi pyxidato.

*Coralloides scyphiforme cornutum.* DILLEN.

Musc. p. 92. Tab. 15. fig. 16. T.

Habitat cum superioribus.

Primus est inter pyxidatos ramosos, in quo ramorum bases ita uniuntur, ut difformem scyphum repræsentent.

(21) *Lichen* coralloides, caule ramoso: ramis pyxidatis: pyxidum oris integris.

*Lichen pyxidatus difformis ramosus, ramulis obtusis, pyxidatim desinentibus.* DILLEN. Syn. 3. p. 68?

Habitat cum eo, qui sequitur.

Rami hic in pyxides integerrimas desinunt, uti ramus Fig. 5. O. 7. MICHEL. supra litteram D.

(22) *Lichen* coralloides, caule ramoso: ramis pyxidatis: pyxidum oris ferratis.

Habitat cum priore.

Nihil est aliud quam specimen prius, sed adultum.

(23) *Lichen* coralloides, caule cylindraceo ramoso: ramis brevissimis terminalibus tuberculosis.

*Coral-*

*Coralloides scyphiforme*, ossis femoris facie.  
DILLEN. Musc. p. 91. Tab. 15. fig. 15. A.  
adultum specimen

*Lichen pyxidatus*, teres, acetabulis minoribus,  
repandis. TOURNEF. Inst. p. 549. VAILLANT.  
Paris. p. 115. MICHEL. Gen. plant. p. 80.  
Tab. 41. O. 7. fig. 1. specimen ramosum valde.  
Habitat cum prioribus.

Plerumque simplex est & cylindraceus, apice tuberculis sessilibus fuscis & nigris coronatus. HAL-  
LERS synonymum DILLENII applicat Coralloidi  
ex pyxidatarum stirpe, spuria diffinitione, produ-  
ctæ, an bene?

(24) *Lichen coralloides* caule ramoso nudo: ramis  
longioribus tuberculosis.

*Coralloides parum ramosum*, tuberculis fuscis.  
DILLEN. Musc. p. 97. Tab. 15. fig. 20. va-  
rietas glabra.

Habitat in sylvis ad arborum radices.

(25) *Lichen coralloides*, caule ramoso squamoso: ra-  
mis congestis, in tubercula exigua & fusca desi-  
nentibus.

*Coralloides cornucopioides incanum*, scyphis cri-  
statis. DILLEN. Musc. p. 94. Tab. 15. fig. 17.  
A. B. C.

Habitat cum priore.

Truncus est difformis, tectus foliaceis ornamen-  
tis, cujus ultimi ramorum fines tuberculis parvis &  
fuscis terminati sunt.

(26) *Lichen coralloides*, caule ramoso: ramis in tu-  
bercula coccinea desinentibus.

*Lichen coralloides*, tubulosus, cinereus, minor,  
parum ramosus, receptaculis florum coccineis. MI-  
CHEL. Gen. plant. p. 80.

Habitat ibidem.



Color tuberculorum coccineus differentiam constituit.

(27) *Lichen coralloides*, caule ramoso: ramis recurvis in tubercula exigua & fusca desinentibus.

*Lichen coralloides, tubulosus, major, montanus, e cinereo-viridi rufescens, caulibus recurvis - - receptaculis rufescentibus.* MICHEL. Gen. plant. p. 94. Tab. 15. fig. 17. A. B. C.

Habitat cum prioribus.

Valde longus est, ramosusque, ramis recurvis, & non raro terræ denuo defixis; amplæ squamæ & remotæ in caule jacent; ramuli vero nonnulli fuscis tuberculis terminati sunt. ICON DILLENII 25. Tab. 16. recurvum ramorum habitum non exprimit, in quo tamen præcipua Varietatis hujus differentia consistit.

(28) *Lichen coralloides*, caule ramoso: ramis erectis plurimis sparsis in tubercula exigua & fusca desinentibus.

*Coralloides corniculis brevioribus & crebrioribus.* DILLEN. Musc. p. 104. Tab. 16. Fig. 27. C.

Habitat in sylvis Idriensibus, non rarus.

(29) *Lichen coralloides*, caule ramoso: ramis pyxidatis: scyphis tuberculosis: tuberculis sessilibus fuscis.

Habitat inter Abietes, non frequens.

Stipes furfuraceus est ut in Lichene Vaillantiano decimo Tab. 21, sed rami desinunt in scyphos ferratos, & tuberculis fuscis coronatos.

(30) *Lichen coralloides*, caule ramoso, extremitatibus furcatis.

*Coralloides corniculis brevioribus & crebrioribus.* DILLEN. Musc. p. 104. Tab. 16. fig. 27. B.

*Lichen coralloides, tubulosus, glauco-viridis, totus crusta foliacea tectus.* HALL. Helv. p. 69.

Coral-

*Coralloides aspera, corniculis tenuioribus, bifurcatis.* VAILLANT. Paris. Tab. 7. fig. 7. optime:

Habitat in pascuis sterilibus, & in sylvis.

Prima hujus Lichenis ætas est planta simillima Varietati Dillenianæ E, loc. cit. quæ per ætatem major & ramosior evadit. Proprium huic vero est gerere ultimos ramorum fines in cornicula duo exigua, acutissima, & divaricata, desinentes, sine tuberculis.

(31) *Lichen coralloides, caule ramoso candido, extremitatibus patulis rufescentibus radiatis:*

*Coralloides montanum, fruticuli specie ubique candicans.* DILLEN. Musc. p. 107. Tab. 16. fig. 29. E.

*Lichen coralloides, tubulosus, major, candidus, ramosissimus, receptaculis florum rufescentibus, perexiguus.* MICHEL. Gen. plant. p. 79. Tab. 40. fig. 1. deterior Dilleniana. HALL. Helv. p. 69.

Habitat in ericetis circa Lok.

Fines ramorum patulos, & segmentis stellatim positis præditos habet. Facies Fruticuli. Substantia mollior. Color albus.

(32) *Lichen coralloides, caule ramoso candido, extremitatibus reflexis.*

*Coralloides montanum fruticuli specie ubique candicans.* DILLEN. loc. cit. Lit. A.

Habitat in sylvis.

Differentia consistit in apicibus recurvis ramulorum.

(33) *Lichen coralloides, caule ramoso candido, extremitatibus erectis.*

*Coralloides fruticuli specie candicans, corniculis rufescentibus.* DILLEN. Musc. p. 110. Tab. 16. fig. 30.

Habitat cum priore.

LINNÆUS in *Spec. Plant.* p. 1153. omnes tres conjunxit in unicam speciem, & dixit *Lichenem fruticulosam perforatum ramosissimum, ramulis nutantibus.*

Lichenes Coralloideos per plures annos diligenter observavi; examinavi etiam figuras Michellii, Dillenii, aliorumque, & ita vidi cornicula simplicissima in ramosa, pyxides solitarias in proliferas, tubercula coccinea aut iëtilia in stipitata & fusca, nudos stipites in squamosos; minus denique ramosos in ramosissimos degenerasse; quamobrem imitari nolui viros etiam celeberrimos, qui certissimas varietates pro genuinis speciebus protulerunt, sed Coralloides meas ita proposui; prout in Museo proprio easdem ordinaveram. Arbitror enim - *unicam Lichenis Coralloidei speciem a DEO fuisse creatam, ex qua reliquæ omnes natæ sūt.*

#### IV. Foliacei.

Lichenoidum DILLEN. *Hist. Musc. Gen.* VI. Ord. II.

Lichenes imbricati & foliacei. LINN. *Spec. plant.*

Lichenes pulmonarii. MICHEL. & HALLEË.

(\*) Sicci. Series II. DILLENII.

34. LICHEN foliaceus erectus laciniatus: laciniis linearibus acutis rigidis, scutellis terminalibus.

*Lichen foliaceus erectus linearis ramosus lacunosus convexus mucronatus.* LINN. *Fl. Svec.* 956. *Spec. plant.* p. 1146.

*Lichenoides coralliforme rostratum & canaliculatum.* DILLEN. *Musc.* p. 170. Tab. 23. fig. 62. B. C.

*Lichen pyxidatus; Damæ cornu divijura, acetabulorum oris crispis.* TOURNEF. *Inst.* p. 549. VAILLANT. Paris. p. 115. Tab. 21. fig. 2.

Habi-

Habitat in Cratægo, Cerafo, Pruno, aliisque arboribus antiquis.

Cespes est densus, subrotundus, rigidus, cinereo-virens, constans foliis erectis, laciniatis: laciniis linearibus, rugosis, rigidis, acutis; harum ultimi fines gerunt scuta ejusdem coloris, ampla, leniter convexa & rigida; sub quibus adunca cornicula eriguntur, huic uni plantæ propria DILLEN.

24. LICHEN foliaceus erectus laciniatus: laciniis mollibus acuminatis rugosis, scutellis sparsis luteis.

Habitat in Abiete & Cratægo spinosa, non frequens.

Laciniaë huic digiti longitudine, lineari-lanceolataë, erectæ, flexiles semper, papyraceæ fere tenuitatis, neque in cespitem congregatæ. Ex harum utraque facie prodeunt scuta lentis semine nihilo majora, subpedunculata, concava, pauca, interius flavescentia, extus albida.

25. LICHEN foliaceus erectus laciniatus: laciniis lanceolatis obtusis rugosis rigidis, scutellis subsessilibus confertis sparsis.

*Lichen foliaceus erectus oblongus lanceolatus sublaciniatus lacunofus glaber, scutellis subpedunculatis.* LINN. Fl. Svec. 955. Spec. plant. p. 1146.

*Lichenoides longifolium rugosum rigidum.* DILLEN. Musc. p. 165. Tab. 22. fig. 59. melior Micheliana.

*Lichen pulmonarius-durior, in amplas lacinias divisus.* TOURNEF. Inst. p. 549. Tab. 325. A. B. MICHEL. Gen. plant. p. 74. Tab. 36. fig. 1. laciniis nimium acutis, & præter naturam corniculatis HALL. Helv. p. 72.

Habitat in Quercu.

Laciniæ etiam semipedales, parum ramosæ, digiti latitudine, rugosissimæ & rigidæ. Rami erecti. Scuta pedunculata & sessilia, conferta, convexa, ex utraque facie nascentia, variæ magnitudinis.

26. LICHEN foliaceus erectus laciniatus: laciniis acutis divaricatis bifidis, scutellis sessilibus confertis sparsiis.

Habitat in Quercu.

Durities, rugæ, & color ut in priore; sed laciniæ duplo breviores, bifidæ, adscendentes; segmentis acutis, divaricatis, planioribus; scutella sessilia.

27. LICHEN foliaceus erectus laciniatus; laciniis acutis rugosis rigidis, verrucis lateralibus.

*Lichen foliaceus erectus compressus ramosus farinaceus: lateribus verrucosis.* LINN. Fl. Svec. 957. Spec. plant. p. 1146.

*Lichenoides segmentis angustioribus ad margines verrucosis & pulverulentis.* DILLEN. Musc. p. 172. Tab. 23. fig. 63.

*Lichen cinereus angustior, scutis in marginibus segmentorum.* VAILLANT. Paris. p. 11. Tab. 20. fig. 13. 14. MICHEL. Gen. plant. p. 75. HALL. Helv. p. 72. cui non satis diversus videtur a *Lichene* 23.

Habitat in Cratægo frequens.

Juniora specimina, luteo-virentia & teneriora sunt; lateribus in verrucas glabras, parvas, scutiformes, ornatis. Adulta vero glauca & ficciora redduntur; lateralibus scutis apertis, & pulverulentis. Vidi etiam has verrucas non solum latera, sed totam fere folii superficiem, denso agmine occupantes.

28. LICHEN foliaceus suberectus laciniatus: laciniis furturaceis: subtus lacunosis.

*Lichen foliaceus decumbens furfuraceus: laciniis acutis: subtus lacunosis atris.* LINN. Spec. plant. p. 1146. sed laciniæ neque semper de-

cumbunt, neque acutæ sunt. BOEHM. Lips. 859.

*Lichen arboreus, leucomelanos, ramulis altera parte anthracinis, altera candidissimis.* BUXBAUM. Cent. 1. p. 12. HALL. Helv. p. 71.

*Lichen alpinus, cornua cervi referens - - - receptaculis - intus fuscis.* MICHEL. Gen. plant. p. 72. Tab. 8. fig. 1. ? colores quidem folii, sed receptacula forte imaginaria & habitus non consentit.

### Varietates.

- (a) *Lichen foliaceus laciniatus*: laciniis furfuraceis adscendentibus cinereis planis: subtus lacunosis subobscuris.

*Lichenoides lacunosum lacerum, latius & angustius.* DILLEN. Musc. p. 163. Tab. 21. fig. 57. huc pertinet.

*Lichen foliis planis laxis flaccidis inæqualiter laciniatis: supra albis: subtus atris.* LINN. Fl. Lapp. 450.

Habitat in Malis hortensibus antiquis.

Lacinie decumbentes, planæ, villosæ & glabræ, subtus ex violaceo & nigro colore variæ; dividuntur in minores, suberectas, planas, superne cinereas, subtus albicantes, quarum ultimi fines brevissime bifidi & trifidi, ac sæpius acuti sunt. Si Lacinie villosæ fuerunt, tunc superna & inferna earum superficies tecta est furfure obscure cinereo.

- (b) *Lichen foliaceus laciniatus*; laciniis linearibus erectis canaliculatis furfuraceis hispidis: subtus lacunosis atris.

*Lichenoides cornutum amarum, superne cinereum, inferne nigrum.* DILLEN. Musc. p. 157.

Tab. 21. fig. 52, non vero sapor.

Habitat in Pinu.

In meis numerosis exemplaribus amarities nulla, scuta nulla, color vero laciniarum modo cinereus, modo glaucus.

(c) *Lichen foliaceus erectus laciniatus*: laciniis linearibus canaliculatis furfuraceis: subtus lacunosis atris, scutellis concavis pedunculatis flavis.

*Lichenoides corniculatum altum subspinosum, scutellis flavescens.* DILLEN. Musc. p. 159.

Tab. 21. fig. 53. huic proximus.

Habitat in Pinu.

Laciniæ lineares, longæ, minus ramosæ, cinereæ & albæ, glabræ & hispidæ, subtus anthracinæ. Scutella in hac sola varietate a me hucusque reperta, pauca, ex villosis laciniis prodeuntia, pedunculata, interna parte flavescens, ut in *Lichene Michelliano secundo* Ordinis quarti, cujus facies cum mea valde consentit.

29. *LICHEN foliaceus erectus laciniatus coriaceus splendens*: laciniis obtusis nudis: basi tubulosis.

Habitat in Alpibus *Carniolæ superioris*.

Novissimi Lichenis statura est uncialis. Facies arbusculæ. Substantia coriacea. Superficies utrinque lævis & nitida, nullis verrucis, scutis, aut polline aspera. Color utrinque flavo-fuscus, inferne pallidior. Laciniæ flexiles, breves, obtusiusculæ, congestæ; basi tubulosa.

30. *LICHEN foliaceus repens*: subtus reticulato-venosus, peltis marginalibus suberectis.

*Lichen foliaceus repens lobatus obtusus planus, subtus venosus villosus, pelta marginali ascendente.*

LINN. Fl. Svec. 961. Mat. Med. 491. Spec. plant. p. 1149. Boehm. Lips. 858.

*Lichen foliis planis subrotundis lobatis obtusis, calyce plano, lacinia propria adnato.* LINN. Fl. Lapp. 441. ROYEN. Lugdb. p. 508.

*Varietates.*

(a) *Lichen foliaceus repens cinereus, subtus reticulato-venosus, peltis marginalibus suberectis.*

*Lichenoides digitatum cinereum, L. Fluca foliis sinuosis.* DILLEN. Musc. p. 200. Tab. 27. fig. 102.

*Lichen pulmonarius, saxatilis, digitatus.* VAILLANT. Paris. p. 116. Tab. 21. fig. 16.

Habitat in sylvis ad terram & arborum muscosos truncos.

Colore cinereo & immutabili gaudet.

Ad morsum rabidi canis, specificum esse docent OLDENBURGIUS, DAMPIERIUS, MORTIMER, MEAD apud DILLENIUM, & nuper in Academia Bononiensi idem publice defendit Amicissimus Concivis meus VARESAUS. Qua vero methodo sit adhibendus, lege TRANSECT. PHILOS. n. 443, DILLENIUM *loc. cit* &, qui ex his exscripsit, SEGUIERIUM *Veron.* 1. p. 56. Sed nullum adhuc, quod caninam rabiem tollat, compertum esse pharmacum, cui credat queat salus miserime periclitantis hominis, recte monuit Magnus BOERHAAVIUS *aph.* 1147.

(b) *Lichen foliaceus repens viridis demum cæruleus: subtus, reticulato venosus, peltis marginalibus suberectis.*

Habitat in udis Vallibus *Alpium Carniole superioris*, non frequens.

In loco natali viret, ex siccitate cæruleum colorem induit, sed affusa aqua virorem denuo recuperat.

31. LICHEN foliaceus repens scrobiculatus lobatus, inferne albus & maculis fuscis villosus hispidus.

*Lichenoides pulmoneum villosum, superficie crobiculata & peltata.* DILLEN. Musc. p. 216. Tab. 29. fig. 114



Reperi inter Fagos, infra templum S. *Mariæ Magdalensæ*.

Folium est amplum, coriaceum, sinuato lobatum; lobis rotundatis, lobato-crenatis; superne sulphurei, per siccitatem vero glauco-cinerei coloris, foveis, tanquam ex Variolis in humana cute, inæqualibus, excavatis, cæterum glabris; Inferne coloris albi, & maculis fuscis, villosis, copiosis, hispidis. Media itaque planta est inter Lichenem caninum & pulmonariam.

32. LICHEN foliaceus laciniatus repens: supra reticulato-lacunofus, scutellis sparsis.

*Lichen foliaceus laciniatus obtusus glaber: supra lacunofus, subtus tornentosus.* LINN. Fl. Svec. 960. Mat. Med. 490. Spec. plant. p. 1145.

*Lichenoides pulmoneum reticulatum vulgare, marginibus peltiferis.* DILLEN. Musc. p. 212. Tab. 29, fig. 113. quid Intelligendum per has peltas?

*Varietates.*

(a) *Lichen foliaceus laciniatus repens: supra reticulato-lacunofus, scutellis atris superne genitis.*

*Lichen arboreus, five pulmonaria arborea, minor & angustifolia.* MICHEL. Gen. plant. p. 86. Tab. 45. fig. 1. ? potest esse, licet scuta tantum marginalia sint.

Habitat in Fago & Abiete frequens.

Scutella nigra in hac varietate ex superna tantum superficie undequaque oriuntur.

(b) *Lichen foliaceus laciniatus repens: supra reticulato-lacunofus, scutellis atris utrinque nascentibus.*

Habitat cum priore.

Differt a Varietate præcedenti scutellis tam ex superiore quam inferiore folii facie nascentibus.

(c) *Lichen foliaceus laciniatus repens*: supra reticulato lacunofus, scutellis rubris superne genitis.

Habitat cum prioribus.

Differt a fociis, scutellis amplioribus, paucioribus, rubris, ex superiore duntaxat facie prodeuntibus. An hic *Pulmonaria* FUCHS. HALLER, aliorumque?

Constant omnes folio lato, laciniato, coriaceo, ex arborum corticibus pendulo, coloris ligneo-flavescenti, superne in rugas reticulatas ubique contracto; quarum juga verrucosa ita eminent, ut foveas faciant oblongas & in averſa folii facie in totidem tumores glabros & pallidiores extuberantes, dum interiectæ vallecule cinamomæo & brevi tomento tectæ sunt. Scuta, de quibus in ampla descriptione, non meminet DILLENIVS, rarissima vero dixit HALLERVS, mihi totes occurrerunt, quoties omnium jucundissimæ Lichenum & Muscorum indagini in sylvis nostris operam dedi, & quidem plana, sessilia, rubra aut nigra, ex oris & superna ac inferna etiam folii facie nascentia. Aliquando tota planta, superne juxta oras lacunarum, verrucis feminalibus ubique exasperata & scutis penitus destituta se prodit; sæpius tamen & scuta & verrucæ ex eodem folio oriuntur.

Ad tussim siccam, asthma, aliaque lenta pulmonum vitia laudat CÆSALPINVS; Icteri contumacis decocto lichenis hujus integre sanati exemplum BREYNIUS habet; ego vero prodesse in hæmophtysi expertus sum sæpius, ac nuper etiam Vigil, qui spumofum e pulmonibus sanguinem cum tussi assiduo eiciebat, pulvere hujus Lichenus ad drachmam unam quater de die assumpto, omnino convaluit; sed plethora prius minuenda & impetus fluidorum sedandus est.

33. *LICHEN foliaceus repens lobatus*: supra cinereus, infra roseus tomentosus, scutellis rubris.

Habitat circa *Idriam* perpetuo arboreus, in *Abiete* frequens in *Waichenthal*.

Diameter folii raro triuncialis. Substantia fragilior quam in *Palmontario*. Margo in lobos crenatos inæquales divi us: difformi ambitu. Color supra cinereus, ex siccitate flavescens; infra roseus. Superficies superna lævis; interna vero papillis plurimis, simplicibus & ramosis hirta. Scuta ex superna facie, ubique sparsa, ampla, sessilia, rubra, concava; marginibus integerrimis, folio concoloribus; quorum inferior superficies tecta est acervulis farinaceis, quales ex nulla alia folii parte oriuntur.

34. LICHEN foliaceus repens lobatus: supra luteo-virescens, infra lævis ater, scutellis verrucosis sessilibus umbilicatis rubris.

*Lichen pallide virens rugosus, margine undulatus*. ROYEN. Lugdb. p. 510. LINN. Spec. plant. p. 1147.

*Lichenoides caperatum, rosacee expansum, e sulphureo-virens*. DILLEN. Musc. p. 193. Tab. 25. fig. 97. C. C.

*Lichenoides crusta foliacea, ex cinereo & luteo-virescente, inferne nigra & lævi*. DILLEN. Giff. p. 207. Syn. 3. p. 73.

Habitat in *Ceraso* & *Pruno* horstenfi frequens, præsertim circa *Godoritsch*.

Expansio est orbicularis, diametri etiam semipedalis, aliquando plures crustæ in unam confluunt, qua totus cortex late tegitur. Color sulphureus, cum aliquo virore, superne; inferne vero lævis est planta & anthracina. Substantia albicans, fragilis. Margo in lacinias lobatas sectus. Scuta visu rariora, parva, sessilia, intus ex ferrugineo-rubentia & concava, oris tumidis & exteriori superficie folii colore ac polline tenuissimo adspersis, quo etiam margines foliorum tecti apparent. Figura *Lichenis* MICHEL. I. Tab. 48.

nostrum exprimit, sed locus natalis ab HALLERO indicatus, & color scutorum, alium indicant.

35. LICHEN foliaceus repens lobatus: supra cinereus, subtus ater, marginibus verrucosis.

*Lichen pulmonarius, crispus, inferne nigerrimus & glaber, superne cinereus, receptaculis.* MICHEL.

Gen. plant p. 91. Tab. 50. fig. 1. HALL. Helv. p. 77.

Habitat in Pomariis & Cerasis.

Superficies non splendida, sed in rugas creberrimas quodammodo crispata, lævis; ultimæ tamen laciniæ subtus splendent. HALLERVS. *loc. cit.* p. 767. ait esse Lichenoidem Endiviæ foliis crispis & splendentibus, subtus nigricantibus. DILLEN. *Musc.* p. 192. Ego vero collatis speciminibus meis cum figuris DILLENII & MICHELII, eorumque descriptionibus, video speciem hanc mediam esse inter Lichenoidem præditum MICHELII & caperatum DILLENII; ejus enim margines crispas & farinaceos habet, hujus vero figuram.

36. LICHEN foliaceus repens: supra cinereus, infra lævis ater, scutellis pedunculatis aureis.

Reperi in Malo.

Constat foliis angustis, glabris, laciniatis, superne cinereis, infra nigris & non villosis; laciniis convexis. Harum extremitates quasi peltatæ adscendunt, ac denuo reflectuntur, quo in loco polline niveo adpersæ sunt, ut in Ordine MICHELII 24. scuta sunt sparsa, remota, concava, pedunculata, intus aurea; pedunculis crassis, cylindræis, crustæ concoloribus.

37. LICHEN foliaceus repens reticulato-lacunosus: inferne villosus ater, scutellis rubris.

*Lichenoides vulgatissimum cinereo-glaucum, lacunosum & cirrhosum.* DILLEN. *Musc.* p. 188. Tab. 24. fig. 83.

Liche-

*Lichenoides crusta foliosa, superne cinereo-glaucaca, inferne nigra & cirrhosa, scutellis nigricantibus.*  
 DILLEN. Giss. p. 206. Syn. 3. p. 72. quæ nondum vidi.

*Lichen pulmonarius, foliis eleganter divisis, inferne nigerrimis & cirrhosis, superne lacunatis.*  
 MICHEL. Gen. plant. p. 90. Tab. 49. fig. 1.  
 HALL. Helv. p. 77.

Habitat in hortis & pomariis ad arbores.

Expansio foliacea, repens, tenuiter dissecta, plana, supra cinerea & rimosa; rimis elevatis, reticulatis, pulverulentis, inferne nigra & villosa. Scuta sparsa, sessilia, concava, in senio crenulata, fusco virescentia MICHEL. nigricantia DILLEN. in Germanicis specimenibus, spadicæ in Anglicis, folii colore LINN mihi vero ex rubro-ferruginea. Aliquando scuta desunt, eorumque loco papillæ numerosissimæ, claveformes, obtusæ, simplices totam fere supernam folii faciem cooperiunt.

38. LICHEN foliaceus repens farinaceus glaber: supra glaucus, infra villosus ater, marginibus elevatis pilosis.

*Lichenoides glaucum, foliorum laciniis crinitis.*

DILLEN. Musc. p. 149. Tab. 20. fig. 42.

Habitat in Abiete.

An synonymum DILLENII nostro Licheni vere conveniat, dubitare facit LINNÆVS qui peltas mirabiles & forte imaginarias attribuit Dilleniano. Ego, ut verum fatear, scuta nondum reperi, bene vero folia glauca, cinereo polline adpersa; marginibus lobatis & ciliatis, qualia pinxit DILLENIVS.

39 LICHEN foliaceus repens lanuginosus papillis cinereis ramosis obsitus: subtus ater.

Habitat in Fago, prope radicem, nec alibi a me hucusque repertus.

Rarissimus Lichen est, primo enim intuitu videtur pulvis quidam cinereus cortici inspersus, qui propius inspectus videtur expansio cortici firmillime adnata: in margine crenulata, glabra, & sulphureo-cinereo coloris, superficie tota tenuissima pulverulenta lanugine tecta; centrum vero omnino tectum est papillis cinereis, ramosis, pulverulentis & copiosissimis. Scuta nulla.

40. LICHEN foliaceus repens farinaceus rugosus: supra cinereus, subtus albus, scutellis fuscis.

Habitat in promiferis arboribus.

Singulari, in hac planta, observatione dignissima sunt corpora quædam arbusculam referentia & inferiorem ejus faciem occupantia, stipite albo, ramis vero subfuscis & polline tenuissimo adsperis.

41. LICHEN foliaceus repens lobatus nitidus: superne lividus verrucosus, inferne fusces.

*Lichen imbricatus, foliolis lobatis nitidis lividis.* LINN. Fl. Svec. 948. Spec. plant. p. 1143.

*Lichenoides olivaceum, scutellis levibus.* DILLEN. Musc. p. 182. Tab. 24. fig. 77.

Habitat in Abiete.

Constat foliis teneris, tenuibus, tenuissime adherentibus, subviridibus & nitidis, e quorum centro verrucæ concolores confluentes copiosæ oriuntur; Inferior superficies fusca est & quandoque anthracina. Scuta nondum vidi. Aliam hujus Lichenis Varietatem Januario Mense, medias inter nives, in Cortice Mali inventam habeo, cujus marginem papillæ fusco-virescentes & ramosæ copiosissimæ occupant. Lichenoides olivaceum, scutellis amplioribus verrucosis, DILLEN. Musc. p. 184. Tab. 24. fig. 78. a LINNÆO ad eum locum citatus, altera est Lichenis hujus minus obvia varietas. Lichenem arboreum olivaceum VAILLANTII ad Varietatem verrucosam retulit LIN-

NÆVS, sed recte monuit DILLENIVS ad lævem potius pertinere.

32. LICHEN foliaceus repens coriaceus crispus: supra fulcus, infra obscure flavus, marginibus verrucosis.

Sæpe reperi Muscis immixtum ad truncos arborum.

Scuta nondum reperi in lata hac & rugosa crusta, cujus margo verrucis confluentibus ubique exasperatus est.

43. LICHEN foliaceus repens flavus: marginibus adscendentibus verrucosis.

Habitat in Pinu.

Exiguus est, pulchre flavus, ex siccitate pallidior, crispus, glaber, lobatus & scutis perpetuo destitutus, cujus extremæ lacinia margins flavo & immutabili polline tumidos erigunt, ut in *Ordine* 19. MICHEL.

44. LICHEN foliaceus repens crispus, foliis & scutellis fulvis.

*Lichen imbricatus, foliis crispis fulvis, peltis concoloribus fulvis.* LINN. Spec. plant. p. 1143.

*Lichenoides vulgare sinuosum, foliis & scutellis luteis.* DILLEN. Musc. p. 180. Tab. 24. fig. 76. C.

Habitat in rupibus, arboribus, & asseribus putrescentibus.

Differt a priore verrucarum defectu, scutorum præsentia, superficie crispa, loco natali, an satis?

45. LICHEN foliaceus repens coriaceus crispus, scutellis atris.

*Lichen imbricatus: foliolis oblongis laciniatis angustis cinereis, scutellis pullis.* LINN. Fl. Svec. 950. Spec. plant. p. 1144.

*Lichenoides cinereum, segmentis argute stellatis, scutellis nigris.* DILLEN. Musc. p. 176. Tab. 24. fig. 70.

*Lichen*

*Lichen pulmonarius, vulgatissimus, superne albocinereus, - - receptaculis nigricantibus.* MICHEL.

Gen. plant. p. 91. Tab. 43. fig. 2.

Habitat in arboribus.

Priori quodammodo similis est, nullo pulvere adspersus, neque verrucosus; scutis atris, planis, sessilibus, congestis.

46. LICHEN foliaceus repens tartaricus crispus: supra cinereo - virescens, subtus albus, scutellis rufis.

*Lichen pulmonarius, saxatilis farinaceus, foliis brevibus, inferne albis, desuper e cinereo-virescentibus, receptaculis florum rufis.* MICHEL. Gen.

plant. p. 94. Tab. 51. fig. 2. parva nimis. SEGUIER. Veron. 1. p. 62, cum descriptione in supplem.

Habitat in rupibus, non rarus.

Friabilis est & rugosus, non pulverulentus, neque verrucosus; foliolis parvis, fere ut in Lichene Coralloide; interior substantia & inferior superficies albæ sunt, superna vero facies subvirescens; Scuta sunt plurima, convexa, subrubra, undique genita.

47. LICHEN foliaceus repens tartaricus crispus: foliolis concavis imbricatis crassis: supra cinereo-virescentibus, subtus albis, scutellis subrufis.

*Lichen pulmonarius, saxatilis, farinaceus, major, foliis crassis, subrotundis e cinereo-virescentibus, inferne albis, receptaculis florum subrufis.* MI-

CHEL. Gen. plant. p. 94. Tab. 51. fig. 1.

Habitat in rupibus circa *Dodquelb.*

Substantia tophacea, siccissima, tartarica; Folia vero crassa, concava, scutis similia, omnino ut in figura Micheliana, cujus expansio nimium regularis est.

48. LICHEN foliaceus repens spongiosus: supra cinereus verrucosus, scutis exiguis confertis rubris.

Habi-



Habitat in terra in Monte S. *Marie Magdalene*, *Idriam* versus.

Lichenis hujus fabrica vere est singularis, & a nemine, ut puto, descripta. Crusta nempe est foliacea, cinerea, humo vegetabili firmissime adnata, in parvos & breves lobos disecta, margine glabro, dum e reliqua superficie circa margines verrucas pulverulentas & plurimas edit. Scuta marginalia sunt, plana, rubra & glabra. Substantia crassitiem habet semiuncialem, spongiosam siccam & factam pluribus stratis alterne cæruleis.

49. LICHEN foliaceus repens lobatus glauco-virescens, scutellis immerfis fuscis.

*Lichenoides Lichenis facie, peltis acetabulis immerfis.* DILLEN. Musc. p. 221. Tab. 30. fig. 121. puncta circa receptacula abesse possent.

*Lichen pulmonarius, Alpinus, terrestris, glauco-virescens, receptaculis florum fuscis.* MICHEL. Gen. plant. p. 95. Tab. 52. optime.

Habitat in humo vegetabili.

Facies Marchantiæ; color glauco-viridis; inferior facies albida; superior foveis orbiculatis, fuscis, & glabris insculpta.

50 LICHEN foliaceus lacineatus glaber: laciniis tubulosis obtusis.

*Lichen imbricatus, laciniis obtusis subinflatis.* LINN. Spec. plant. p. 1144.

*Varietates.*

(a) *Lichen* foliaceus laciniatus glaber: laciniis tubulosis obtusis clavis.

*Lichenoides ceratophyllum obtusius & minus ramosum.* DILLEN. Musc. p. 154. Tab. 20. fig. 29.

*Lichen pulmonarius*, - - *segmentis teretibus, tubulosis, corniculatis, clausis*. MICHEL. Gen. plant. p. 92 Tab. 50. fig. 1. HALL. Helv. p. 788. Habitat in Abiete.

Laciniaë huic erectæ. papyraceæ subtilitatis, intus & extus albæ, convergentes, plerumque dichotomæ, apice clausæ. Vidi in his tubulis globulos atros, exiguos, plurimos.

(b) LICHEN foliaceus laciniatus glaber, lacinis tubulosis obtusis patulis.

*Lichenoides ceratophyllum obtusius & minus ramosum*. DILLEN. loc. cit. Lit. C.

Habitat in Abiete & Fago.

Laciniaë perviæ, peltis similes; labiis reflexis, pulverulentis, tumidis.

51. LICHEN foliaceus laciniatus albus: laciniis suberectis obtusis pilosis, scutellis sessilibus.

*Lichenoides hispidum minus & tenerius, scutellis nigris*. DILLEN. Musc. p. 152. Tab. 20. fig. 46. omnes bonæ.

*Lichen pulmonarius, minor, ad margines radicans, inferne albus, superne cinereus, receptaculis florum nigricantibus*. MICHEL. Gen. plant. p. 93. sed de ciliis nulla mentio fit.

*Lichen cinereus, minor, marginibus pilosis*. VAILLANT. Paris. Tab. 20. fig. 5. HALL. Helv. p. 79.

Habitat in faxis & arboribus.

Lacinulæ lineares, sparsæ, obtusæ; apicibus ciliatis: ciliis longis, remotis, infra medium albidis & fere pellucidis, alibi nigris. Scutella parva, cava, nigra, plerumque sessilia; marginibus folio concoloribus. In salice reperi absque scutis, sed laciniis marginalibus convolutis & pulverulentis.

52. LICHEN foliaceus laciniatus cinereus: laciniis suberectis acutis pilosis, scutellis pedunculatis.

*Lichen*

*Lichen foliaceus erectiusculus, laciniis linearibus ciliatis, scutellis pedunculatis crenatis.* LINN. Spec. plant p. 1144.

*Lichenoides hispidum majus & rigidius, scutellis nigris.* DILLEN. Musc. p. 150. Tab. 20. fig. 45.

*Lichen cinereus, arboreus, marginibus fimbriatis.* VAILLANT. Paris. Tab. 20. fig. 4. certe bona. HALL. Helv. p. 79.

Habitat in aridis & antiquis Cerasis & Pranis.

Cespes est densus, subrotundus; constans foliis subrectis, angustis, ramosis, fusco-cinereis aut subvirentibus; ramis linearibus, subulatis, ciliatis: ciliis unicoloribus & longis. Scuta sunt pedunculata, atrofusca, integerrima, & demum crenata, ac etiam radiata.

53. LICHEN foliaceus gibbus punctatus: subtus fulvus. LINN. Spec. plant. p. 1149.

*Lichenoides coriaceum nebulosum cinereum punctatum, subtus fulvum.* DILLEN. Musc. p. 223. Tab. 30. fig. 127.

*Lichen pulmonarius, alpinus, cinereus, punctatus.* HALL. Helv. p. 75. Tab. 2. fig. 2. qui sub eodem nomine ad DILLENIVM misit. SEGUIER. Veron. supplem. p. 46.

Habitat in Alpium saxis, & in rupibus circa *Adriam*.

Cespes ex rotunde circumscriptus, leniter convexus. Substantia coriacea. Folia plura subrotunda, integerrima, scyphiformia, punctis atris maculata; quæ sunt totidem, verrucæ extantes. Color supra cinereus, aut subfuscus; infra pallide fulvus.

(\*\*) Gelatinosi. Series. I. DILLENII.

54. LICHEN foliaceus gelatinosus: foliolis imbricatis teretibus spongiosis, scutellis atris.

Habi-

Habitat in rupibus humilioribus, circa *Idriam*, ad radicem Montis *S. Mariæ Magdalena*.

DILLENIVS non habet plantam, quæ est cespes Subrotundus, convexus, diametro vix unciali præditus; factus foliis subrotundis, crassis, ventricosis, glabris, superne virentibus, inferne albis; substantia alba, ficca, spongiosa aut cellulosa, donatis; ex horum lateribus oriuntur scuta orbiculata, plana, primo cinerea, dein atra.

55. LICHEN foliaceus gelatinosus: foliis multifidis, scutellis rubris concavis.

*Lichen pulmonarius, gelatinosus, atro-virens, receptaculis obscure rubeis pene obductus. SEGUIER. Veron. I. p. 59.*

*Lichenoides gelatinosum fuscum, Jacobææ maritime divisura. DILLEN. Musc. p. 140. Tab. 19. fig. 25. non idem cum nostro.*

*Lichen pulmonarius, gelatinosus, saxatilis, medix crassitie, atro-virens, foliis carinatis, angustioribus, - - receptaculis fusco-rubeis. MICHEL. Gen. plant. p. 88. HALL. Helv. p. 80,*

Habitat in rupibus.

Planta nostra constat foliis tenuiter & profunde laciniatis, planiusculis, atro-virentibus, e quibus undique oriuntur scutella sessilia, fusco-rubra, concava, & sæpe adeo numerosa, ut supernam faciem omnino tegant. Specimen Dillenianum parvum est valde & foliis nimium breviter laciniatis.

56. LICHEN foliaceus gelatinosus tuberculosus ater, scutellis convexis rubris.

Obstat color scutorum ne sit *Lichenoides gelatinosum palmatum, tuberculis conglomatis. DILLEN. Musc. p. 141. fig. 27.*

Habitat in arboribus, muscis instratus.

Difformis est gelatina, nec evidenter foliata, facta tuberculis plurimis subrotundis conglomeratis atris; ex hac scuta oriuntur rubra, convexa, parva.

57. LICHEN foliaceus gelatinosus membranaceus lobatus, scutellis concavis cristatis rubris.

*Lichenoides gelatinosum membranaceum, tenue, nigricans.* DILLEN. Musc. p. 138. Tab. 19. fig. 20.

Habitat in saxis.

Atro-virote, substantia membranacea ex siccitate strepente, laciniis lobatis, scutis fimbriatis cristatisque, a fociis facile distinguitur.

58. LICHEN foliaceus gelatinosus lobatus: lobis imbricatis granulatis.

*Lichenoides gelatinosum atro-virens auriculatum & granosum.* DILLEN. Musc. p. 140. Tab. 19. fig. 24.

Habitat in saxis.

Substantia crassa, difformis, atra ex siccitate, subvirens, in varias rugas Linkiæ in modum contracta, nullis scutis aut verrucis instructa, lobos habet imbricatos, subcristatos, & globulis plurimis ejusdem substantiæ onustos,

59. LICHEN foliaceus gelatinosus: foliorum segmentis capillaceis teretibus ramosis.

*Lichenoides pellucidum, endiviæ foliis tenuibus crispis.* DILLEN. Musc. p. 143. Tab. 19. fig. 31.

Muscis instratam reperi sæpius.

Obiter inspecta planta videtur atra lanugo & inorganicum corpus; sed botanicus oculus advertit folia gelatinosa, atro-virentia, crassa, quorum margines elevati finduntur in plurima tenuissima capillamenta, quæ lente observata, teretia apparent, obtusa, ramosissima; ramulis pellucidis & patentissimis,

## TREMELLA.

LINNÆI. *Gen. plant.* 1067. Species pleræque.

Corpus gelatinosum, crassum, fructificationes innumeras continens.

Valde ambiguum genus est a DILLENIO primum inventum, certis vero notis, quibus a Lichenibus gelatinosis aliisque plantis flore & semine conspicuo destitutis, distingui possit, minime instructum. LINNÆUS qui *Ulvam DILLENII* a *Tremellis* separavit, *Elvelas* & *Lichenes* iisdem immiscuit, plantas nimirum, quæ in externa superficie flores & semina proferunt. Notissima est quoque *Linkia MICHELII*, a Lichenibus & Mucilagibus separata. EX habitu vero Genus constituere vetant succi plantarum effusi & frigore in simillimas gelatinas non raro coacti. Hæc & alia me facile movissent, ut quemadmodum LINNÆUS *Lichen-Agaricos MICHELII*, ita ego *Tremellas* a stirpium mearum numero segregassem, quas ut retinerem unanimis omnium consensus impulit Botanicorum.

1. TREMELLA sessilis membranacea auriformis fulva LINN. *Fl. Svec.* 1017. *Spec. plant* p. 1157.

*Byffus gelatinosa fugax junipero innascens.* LINN.

*Fl. Lapp.* 531.

Habitat verno tempore in Juniperis.

Gelatina hæc difformis, fugacissima, fulva, effusi succi rude concretum refert.

2. TREMELLA plicata undulata. LINN. *Fl. Svec.* 1018. *Spec. plant.* p. 1159.

*Tremella terrestris sinuosa, pinguis & fugax.*

DILLEN. *Musc.* p. 52. Tab. 10. fig. 14.

*Linkia terrestris, gelatinosa, membranacea, vulgarissima, ex pallido & virescente fulva.* MICHEL.

*Gen. plant.* p. 126. Tab. 67. fig. 1. HALL.

*Helv.* p. 62. BOHEM. *Lips.* 869.

Habitat post pluvias in herbis & sterilibus.

De hac lege REAMURIUM in *Actis Academ. Reg. Parisin A. 1722.* HALL. Helv. lic. & DILLENIIUM ibidem.

3. TREMELLA subglobosa sessilis solitaria glabra. LINN. Fl. Svec. 1022. Spec. plant. p. 1158.

*Lichenoides tuberculosum, amoene purpureum.*

DILLEN. Musc. p. 127. Tab. 18. fig. 6.

Habitat in putridis lignis.

Facies Lycoperdi. Figura subrotunda. Superficies tuberculosa. Color prædictus. Tubercula vero adeo parva, qualia pinxit DILLENIVS, non reperi.

4. TREMELLA petiolata subglobosa nivea.

Habitat in putrescentibus lignis *Fodinarum Idriensium in die Josephi Stollen.*

Est massa subrotunda, alba, rugosa, tremula; Stipite brevi, tenui, divergente. solido.

5. TREMELLA cespitosa candida alveolata diffuens. Innascitur Abietum corticibus, æstivo tempore.

Cespites sunt albi, plani, lati, difformes, favo mellis similes, & in gelatinam sulphuream citissime diffuentes.

6. TREMELLA cespitosa nivea, frondibus suberectis subulatis ramosis.

Terræ innatam reperi in sylvis circa *Idriam.*

Sunt cespites parvi, lentis semine raro majores; facti frondibus albis, erectis, & humifusis, mollibus, subulatis, ramosis, in albam gelatinam diffluentibus.

7. TREMELLA cespitosa coccinea, frondibus erectis cylindraceis obtusis.

Habitat cum Tremella tertia, & forte eadem.

Est Acervus subrotundus, altitudine trium linearum, latitudine semiunciali, fibrarum coccinearum, simplicium, vermiculis similium, & in coccineum succum facillime diffluentium.

## SPONGIA.

LINN. *Spec. plant.* p. 1072.

Corpus cellulofum, fibrofum, craffum, cum exteriorẽ & interiorem cellularum superficiem fructificationes innumeræ occupant.

I. SPONGIA simpliciffima mollis, fibris capillaribus deniffime reticulatis.

*Varietates.*

(a) *Spongia* simpliciffima mollis compressa fusca, fibris capillaribus deniffime reticulatis.

Habitat in antris fubteraneis *Fodinarum Idriensium*, in die *Josephi Roll*.

Habitus fomitis igniari ex *Boleto* vulgo parabilis.

(b) *Spongia* simpliciffima mollis fubovata carnea, fibris capillaribus deniffime reticulatis.

Habitat in iisdem fodinis, in die *Jürtz Rollen*, van der alten *Zech*, auf das *Wasserfeld*, *Salogmi*.

Hæc minor est, crassior vero & ponderosior.

Utramque esse spongiam docuit *Dissectio*, *Vegetatio* & *Generatio* observata constans, uniformis iisdem in locis.

## RICCIA.

MICHEL. *Gen. plant.* p. 106. *Tab.* 57.

Flores masculi nudi, apetalı, monandri; feminei vero capsuliferi, capsula uniloculari polysperma.

I. RICCIA frondibus superficie papillofis. LINN. *Spec. plant.* p. 1138.

*Lichen palustris*, *rutæ folio*. CELS. *Upsal.* p. 28. DILLEN. *Musc.* p. 535. *Tab.* 78. *fig.* 12.

*Riccia minima*, *punguis*, *aspergine crystallina perfusa*. MICHEL. *Gen. plant.* p. 107. *Tab.* 57. *fig.* 7.



*Hepatica palustris, lobis cristatis.* VAILLANT.

Paris. p. 98. Tab. 19. fig. 2.

Habitat in udis circa *Labacium*, & alibi.

## LEMNA.

LINN. *Gen. plant.* 923.

Flores *hermaphroditi*; calice monophyllo, cucullato, inæquali; staminibus duobus; germine ovato; stylo brevi; fructu abortiente. *Femineæ*; calice eodem; germine subovato; stylo persistente; capsula globosa, acuta, uniloculari; seminibus striatis.

1. LEMNA foliis sessilibus utrinque planiusculis, radicibus solitariis. LINN. *H. Cliff.* p. 417. *Fl. Svec.* 999. *Spec. plant.* p. 970. ROYEN. *Lugdb.* p. 516. BOHEM. *Lips.* 855.

*Lenticularia minor, monorhiza, foliis subrotundis, utrinque viridibus.* MICHEL. *Gen. plant.* p. 16. Tab. 11. fig. 3. HALL. *Helv.* p. 129.

Habitat in fossis *Agræ Labacensis*.

2. LEMNA foliis petiolatis. LINN. *Fl. Lapp.* 470. *Fl. Svec.* 1000. *H. Cliff.* p. 417. *Spec. plant.* p. 970. ROYEN. *Lugdb.* p. 516. BOHEM. *Lips.* 858.

*Lenticularia ramosa, monorhiza, foliis oblongis, pediculis longioribus donatis.* MICHEL. *Gen. plant.* p. 16. Tab. 11. fig. 5. HALL. *Helv.* p. 128.

Habitat cum priore.

Habitus huic ramosus; folia oblonga, petiolata, calyces acuti; habitatio sub aquis.

## MARCHANTIA.

LINN. *Gen. plant.* 1091.

In eadem aut diversa planta flores *masculi* & *feminei*; illi calycis communis, aut pilei petiolati inferiorem superficiem occupantes & scribe tenuissima

pleni; hi vero calyce sessili communi excepti, unde femina multa eaque nuda oriuntur.

Instituto vero per microscopia fructificationum harum diligentissimo examine invenit DILLENIVS *Masculum* *florem* infundibulo-campaniformem, quadri- & quinquefidum, album; e cujus centro prodit cotyla pedunculata, univalvis, hemisphærice patens, osculo denticulato, lanuginem continens, cui globuli plurimi & fulvi adhærent. *Femineos* vero in scypho obiter & inæqualiter denticulato, nullo septo transverso prædito positos; unde femina rotunda, compressa, bracteata oriuntur. Paulo aliter observavit MICHELIVS; nempe calycem geminum, conicum, quinquedentatum; e cujus centro flos oritur monopetalus, pedunculatus, hemisphæricus, denticulis pluribus reflexis præditus, pulverulentis staminibus plenus. *Femineos* vero flores (*Marchantiæ*) ait esse calyces, circa medium diaphragmate varie dehiscente donatos, & seminibus plurimis reniformibus fœtos. Longe obscurior est HALLERI Definitio, quæ ponit *Masculos* flores sex campaniformes, in propriis capsulis & ex singularibus placentulis cordatis pendulos ex communi stylo florifero; ovulis (*Marchantiæ*, seu cotylis DILLENII) hemisphærice patulis, pedunculatis; margine revoluta & dentata. *Femineos* vero flores in dubium vertit, dixitque gemmas dentatas, aut tumores ovaes asperos, seminibus albentibus & ordinatis instructos.

I. MARCHANTIA pileo laciniato: laciniis teretibus; apice dilatatis.

*Lichenis fontani majoris, & domestici minoris.*

DILLEN. Musc. p. 523.. 527. Varietates stellatæ Tab. 75. fig. 6. E. F. & Tab. 77. fig. 7. B. C. E.

*Marchantia pileo stellato, radiis teretibus.* MICHEL. Gen. plant. p. 2. Tab. 1. fig. 2.

Habi-

Habitat in humo vegetabili, locis umbrosis, circa muros, & rivos ad saxa.

Setæ teretiusculæ, ad basim rubræ, albis & parvis pilis adspersæ. Capitulum convexum, virens, in octo & decem radios teretes, lineares, apice latiores, fere ad centrum usque divisum. Locula pilosa, centro pilei circa apicem setæ circumposita.

2. *MARCHANTIA* pileo crenato plano, capsulis glabris.

*Lichenis fontani majoris, & domestici minoris.*

DILLEN. l. c. Varietates umbellatæ. Tab. 76. fig. 6. C. D. & Tab. 77. fig. 7. D.

*Marchantia capitulo non dissecto.* MICHEL.

Gen. plant. p. 1. Tab. 1. fig. 5, SEGUIER.

Veron. Supplem. p. 32.

Habitat cum priore.

HALLERIVS & DILLENIVS MICHELIVM secuti separaverunt *Hepaticam Officin.* VAILLANTII a *Lichene petræo umbellato & stellato* BAVHINI. LINNÆVS autem utrumque conjunxit titulo *Marchantiæ calyce communi decemfido* Spec. plant. p. 1137. Ego non solum Lichenem fontanum a domestico Dilleni separandum, sed etiam posterioris stellata & umbellata, specimina diligenter observata, MICHELIO duce, minime conjungenda putavi, cum speciem hanc a priore diversam esse videam setis angulatis, glabris, ubique rubris; capitulo plano, integro, in octo crenas æquales secto, verrucoso, subtus imberbi; oculis oblongis, rubris. Dein etiam si uniens abesset tunica, pileoli radii essent ovati, & subjecto loculo nihilo longiores, secus ac in priore-scyphi quoque feminei sessiles sunt & denticulati. Sapor iners, mollis, cum dulcedine aliqua, ferius sensibili.

3. *MARCHANTIA* pileo hemisphærico integro triloculari.

Habitat in humo vegetabili, ad montium radices, inter *Idriam utramque*, Majo M. florifer.

Folia minime verrucosa, rugosa, laciniata; laciniis subrotundis, e quarum extremitatibus, nullo folio terminatis, prodeunt setæ semiuncia non longiores, subteretes, nitidæ glabræ. Capitulum hemisphæricum, integerrimum, viride, non plicatum, verrucosum: loculis tribus, sphæricis, glabris, sessilibus, polline flavo plenis. Calyces feminei in eadem planta nulli, aut non manifesti. Non ergo est *Lichen pileatus*, *parvus*, *foliis crenatis*. DILLEN. Musc. p. 519. licet figura externa pilei, nostrum referat.

4. MARCHANTIA pileo hemisphærico semiquadrifido quadriloculari.

*Marchantia calyce communi integro hemisphærico*. LINN. Spec. plant. p. 1138. Nomen prioris est: non vero Synonyma.

*Lichen pileatus angustifolius dichotomus*. DILLEN. Musc. p. 521. manca descriptione. Tab. 75. fig. 3. pileis male pictis.

Habitat Idriæ in muris, asperisque locis abunde.

Folia angusta, dichotoma, plana, verrucosa, cordato folio terminata. Setæ ex origine hujus folii, angulatæ, unciales, paucis pilis adspersæ. Pileus tetragonus, seu plicis quatuor cruciatis instructus, semiquadrifidus, verrucosus, virens, florescentiæ tempore ruber. Locula quatuor; polline fusco. Calyces feminei orbiculati integerrimi, concavi, terminales, in eadem planta & pedunculati; pedunculo tereti, brevi, viridi. Hi continent acervum feminalem subrotundum & rubrum. Sapor acris. Vis medica antiscorbutica, ressolvens, penetrabilis.

5. MARCHANTIA pileo conico integro.

*Marchantia calyce communi quinqueloculari subovato*. LINN. Spec. plant. p. 1138,

*Lichen vulgaris major, pileatus & verrucosus.*  
 DILLEN. Musc. p. 516. Tab. 25. fig. 1.

*Hepatica vulgaris Major, five Officinarum Italiae.* MICHEL. Gen plant. p. 3. Tab. 2. fig. 1.

HALL. Helv. p. 126. SEGUIER. Veron. I. p. 47.

Habitat circa rivulos in herbidis locis, & in ca-  
 vis semitis.

Folia rhomboidalibus areolis reticulata; are-  
 rum centro vesicula perforata ornato Dillen. Pileus  
 conicus, fusco-virens, speciosissimo florum ornamen-  
 to in Micheliana figura superbus; oculis quinque  
 aut sex, ovato-oblongis, nigris, pedunculatis.

## JUNGERMANNIA.

LINN. Gen. plant. 1059.

*Lichenastrum* appellavit Cl. DILLENIVS in *Hif.  
 musc. Gen. XIX*, cujus caracterem constituit pedun-  
 culis globulo aut ovulo terminatus, qui in quatuor  
 partes ad basim usque divisus, farinam teneram &  
 masculinam effundit. Femineros flores DILLENIVS  
 nondum vidit, quos LINNÆVS vocat sessiles & semi-  
 nibus subrotundis plurimis fœtos.

(\*) *Foliis a caule distinctis destituta.*

Lichenastri. DILLENIVS Ord. II. III.

Marfilea & Lunularia. MICHEL. & HALL.

- I. JUNGERMANNIA acaulis, foliis reticulato-rugosis,  
 thecis dorsalis divergentibus glabris.

*Jungermannia acaulis, foliolo frondi innato.*  
 LINN. Fl. Svec. 930. Spec. plant. p. 1135.  
 nomen.

*Lichenastrum capitulis rotundis, & foliorum me-  
 dio enascentibus.* DILLEN. Musc. p. 508, Tab.  
 74. fig. 41?

*Hepaticoides hepaticæ facie.* VAILLANT. Paris. p. 99. nomen, absque descriptione & icone. Habitat circa rivos in elatioribus sylvis. Ego abunde reperi in M. *Seirach*.

Habitus *Marchantiæ*; florum extremitates proferrunt foliola subrotunda, ascendentia, quasi crenata, læte virentia, & sterilia. Thecæ dorsales sunt, rubræ, & versus apicem latiores.

2. JUNGERMANNIA acaulis, foliis laciniatis crispis, thecis dorsalibus subovatis glabris.

*Marfilea major, atro-virens, floribus albicantibus, e foliorum medio egredientibus.* MICHEL. Gen. plant. p. 5. Tab. 4. fig. 1. HALL. Helv. p. 124.

*Hepaticoides cichorei crispifolio.* VAILLANT.

Paris. p. 98. Tab. 19. fig. 4.

Habitat in umbrosis & argillaceis, nec non ad cavas vias *Marchantiæ* immixta.

Lacinia huic longæ, ramosæ, crispæ, inæquales, remotæ, subcrenata, patulæ. Setæ biunciales & longiores, tubulosæ, convergentes, sparsæ, viridi globulo terminatæ, cujus valvæ demum fuscæ fiunt.

LINNÆVS synonymum & iconem VAILLANTII inter Jungermannias suas non habet, quia DILLENIVS Vaillantianam stirpem *Lichenastro capitulis oblongis*, non sino dubio, (ac recte etiam) annumeravit, Ego vero Jungermanniam meam secundam a prima diversissimam reperi, eandemque prorsus, quam icone expressit VAILLANTIVS.

3. JUNGERMANNIA acaulis fronde oblonga sinuata pingui. LINN. Fl. Svec. 929. Spec. plant. p. 1136.

*Lichenastrum capitulis oblongis, juxta foliorum divisuras enascentibus.* DILLEN. Musc. p. 509.

Tab. 74. fig. 42.

Habitat in sylvarum humo vegetabili.

Valde dubito hæc fynonyma Jungermannia nostræ minime convenire, quæ folia quidem profunde laciniata & pingua possidet, qualia pinxit MICHELIVS in *Gen. plant. Tab. 4. fig. 2.*, sed aliter figuratis ac in *Icone Dilleniana*; nostræ enim lacinia, autumnii tempore, foliola nova, eleganter virescentia, & subrotunda producunt, ambitu coronato binis aut tribus corniculis bifidis, æqualibus, obtusis, fere ut in *Labio Orchidis 36. VAILLANTII Tab. 31.* Talibus crispatis foliis tota planta tecta est, ut lacinia veteres difficulter videri possint. Ex hac foliacea fabrica vaginas aut setas enatas hucusque nondum observavi, etsi non dubitem ad Jungermannias pertinere.

4. JUNGERMANNIA acaulis, fronde lineari ramosa: extremitatibus furcatis obtusiusculis. LYNN. *Fl. Svec. 928. Spec. plant. p. 1136.*

*Lichenastrum tenuifolium furcatum, thecis globosis pilosis.* DILLEN. *Musc. p. 512. Tab. 74. fig. 45.*

*Marsilea minima, angustifolia, floribus nigricantibus, ex inferiori foliorum parte. e subrotunda & turbinata vagina erumpentibus.* MICHEL. *Gen. plant. p. 5. Tab. 4. fig. 4.*

*Hepatica arborea, globuligera.* VAILLANT. *Paris. p. 98. Tab. 23. fig. 11.*

Habitat in sylvis abunde.

Frondes luteo-virescentes, lineares, ramosæ. Rami remoti, inæquales; apicibus obtusis, dilatatis, bifidis. Thecæ subrotundæ, albidæ, pilosæ, multæ, infra folia prodeuntes. Setas nondum vidi.

(\*) *Foliis a caule distinctis præditæ.*

Lichenastrum. DILLEN. *Ord. I.*

Jungermannia & Muscoides. MICHEL. & HALL.

5. JUNGERMANNIA furculis repentibus, foliis inferne auriculatis duplicato-imbricatis: ramis apice

apice latioribus. LINN. *Fl. Svec.* 919. *Spec. plant.* p. 1133.

*Lichenastrum imbricatum minus*, squamis convexo-concavis. DILLEN. *Musc.* p. 497. Tab. 72. fig. 27.

*Muscoides minimum*, foliis alternis, superioribus circinatis, inferioribus cucullatis, flore pediculo ferme carente. MICHEL. *Gen. plant.* p. 10. Tab. 6. fig. 6. HALL. *Helv.* p. 124.

*Hepaticoides foliis & furculis Thuyæ instar compressis*, minor. VAILLANT. *Paris.* Tab. 19. fig. 10.

Habitat in arboribus.

Setæ foliis paulo longiores; vaginis terminalibus, cylindræis, virescentibus seta nihilo brevioribus. Valvæ florales superne & ad oras pilosæ, inferne glabræ.

6. JUNGERMANNIA furculis repentibus, foliolis inferne auriculatis duplicato-imbricatis: ramis æqualibus. LINN. *Spec. plant.* p. 1133.

*Lichenastrum imbricatum majus*, squamis compressis & planis. DILLEN. *Musc.* p. 496. Tab. 72. fig. 26.

*Jungermannia foliis circinnatis, auritis, imbricatis dispositis*, ex viridi flavescentibus. MICHEL. *Gen. plant.* p. 7. Tab. 5. fig. 21.

Habitat ad arborum radices & truncos.

Surculi repentés, ramosi; ramis æqualibus, patulis. Folia duplicato-imbricata, subrotunda, auriculata. Setæ longæ; thecis ovalibus, lateralibus, foliis concoloribus.

7. JUNGERMANNIA furculis pinnatis, foliolis recurvis planis auriculatis. LINN. *Fl. Svec.* 976.

*Jungermannia frondibus suprabipinnatis, apice floriferis, foliolis linearibus recurvatis.* LINN. *Spec. plant.* p. 1133.

*Liche-*



*Lichenasstrum auriculatum*, pinnulis angustis planis recurvis. DILLEN. Musc. p. 492. Tab. 71. fig. 20.

*Hepaticoides albescens*, foliolis pinnatis. VAILLANT. Paris. p. 100. Tab. 19, fig. 5.

Habitat in sylvis elatioribus, circa rivulos.

Surculi ramosi, suberecti, pinnati, apice floriferi. Pinnulæ patulæ, oblongæ, imbricatæ, integerrimæ, recurvæ, læte virescentes.

8. JUNGERMANNIA frondibus sterilibus humifusis, floriferis erectis, foliis secundis tridentatis.

An *Jungermannia foliis imbricatis, tridentatis*.

HALL. Helv. p. 121?

Habitat in Vallibus Alpium umbrosis udisque, cum *Hypno DILLENII* II. Tab. 36.

Folia pinnata. Setæ terminales, breves, albidæ. Surculi longiores & folia majora quam in *Lichenasstro multifido majore*, ab extremitate florente. DILLEN. Musc. p. 494. Tab. 71. fig. 23, quod tamen arbitror, a meo, specie non differre.

9. JUNGERMANNIA frondibus simpliciter pinnatis, apice floriferis, foliis bidentatis. LINN. Spec. plant. p. 1132.

*Lichenasstrum pinnulis acutioribus & concavis, bifidis, majus*. DILLEN. Musc. p. 487. Tab. 70. fig. 11.

*Jungermannia major, repens, foliis bifidis*. MICHEL. Gen. plant. p. 8. Tab. 5. fig. 12. absque flore. HALL. Helv. p. 122. thecis dorsalibus. SEQUIER. Veron. supplem. p. 31.

*Hepaticoides polytrichi facte, foliis bifidis*. VAILLANT. Paris. p. 99. Tab. 19. fig. 8.

Habitat in terra & ad lapides.

Fronde simplices & ramosæ. Folia imbricata, non auriculata, plana, subrotunda, bifida. Setæ terminales.

10. JUNGERMANNIA frondibus simpliciter pinnatis, medio floriferis, foliis bidentatis. LINN. *Spec. plant.* p. 1132.

*Lichenastrum pinnulis acutissime bifidis, minimum.* DILLEN. *Musc.* p. 488. Tab. 70. fig. 13.

*Jungermannia minima, repens, foliis bifidis, vagina florum cylindracea.* MICHEL. *Gen. plant.* p. 9. Tab. 6. fig. 17.

Habitat ad arborum radices, in humidis locis.

Nostra specimina gerunt faciem *Jungermannia minoris, repentis* - MICHEL. l. c. Tab. 5. fig. 13. HALL. *Helv.* p. 123. Sed setas dorsales, plures fere unciales, modo globulo, modo autem typhula terminatæ; vaginis rubris, cylindraceis.

11. JUNGERMANNIA frondibus simpliciter pinnatis, foliolis ovatis subciliatis. LINN. *Spec. plant.* p. 1131.

*Lichenastrum Asplenii facie, pinnis laxioribus & confertioribus.* DILLEN. *Musc.* p. 482. Tab. 69. fig. 5. 6.

*Jungermannia major, altera, foliis subrotundis, tenuissime denticulatis.* MICHEL. *Gen. plant.* p. 7. Tab. 5. fig. 2. HALL. *Helv.* p. 121.

Habitat in latebris sylvarum humidis & umbrosis.

Surculi repentes, ramosi, pallide virentes. Folia subovata, laxa, apicibus dilatata, spinulis ferras æmulantibus in margine ciliata. Vaginæ terminales, foliis triplo longiores.

Ergo Folia gerit *Lichenastrum quinti DILLENII*, vaginas vero *sexti, EJUSDEM*; recte hinc LINNÆVS utrumque conjunxit.

12. JUNGERMANNIA frondibus simpliciter pinnatis lanceolatis apice floriferis, foliolis integerrimis. LINN. *Spec. plant.* p. 1131.

*Lichenastrum Trichomanis facie, minus, ab extremitate florens.* DILLEN. Musc. p. 486. Tab. 70. fig. 10.

*Jungermannia palustris, minima, repens, foliis subrotundis, densissimis, late viridibus.* MICHEL. Gen. plant. p. 8. Tab. 5. fig. 6. HALL. Helv. p. 122.

Habitat in umbrosis & udis locis.

Surculi repunt, rami eriguntur; apice floriferi & acuti. Folia integerrima, subrotunda, ad ramos laxiora.

## C L A S S I S III.

### M V S C I.

**N**aturalissimam Classem constituunt Plantæ perennes, foliis a caule distinctis præditæ; quibus viror perpetuus est, calore & siccitate, squallescens, aqua denuo reparabilis; Floribus instructæ masculis atque femineis in eadem aut distincta planta minime manifestis; ita tamen ut masculi consent anthera seu capsula membranacea sessili aut pedunculata, ex alis foliorum, aut ramulorum apicibus orta, operculo & calyptra sæpius instructa, vel nuda, aut apice dehiscente, & scobem tenuissimam fundente.

#### I. *Capsulis calyptra tectis.*

### M N I V M.

LINN. *Spec. plant.* p. 1056.

Genus instituit DILLENIVS, species vero LINNÆVS, quem sequor, iis demptis, quæ calyptras pilosas habent. HALLERO non placet Genus, cum capitula pulverulenta, aut scyphos seminales LINNÆI pro gemmis habeat. Facilior quidem pro Tyronibus

ronibus labor est ex folis capsulis Genera constitue-  
re, quam capsulis inventis, eas rosulas, aut globulos  
pulverulentos sæpe fere invisibiles in aliis plantis  
seorsim perscrutari. Sed nimirum valida est Autho-  
ritas magnorum sane Virorum, DILLENII nempe,  
MICHELII, LILLÆI, LUDWIGII & aliorum, qui  
huic Generi favent; dein tuto licet Brij Genus tot  
speciebus aliunde gravatum, libere ab illis, quæ glo-  
bulos pulveriflores, aut Scyphos peculiare, scobe  
plenos, propriis, & distichis sæpe caulibus efferunt,  
capsulas vero calyptra glabra tectas Bryorum & Hy-  
pnum more producant, in quibus essentiam *Mni* po-  
suit Magnus Author DILLENIVS.

1. MNIVM foliis distichis integerrimis. LINN. *Spec. plant.* p. 1114.

*Mnium Trichomanis facie, foliolis integris.*

DILLEN. Musc. p. 236. Tab. 31. fig. 5. bene.  
Habitat ad arborum truncos carie exesos.

Hæc & sequens planta maximum cum Jungermani-  
is adfinitatem habent, ut in Ordine Naturali Genus  
hoc Jungermanniæ succedere debeat.

2. MNIVM foliis distichis bifidis. LINN. *Spec. plant.*  
p. 1114.

*Mnium Trichomanis facie, foliolis bifidis.* DIL-

LEN. Musc. p. 237. Tab. 31. fig. 6.

Habitat ad arborum radices, argillæ cupidum.

Differt a priore frondibus pallidioribus. Foliis  
bifidis; apertura, ut ait MICHELIVS, pene visibili, &  
globulis pluribus corymbosis.

3. MNIVM foliis subdistichis piliferis lanceolatis, pe-  
dunculis radicalibus. Habitat in *Idriensi: us sylvis*,  
non rarum, ad arborum radices, terræ innatum.  
Surculi capsuliferi, basi repente & ramosa; ramis  
uncialibus, indivisis, erectis, seta brevioribus. Fo-  
lia bifariam sæpe versa, lanceolata, eleganti & per-  
sistente virore prædita, patentissima, pilo brevi ter-  
mina-

minata. Pedunculus ad basim rami positus, solitarius, croceus; capsula erecta, gracili; mucrone recto; calyptra leniter incurva. Surculi vero alii ex apicibus ramorum fetas albas, breves, tenuissimas, nudis oculis vix manifestas edunt, apicibus bifidis & integerrimis, nullo conspicuo globulo terminatis.

4. MNIVM caule simplici, foliis ovatis. LINN. *Fl. Svec.* 911. *Spec. plant.* p. 1109.

*Bryum alternans, calyptra variegata & scyphulis foliosis.* HALL. *Helv.* p. 118. Tab. 4. fig. 8. Item. *Helvet.* n. 56.

*Mnium serpilli foliis tenuibus, pellucidis.* DILLEN. *Musc.* p. 232. Tab. 31. fig. 2. Sine scyphis, & cum capitulis pulverulentis.

Habitat frequens circa *Idriam* in sylvis, prope fontes, & truncos marcidos.

Caules erecti. tenues, rubelli, simplices; foliis alternis, ovatis, pellucidis. *Pedunculiferi* breviores, foliis acutissimis; nervulo rubro; seta furculo longiore; capsula erecta, dein deflexa, effuso vero polline nutans; operculo purpureo, in rectum mucronem definente, quem semel vidi duplicatum; calyptra rubra intra medium alba. *Scyphiferi* virides; foliis dentatis, scypho iisdem foliis facto, terminati, qualem in *Bryo* 68. Tab. 50 DILLENIVS pinxit.

5. MNIVM caule dichotomo, foliis subulatis. LINN. *Fl. Lapp.* 413. *Fl. Svec.* 912. *Spec. plant.* p. 1110.

*Mnium majus, ramis longioribus bifurcatis.* DILLEN. *Syn.* 3. p. 78. *Musc.* p. 233. Tab. 31. fig. 3.

*Muscus capillaceus, palustris, flagellis longioribus, bifurcatis.* VAILLANT. Paris, Tab. 24. fig. 1.

Habitat in paludosis herbidis, & prope fontes, rivulosque frequens.

Latis, & læte virentibus cespitibus eminus agnoscitur; constat vero caulibus erectis, bifidis, imbricatis & versus ramorum apices pulchre virescentibus foliis undique cinctis; quorum apices modo steriles, modo vero rofulis stellatis patulis terminati sunt; In aliis furculis, rarius tamen, ex antiquo & semitabido caule prodeunt setæ bicolores, unciales; capsula ovata, viridi, pendula terminatæ; operculo concolore, mamillari, subpellucido.

6. **MNIUM** capsulis subrotundis, pedunculis radicalibus.

*Mnium caule simplici geniculis inflexo.* LINN. Fl. Lapp. 414. Fl. Svec. 913. Spec. plant. p. 1110. cur vocat simplicem?

*Bryum palustre, scapis teretibus stellatis, capsulis magnis subrotundis.* DILLEN. Musc. p. 340. Tab. 44. fig. 2. SEQUIER. Veron. suppl. p. 15.

*Muscus stellatus, palustris, alpinus, major, viticulis longioribus & habitioribus, foliis acutissimis.* MICHEN. Gen. plant. p. 108. Tab. 59. fig. 4.

*Muscus capillaceus, tenuissimus, pediculo longissimo purpurecente capitulo rotundiore.* TOURNEF. Inst. p. 555. VAILLANT. Paris. p. 134. Tab. 24. fig. 10, sine capsulis.

Habitat in paludosis, & circa fontes, prope *Labacium*.

*Surculus setifer repens, ramosus, longus. Rami ultimi erecti, cauliculis rubris. Folia patula, pellucida, laxa, sparsa, ovata. Seta biuncialis, ex ortu primorum ramorum genita. Capsula virens, suberecta, fere sphaerica, magna. Calyptra curvula; apice rubro. Surculus scyphifer basi repens, simplex & ramosus,*

fus, apicibus omnibus aut quibusdam stellatis. Folia concava, cauli adpressa, laxiora & ovata. Scyphus pentaphyllus.

DILLENIVS *ibid sub Litt. A.* in eodem caule pinxit capsulas & scyphos, quod ego nondum observavi.

Juniores & imperfectos hujus *Mnii* caules esse censeo, quos in eodem loco reperi cespitosos, filiformes, simplices, erectos, digiti minimi longitudine, & rubro colore tinctos; quibus laxe adpressa erant folia oblonga, erecta; sine pedunculis, aut terminalibus scyphis.

7. MNIVM capsulis ovatis pendulis, furculis floriferis erectis, sterilibus humifusis, foliis pellucidis patulis.

#### Varietates.

(a) *Mnium* capsulis ovatis pendulis, pedunculo solitario, furculis floriferis erectis, sterilibus humifusis, foliis pellucidis patulis.

*Bryum pendulum, serpilli folio rotundiore pellucido, capsulis ovatis.* DILLEN. Musc. p. 416. Tab. 53. fig. 81. A. B. D. G. H.

*Muscus stellatus, serPELLI folio, minor, foliis denticulatis, capitulo singulari nutante.* MICHEL. Gen. plant. p. 110.

*Muscus folio lato, subrotundo, capitulo singulari, nutante, longo, subrubenti insidente.* VAILLANT. Paris, p. 136. Tab. 26. fig. 5.

Habitat circa cavas vias, in umbrosis.

Caules setiferi flagella gerunt decumbentia, sterilia a VAILLANTIO in *Tab. cit. Litt. D. fig. 18*, & DILLENIO in *Tabulis 52. fig. 75. A. & 53. fig. 79. G. H. I. K. L. 81. C. M. O.* pulcherrime delineata; foliis planis, subrotundis, tenuissime denticulatis; Caulibus autem ipsi folia habent oblonga, integerrima; undulatis oris. Seta unica, crocea. Capsula virens.

Operculum pellucidum, subflavum, obtusum. Osculum denticulatum. Calyptra acutissima; apice subrubente & curvulo. *Caules stellati* flagella gerunt, foliis subrotundis, integerrimis, brevi spinula terminatis; Caules autem ipsi folia habent oblonga, plana, supra medium ferrulata. Calices pentaphylli; foliolis integerrimis concavis, spinula destitutis.

- (b) *Mnium* capsulis ovatis pendulis, pedunculis aggregatis, furculis floriferis erectis, sterilibus humifusis, foliis pellucidis patulis punctatis subovatis integris.

*Mnium pedunculis aggregatis, foliis patentibus pellucidis.* LINN. Spec. plant. p. 1113. Varietates b. & c. denotans.

*Bryum pendulum, serpilli folio rotundiore, pellucido, capsulis ovatis.* DILLEN. Musc. p. 416. Tab. 53. fig. 81. I. SEGUIER. Veron. supplement. p. 24.

*Bryum nitidum, serpilli rotundis foliis.* HALL. Helv. p. 115. Varietates meas a. b. c. comprehendens. BOEHM. Lips. 755.

*Bryum capsulis nutantibus, foliis subovatis obtusis pellucidis punctatis, caulibus sterilibus procumbentibus, pedunculis aggregatis.* LINN. Fl. Svec. 901. DALIB. Paris. p. 323.

Habitat cum priore.

- (c) *Mnium* capsulis ovatis pedunculis aggregatis, furculis floriferis erectis, floribus humifusis, foliis pellucidis patulis acutis serratis.

*Bryum pendulum, foliis variis pellucidis, capsulis ovatis.* DILLEN. Musc. p. 413. Tab. 53. fig. 79. M.

*Muscus stellatus polycephalus, foliis subrotundis, tenuissime serratis, costa in aculeum veluti producto, capsulis subrotundis, nutantibus.* MICHEL. Gen. plant. p. 110.



*Muscus polytrichoides*, *polycephalos*, *Chamaelyces folio*. VAILLANT. Paris. p. 136. Tab. 26. fig. 18.

Habitat in udis fylvestribus & umbrosis.

(d) *Mnium* capsulis ovatis pendulis, pedunculis aggregatis, furculis floriferis erectis, sterilibus humifolis, foliis pellucidis patulis oblongis undatis.

*Bryum caule ascendente, foliis ovato-oblongis patulis pellucidis*. LINN. Fl. Lapp. 399. ROYEN, Lugdb. p. 502. DALIB. Paris. p. 324.

*Bryum dendroides polycephalon, Phyllitidis folio undulato pellucido, capsulis ovatis pendulis*. DILLEN. Musc. p. 410. Tab. 52. fig. 76. optime.

*Bryum nitidum, foliis oblongis, undatis, capitulis cernuis, arbusculam referens*. DILLEN. Giff. p. 227. HALL. Helv. p. 118. SEGUIER. Veron. 1. p. 43.

*Muscus roseus, polycephalos. linearæ foliis undulatis*. VAILLANT. Paris. p. 135. Tab. 24. fig. 3. MICHEL. Gen. plant. p. 108. Tab. 59. fig. 5.

Habitat in putridis arboribus, circa paludes fylvarum & fontes in dejectis truncis.

Folia oblonga, undulata, decurrentia. *Sarculus fetifer* eleganti ramulorum corona radiatus, pedunculos gerit 3. 4. 5, ex DILLENII vero observatione etiam 7. & 8., basi bulbosus sed nudus: bulbillo viridi; apice nigro. Capsulæ longiores & tenuiores quam in prædictis varietatibus. *Sarculus scyphifer* terminatur scypho rosaceo planiore; quem faciunt cava, nec undulata folia.

## POLYTRICHUM.

DILLEN. *Hist. Musc. Gen. XII.*

Nominis inventor APULIUS est, Generis vero DILLENIVS, quem omnes fere sequuntur. Solus est LINNÆVS, qui in *Plantarum speciebus*, Polytrichis bellum intulit, & dispersa contra Naturam, *Mniis* & *Bryis* associavit, quæ arbitraria generum & continua mutatio, ni faceffat, ruet certe Botanices in pristinum Chaos. Ego vero causam, cur a DILLENIO hic recedam, nullam habeo. Sive itaque scyphi illi, *Mniis* proprii, in Muscis adsint, sive desint, *Polytrichis* adnumerandi sunt omnes, quorum capsulæ calyptra villosa teguntur.

1. POLYTRICHUM caule simplici, capsula cylindracea, foliis ferratis,

*Polytrichum parvum, Aloes folio ferrato, capitulis oblongis.* DILLEN. *Musc.* p. 429. Tab. 55. fig. 7.

*Muscus capillaceus minor, calyptra tomentosa.* VAILLANT. Paris. p. 131. Tab. 26. fig. 15, qui, dempta nimia parvitate, nostro longe similius est, quam *Muscus* II. ejusdem. Tab. 29, ad eum locum a DILLENIO citatus.

Habitat in Ericetis, ad herbidas sterilesque montium radices argillofas.

Folia ferrulata. Capsula oblonga, setæ concolor, denticulorum extantium corona tumida terminata, delapso operculo acuto rubro. Cilia ultra 25. Calyptra cylindracea; apice fulvo & recto.

2. POLYTRICHUM caule simplici, capsula subrotunda, foliis integerrimis.

*Polytrichum nanum, capsulis subrotundis, galericis, Aloes folio non ferrato.* DILLEN, *Musc.* p. 428. Tab. 55. fig. 6.

*Polytrichum minus*, capsulis subrotundis, calyptra veluti lacera coronatis. DILLEN. Giff. p. 221. HALL. Helv. p. 107. qui confundit cum priore.

Habitat cum priore.

A quo differt foliis non ferratis; capsula subrotunda, livido-virescente calyptra fulva, hemisphærica, in mucronem curvum desinente.

Utraque planta convenit loco natali, florendi tempore, caulibus simplicibus; basi tenuioribus, foliis lancetatis; basi decurrentibus & amplexantibus, pedunculo unico, longo, terminali in uno caule, dum alius scypho terminatus est non prolifero; propter quem LINNÆVS utrumque conjungens, dixit *Mnium calyptra villosa*, quæ denominatio *Polytricho* etiam aureo convenit pariter scyphifero; debuisset ergo LINNÆVS vel utrumque, vel neutrum *Mniis* associare.

3. POLYTRICHVM caule simplici LINN. *Fl. Lapp.* 395. anthera parallelepida. *Fl. Svec.* 868. *Spec. plant.* p. 1109. DALIB. *Paris.* p. 316. BOEHM. *Lipf.* 733.

*Polytrichum quadrangulare vulgare*, *Juccæ* foliis ferratis. DILLEN. *Musc.* p. 429. Tab. 45. fig. 1.

*Polytrichum vulgare & majus*, capsula quadrangulari. DILLEN. *Giff.* p. 221. HALL. *Helv.* p. 106. SEGUIER. *Veron.* I. p. 36.

*Muscus juniperifolius*, capitulo quadrangulo. VAILLANT. *Paris.* p. 131. Tab. 23. fig. 8. sine capsula.

Flora synonyma caulium tam fertilium quam stellatorum lege apud DILLENII absolutissimam Muscorum Historiam.

Habitat in herbidis, sterilibus & sylvestribus locis.

Caulis simplex, quandoque ramosus DILLEN., semper vero TABERNEM, erectus, longus. Folia linearia, pilifera. reflexa. Capsula tetragona. Calyptra fulva, demum flavescens; villis basi conniventibus. Scyphi stellati bis terque proliferi.

4. POLYTRICHUM caule ramoso, capsulis oblongis, pedunculis lateralibus, foliis cartilagineo-ferratis.

Habitat in frigidis umbrosisque vallibus *Alpium Kranburgensium*, retro Montem *Sottel*.

Caulis extremo pollicis articulo minime longior, e basi plures rectosque ramos emittit. Folia lanceolato-lineararia, firma. Pedunculi laterales, rubri. Capsulæ erectæ, oblongæ. Calyptra villosa; His notis convenit cum *Polytricho ramoso, setis ex alis urnigeris*. DILLEN. Musc. p. 427. Tab. 55. fig. 5, sed differt foliorum marginibus cartilagineis & ferratis; operculo capsulæ planiusculo.

5. POLYTRICHUM caule ramoso, pedunculis sparsis, calyptris sursum pilosis.

*Bryum antheris sessilibus sparsis, calyptris striatis sursumque pilosis*. LINN. Spec. plant. p. 1115. Cur antheras vocat sessiles? Cur Bryum contra character datum in *Generib. plant.* 949?

### Varietates.

- (a) *Polytrichum* caule ramoso, pedunculis brevissimis sparsis, calyptris sursum pilosis.

*Polytrichum Bryi ruralis facie, capsulis sessilibus, majus & minus*. DILLEN. Musc. p. 430. 431. Tab. 55. fig. 8. 9. SEGUIER. Veron. supplem. p. 13.

Habitat in saxis & rupibus.

- (b) *Polytrichum* caule ramoso, pedunculis longioribus sparsis, calyptris sursum pilosis.

*Polytrichum capillaceum crispum*, calyptris acutis pilosissimis. DILLEN. Musc. p. 433. Tab. 55. fig. 11.

*Muscus capillaceus minimus*, calyptra villosa & striata. VAILLANT. Paris. Tab. 27. fig. 9. 10. Habitat in arboribus.

Surculi ramosi, erecti. Folia carinata, acuta, glabra. Pedunculi terminales & laterales, in arido loco breves vix manifesti, in arboribus vero longiores. Capsula oblonga. Operculum breve. Calyptra striata, sursum pilosa, sensim calveicens. Osculum denticulis demum patentissimis radiatum.

## B R Y U M.

DILLEN. *Hist. Musc. Gen.* XI.

Capsulæ calyptra glabra; pedunculus vero nullo perichætio, seu bulbo squamoso ad basim cinctus.

(\*) *Capsulis erectis.*

1. BRYUM antheris erectis subulatis, furculis simplicibus, foliis imberbibus.

*Bryum antheris erectis subulatis*, furculis acaulibus. LINN. Spec. plant. p. 1116.

*Bryum capsulis oblongis subulatis.* DILLEN. Musc. p. 350. Tab. 45. fig. 10.

*Muscus capillaris*, corniculis longissimis, incurvis. VAILLANT. Paris. p. 133. Tab. 25. fig. 8. Habitat circa aggeres, & hortorum muros.

Surculi brevissimi, plerumque simplices & tunc apice pedunculiferi, aliquando vero & ramosi & furculis annotinis setiferis. Capsula longa, gracilis; calyptra subulata, incurva.

2. BRYUM capsulis erectis cylindræis calyptra brevioribus, furculis simplicibus, foliis imberbibus.

Habitat ad arbores Alpium Carniolæ.

Caulis uncialis, erectus, simplex. Folia erecta, pellucida, pallide virescentia, crasso nervo instructa. Pedunculus terminalis. Capsula erecta, folii longitudine, cylindraceo, virens, lineam lata, convergens. Operculum purpureum; mucrone recto. Calyptra ochroleuca, conica, capsula longior, diu inhærens.

3. BRYUM capsulis erectis cylindraceis, furculis simplicibus, foliis piliferis.

*Bryum anthera erecta oblonga minori, calyptris laxis æqualibus.* LINN. Fl. Svec. 891. Spec. plant. p. 1116.

*Bryum calyptra extinctorii forma, minus.* HALL. Helv. p. 113. DILLEN. Musc. p. 349. Tab. 45. fig. 8. quinam author nominis?

*Bryum erectis capitulis, calyptra laxa conica, foliis serpilli pellucidis angustioribus.* DILLEN. Giff. p. 223. SEGUIER. Veron. 1. p. 38.

*Muscus capillaceus, minimus, calyptra longa, conoidea, nitida.* VAILLANT. Paris. p. 137. Tab. 26. fig. 1.

Habitat cum Bryo 6.

Folia pellucida mihi pilifera, DILLENIO mutica. Capsula pilo terminata. Calyptra laxa, cylindraceo-conica. His notis differt a priore, an satis?

4. BRYUM capsulis erectis oblongis, furculis simplicibus, foliis rectiusculis piliferis ovatis.

*Bryum antheris erectis, furculis simplicibus, foliis piliferis rectiusculis.* LINN. Spec. plant. p. 1117.

*Bryum tegulare humile & incanum.* DILLEN. Musc. p. 355. Tab. 45. fig. 14.

*Muscus capillaris, minor, capitulis erectis, vulgarissimus.* MICHEL. Gen. plant. p. 108. Tab. 59. fig. 7. rofulis nimium patulis, & foliis justo latioribus,

*Muscus capillaris, minor, capitulis erectis, vulgatissimus.* VAILLANT. Paris. Tab. 24. fig. 14. 15. & Tab. 25. fig. 4.

Habitat in calce murorum antiquorum.

Folia pulchre virescentia, ovata, concava, suberecta, pilo terminata. Capsula gracilis; osculo denticulato.

5. BRYUM capsulis erectis obovatis, furculis simplicibus, foliis pellucidis ovatis glabris.

*Bryum capsulis erectis obovatis, calyptra subulata, furculis simplicibus, foliis ovatis muticis.* LINN. Spec. plant. p. 1116.

*Bryum capsulis erectis turbinato-ovatis, operculo obtusifusculo.* LINN. Fl. Svec. 890.

*Bryum serpillifolium pellucidum, capsulis pyriformibus.* DILLEN. Musc. p. 345. Tab. 44. fig. 6.

*Muscus capillaceus, minimus, capitulis pyriformibus, turgidis.* VAILLANT. Paris. p. 129. Tab. 29. fig. 3.

Habitat circa fossas, prope *Labacium*.

Rosulæ simplicissimæ. Folia pellucida, ovata, acuta, patula. Seta pallida, semiuncialis, capsulæ concolor. Capsula pyriformis, obtusa. Calyptra tenuis; acu recta.

6. BRYUM capsulis erectis ovatis, furculis simplicibus, foliis piliferis oblongis.

*Bryum antheris erectis subrotundis: operculo mucronato.* LINN. Fl. Svec. 889. Spec. plant. p. 1119. DALIB. Paris. p. 313.

*Bryum exiguum, creberrimis capitulis ruffis.* DILLEN. Musc. p. 347. Tab. 45. fig. 7. SEGUIER. Veron. supplem. p. 16.

*Bryum exiguum, erectis parvis subrotundis creberrimis capitulis ruffis, foliis serpilli angustis pellucidis.* DILLEN. Giff. p. 223. HAIL. Helv. p.

*Muscus capillaceus omnium minimus.* TOURNEF. Inst. p. 552. VAILLANT. Paris. p. 130. Tab. 26. fig. 2.

Habitat circa hortos super saxa & muros.

Surculi cespitosi, densa brevium setarum sylva hispida; cum e quolibet una oriatur. Capsula ovata, setæ concolor, post delapsum tegmen, ovo per medium transversim secto similis; osculo minime denticulato. Operculum breve, acu unguiculata.

7. *BRYUM* capsulis erectis ovatis, furculis simplicibus, foliis imberbibus lanceolatis.

*Bryum antheris erectis ovatis, foliis lanceolatis acuminatis imbricato-patulis.* LINN. Fl. Svec. 893. Spec. plant. p. 1119.

*Bryum capillaceum breve, pallide & lete virens, capsulis ovatis.* DILLEN. Musc. p. 380. Tab. 48. fig. 43.

*Muscus capillaceus, omnium minimus, foliis longioribus & angustioribus.* VAILLANT. Paris. p. 130. Tab. 29. fig. 5.

Habitat in pratis, præ parvitate vix apparens.

Inter meos muscos hic minimus est. Foliis carinatis, lanceolatis, imberbibus, patulis; pedunculis aquose-virentibus, pellucidis. Capsula folii longitudine; operculo curvo; calyptra brevi & fugacissima.

8. *BRYUM* antheris erectis terminalibus subsessilibus, furculis ramosis.

*Bryum antheris sessilibus terminalibus, calyptra minima.* LINN. Spec. plant. p. 1115.

*Sphagnum caulibus ramosis, foliis undique imbricatis capsulas obtegentibus.* LINN. Fl. Svec. 865.

*Sphagnum foliis pilo terminatis.* ROYEN. Lugdb. p. 500.



*Sphagnum subhirsutum*, obscure virens, capsulis rubellis. DILLEN. Musc. p. 245. Tab. 32. fig. 4.

*Sphagnum cauliferum & ramosum*, saxatile, hirsutum, capitulis obscure rubris. DILLEN. Giff. p. 229. HALL. Helv. p. 96. SEGUIER. Veron. p. 44.

Habitat super saxa & arbores.

Auctoritas LINNÆI me facile movit, ut Muscum hunc, a Sphagnis separatum, inter Brya collocaverim, cujus differentia consistit in capsulis fere sessilibus.

9. BRYUM antheris erectis ovatis, pedunculis terminalibus, furculis ramosis, foliis erectis lanceolatis.

Habitat ad putridos arborum truncos in *sylvis Idriensibus*.

Facies & omnia *Bryi pilos, sphagni subulati facie* DILLEN., sed pili in foliis nulli, folia pallide virentia, osculum capsulæ minime denticulatam.

10. BRYUM antheris erectis, pedunculis terminalibus, furculis ramosis, foliis setaceis.

Habitat in Alpibus *Carniolæ superioris*, ad arbores.

Surculus semiuncialis, ramosus, Folia pallide virentia, imberbia, setacea, imbricata, erecta. Pedunculi terminales, furculo longiores. Capsula cylindracea, virens. Operculum parvum; acu recta. Calyptra subulata.

11. BRYUM capsulis erectis, pedunculis lateralibus, furculis ramosis, foliis setaceis.

Habitat in truncis cariosis, circa *Idriam*, frequens.

Surculus perpetuo ramosus. Folia luteo-virescentia, setacea, sparsa, Pedunculus axillaris. Capsula oblonga, erecta, nullo annulo tumido sub operculo

culo prædita. Operculum acuminatum; acu curva tenuissima.

12. *BRYUM* capsulis erectis sphaericis pedunculis lateralibus, furculis ramosis, foliis linearibus.

*Bryum antheris erectis sphaericis.* LILL. Fl. Svec. 888. Spec. plant. p. 1115. DALIB. Paris. p. 317.

*Varietates.*

(a) *Bryum* capsulis erectis sphaericis, pedunculis lateralibus folio brevioribus, furculis ramosis, foliis linearibus.

An *Bryum alpinum, ramosissimum, capsulis crassis, ad caulem, fere sessilibus.* HALL. Helv. p. 109. Tab. 3. fig. 8? omnino, si capsulae essent sphaericae & operculo tectae.

An *Muscus Alpinus, major, ramosus, foliis longis, tenuissimis, & angustissime denticulatis, capitulis sphaericis, per caulem sparsis, & plerumque ab eodem exortu geminis. brevioris pediculi fultis.* MICHEL. Gen. plant. p. 111.? potest esse.

Habitat in Alpibus Carniolae, retro M. Storschitsch.

DILLENIVS non habet Muscum, cui folia linearia, viridissima, pedunculis longiora, sese ex ficcitate minime crispantia. Pedunculi ramei, sparsi, rubri, bini saepe ex uno loco, & basi ita bulbosi, ut *Hypnum* referant. Capsula striata, sphaerica; osculo parvo & glabro; operculo conico, exiguo, fusco.

(b) *Bryum* capsulis erectis sphaericis, pedunculis lateralibus folio longioribus, furculis ramosis, foliis linearibus.

*Bryum capillaceum, capsulis sphaericis.* DILLEN. Musc. p. 339. Tab. 44. fig. 1.

*Bryum trichoides, virescens, erectis majusculis capitulis maliformibus.* DILLEN. Giff. p. 224. HALL. Helv. p. 108. SEGUIER. Veron, 1. p. 41.

*Muscus trichoides, minimus, sericeus, capillaceus capitulis sphericis.* MORISON. Hist. 3. p. 628. Sect. XV. Tab. 6. Ser. 4. fig. 6. VAILLANT. Paris. p. 129. Tab. 24. fig. 12.

Habitat in udis fylvarum rupibus.

Foliorum apices ferrati. Pedunculi solitarii, folio multo longiores. Capsulæ apex fuscus.

(\*\*) *Capsulis subnutantibus,*

13. BRYUM capsulis subnutantibus, furculis simplicibus, foliis lanceolatis undatis ferratis.

*Bryum antheris erectiusculis, pedunculis subsolitariis, foliis lanceolatis carinatis undulatis patentibus ferratis.* LINN, Fl. Svec. 899. Svec. plant. p. 1117. BOEHM. Lips. 746.

*Bryum Phyllitidis folio rugoso acuto, capsulis incurvis* DILLEN. Musc. p. 360. Tab. 46. fig. 18. SEGUIER. Veron. supplement. p. 18.

*Bryum erectis capitulis oblongis rubentibus, foliis angustis oblongis pellucidis rugosis.* DILLEN. Giff. p. 222. HALL. Helv. p. 114.

*Muscus erectus, Linariæ folio, major.* VAILLANT. Paris. p. 132. Tab. 26. fig. 17.

Habitat ad arborum radices, in argilloso solo.

Caulis erectus, ruber. Folia patula, lanceolata, canaliculata, transversim rugosa, ferrulata. Capsula obliqua, deflexa, obscure rubra. Operculum e basi tumida, splendente & rubra, in acutum curvum mucronem desinens. Osculum ciliatum. Calyptra setæ concolor, rubens, postice appendicula lineari superne instructa, qua capsula longior evadit.

14. *BRYUM* capsulis subnutantibus, furculis simplicibus, foliis linearibus carinatis rugosis.

In *Carmola*, ad muros & rupes, passim obvium muscum, inter Dillenianos non invenio.

In locis prædictis, septemtrionem spectantibus, latos, subrotundos, luteo-flavescentes cespites efficit, qui constant furculis simplicibus, apice floriferis; foliis in lenem arcum flexis, patentibus, linearibus, canaliculatis, imberbibus; marginibus sinuatis & rugosis. Aliquando ex apicibus caulium rami oriuntur, & tunc setæ laterales evadunt. Pedunculi unciales, purpurei. Capsula gracilis, oblonga, subnutans; osculo ciliato; calyptra subulata.

15. *BRYUM* capsulis subnutantibus, furculis simplicibus, foliis setaceis secundis.

*Bryum antheris erectis, foliis setaceis secundis.*

LINN. Fl. Svec. 895. Spec. plant. p. 1118.

*Bryum heteromallum.* DILLEN. Musc. p. 375.

Tab. 47. fig. 37.

*Muscus capillaceus, foliis unam partem spectantibus.* VAILLANT. Paris. p. 132. Tab. 27. fig. 7.

Habitat circa *Idriam* in collibus frequens.

Specimina mea simillima sunt Vaillantiano. a. *loc. cit.* Tota planta uncia brevior. Capsula subovata, non erecta; operculo rubro, in obtusiusculam acum desinente; calyptræ acutissimæ apice fusco. Facile agnoscitur ex caulibus simplicibus, & foliis setaceis, læte virescentibus, heteromallis.

16. *BRYUM* capsulis subnutantibus; operculo arcuato; furculis ramosis, foliis fragilibus erectis glaucis.

*Bryum antheris erectiusculis: operculo arcuato foliis erectis imbricatis, furculis ramosis.* LINN.

Spec. plant. p. 1118.

*Bryum albidum & glaucum, fragile, majus, foliis erectis, setis brevioribus.* DILLEN. Musc. p. 362. Tab. 46. fig. 20.

*Bryum trichodes, erectis capitulis, albidum fragile.* DILLEN. Giff. p. 225. HALL. Helv. p. 114. SEGUIERVS. Veron. I. p. 41. qui figuram *Musci capillacei* VAILLANT. Tab. 27. icon. 7. huc male retulit.

*Muscus trichoides, montanus, albidus, fragilis.* MORISON. VAILLANT. Paris. Tab. 26, fig. 13.

Habitat in sylvis siccioribus, circa *Labacium*, frequens.

Cespites sunt lati, glauci, terræ adnati, facti surculis ramosis; quibus folia fragilia, erecta, imbricata, acuta, imberbia, suprema glauca, inferiora arida. Setæ terminales, breves, croceæ & tenues. Capsula deflexa, gracilis; operculo arcuato, acutissimo; calyptra albicante, subulata.

17. BRYUM capsulis subnutantibus, pedunculis an-  
notinis lateralibus, foliis supra medium dilatatis piliferis patulis.

*Bryum antheris erectiusculis, foliis piliferis recurvis.* LINN. Fl. Svec. 900. Spec. plant. p. 1116. DALIB. Paris. p. 320.

*Bryum rurale unguiculatum hirsutum elatius & ramosius.* DILLEN. Musc. p. 352. Tab. 45. fig. 12. SEGUIER. Veron. supplem. p. 17. Qui in Syn. I. p. 39. vocat *Bryum minus erectis capitulis tenuissimis, pediculis ex rubro-flavescentibus, foliis in pilum desinentibus*, quod nomen etiam *Bryo regulari* DILLEN. seu quarto nostro convenit.

*Muscus capillaris tectorum, densis cespitibus nascens, capitulis oblongis, foliis in pilum desinentibus.* VAILLANT. Paris. p. 133. Tab. 25. fig. 3.

K

Habitat

Habitat in stramineis rusticorum tectis, circa rupes & lapides sepientes hortos, inque arboribus.

Lati sunt cespites, qui recentibus si constant furculis læte virent, minus autem si iidem fuerint adulti. Folia in ramorum apicibus, si madida fuerint, expanduntur in rosulam, & supra medium latiora sunt; nervo in pilum longum exeunte.

18. *BRYUM* capsulis subnutantibus, furculis ramosis, pedunculis axillaribus, foliis linearibus.

*Bryum polytrichoides palustre*, fetis longioribus. DILLEN. Musc. p. 387. Tab. 49. fig. 52.

Habitat in paludibus circa *Labacium*.

Surculis cespitosi, basi ramosi, fetis breviores. Rami simplices. Folia pulchre virescentia, linearia. Setæ ruberrimæ, axillares, unciales, basi bulbosæ. Capsula pallidior; oblonga, demum deflexa; operculo setæ concolore, ad basim tumido: acu brevi & curvula.

(\*\*\*) *Antheris pendulis*.

19. *BRYUM* capsulis pendulis obovatis, furculis simplicibus, foliis piliferis ovatis.

*Bryum bulbiforme aureum*, calyptra quadrangulari, capsulis pyriformibus nutantibus. DILLEN. Musc. p. 407. Tab. 52. fig. 75.

*Muscus capillaceus*, folio rotundiore, capsula longa incurva. Inst. p. 551. VAILLANT. Paris. Tab. 26. fig. 16. seta nimium brevi.

Habitat in sylvis asperis & umbrosis, sed frequentius in humo vegetabili, cinere deustarum stirpium imprægnata.

Densissima sylva setarum biuncialium eminus agnoscitur, quæ est cespes rosularum bulbiformium, pulchre virescentium, quarum quælibet setam educit basi croceam, superius flavescens. Ex rosulæ constant foliis ovatis, imbricatis, erectis, acutis, pilo termina-

minatis. Capsula virens est & crassa, apice dilatata, obtusa, pyriformis, pendula. Calyptra definit in acum tenuem, pilo terminatam, capsula nihilo brevior, primo erectam, dein ita ad latus flexam, ut angulum rectum cum pedunculo faciat; basis calyptræ hemisphærica est, quam tetragonam DILLENIVS vocat.

20. BRYUM capsulis pendulis, pedunculis subradicalibus, furculis teretibus ramosis.

*Bryum antheris pendulis, furculis cylindricis imbricatis lævibus.* LINN. Fl. Svec. 909. Spec. plant. p. 1120. DALIB. Paris. p. 321.

*Bryum pendulum julaceum, argenteum & fericeum.* DILLEN. Musc. p. 392. Tab. 50. fig. 62. Habitat circa hortos in muris.

Surculi, quales pinxit DILLENIVS, sed setæ ut in Figura ejusdem 66. Folia erecta, pilifera, in teretem furculum imbricata. Capsulæ ovatæ, pendulæ; operculi basi tumida: mucrone recto. Muscus hic facile adgnoskitur colore argenteo furculorum bulbiformium, & setis pluribus ex horum basi nascentibus.

21. BRYUM capsulis pendulis oblongis, furculis ramosis: ramis annotinis pedunculiferis, foliis piliferis carinatis ovatis.

*Bryum antheris pendulis, foliis ovatis setiferis carinatis, pedunculis longissimis.* LINN. Fl. Svec. 906. Spec. plant. p. 1121.

*Bryum foliis latiusculis congestis, capsulis longis nutantibus.* DILLEN. Musc. p. 308. Tab. 50. fig. 67.

*Bryum capitulis reflexis, foliolis latiusculis congestis.* DILLEN. Giff. p. 227. HALL. Helv. p. 116. SEGUIER. Veron. I. p. 42.

Habitat super saxa, circa hortos.

Ramus inferior, annotinus, semitabidus, setifer. Seta longa. Capsula oblonga, crassa, obscure rubra. Operculum concolor, e tumida basi in acutam & bre-

vem acum convergens. Calyptra rubella, fubulata, decidens antequam capsula dimidiam debitæ magnitudinis partem attigerit.

22. *BRYUM* capsulis pendulis ovatis, pedunculis reflexis, furculis ramosis, foliis piliferis.

*Bryum antheris subrotundis, pedunculis reflexis, foliis piliferis.* LINN. Fl. Svec. 904. Spec. plant. p. 1121. DALIB. paris. p. 321.

*Bryum orbiculare, pulvinatum, hirsutie canescens, capsulis immersis.* DILLEN. Musc. p. 395. Tab. 50. fig. 65.

*Bryum trichodes, hirsutie canescens, capitulis subrotundis reflexis, in perbrevis pediculis.* DILLEN. Giff. p. 226. HALL. Helv. p. 117. SEGUIER. Veron. 1. p. 43. ubi synonymum VAILLANTII deleri non debet, ut jubet in supplemento. p. 27.

*Muscus capillaceus, lanuginosus, minimus,* VAILLANT. Paris. p. 133. Tab. 29. fig. 2.

Habitat in rupibus & muris.

Surculi cespitosi, ramosi, breves, ex ficcitate albam lanam referunt. Folia pilo breviora sunt. Pedunculi terminales, furculis breviores, pallidi. Capsula ovata & ita demum reflexa, ut inter cespitis folia sese abscondat. Operculum rubrum; mucronæ brevi & curvulo.

## HYPNUM.

DILLEN. *Hist. Musc. Gen. X.*

Essentia consistit in perichætio seu bulbo folioso, e quo setæ oriuntur.

(\*) *Compressa.*

1. *HYPNUM* fronde pinnata simplici, pedunculo terminati.

*Hypnum*



*Hypnum fronde simplicissima pinnata lanceolata apice pedunculi pedunculifera.* LINN. Spec. plant. p. 1123.

*Hypnum taxiforme exiguum, versus extremitatem capsuliferum.* DILLEN. Musc. p. 262. Tab. 34. fig. 1. SEGUIER. Veron. supplement. p. 2.

*Hypnum repens, filicifolium, non ramosum, pediculis brevissimis, versus foliorum summitates egredientibus.* DILLEN. Syn. 3. p. 88. HALL. Helv. p. 106.

*Muscus polytrichoides, exiguis capitulis in summis furculis, seu foliis subrotundis, crenatis.* VAILLANT. Paris. p. 136. Tab. 24. fig. 3.

Habitat ad arborum radices, in umbrosis locis & argillofis.

Surculi simplices. Pedunculus terminalis. Capsula erecta, subovata, ruffa; ciliis magnis & rubris prædita. Operculum rubrum; mucrone recto.

2. HYPNUM fronde pinnata simplici, pedunculis subradicalibus.

*Hypnum fronde simplicissima pinnata lanceolata basi pedunculifera* LINN. Spec. plant. p. 1122.

*Hypnum foliis pinnatis contiguis linearibus, pedunculis radicalibus, capitulo subrotundo erecto.* ROYEN. Lugdb. p. 504. Nomen hoc, ad Hypnum primum retulit DILLENIVS, ad præfens LINNÆVS, sed neutrum bene denotat.

*Hypnum taxiforme minus, basi capsulifera.* DILLEN. p. 263. Tab. 34. fig. 2.

*Hypnum repens, filicifolium, non ramosum, pediculis brevioribus, ad radices exeuntibus.* DILLEN. Syn. 3. p. 88. HALL. Helv. p. 106. omisso DILLENIO.

*Muscus pennatus, capitulis Adianthi.* VAILLANT. Paris. Tab. 24. fig. 11.

Habitat in udis fylvarum latebris, & circa rupes.

Frondeſe indiviſæ, ex una baſi plures, adſcendentes, pinnatæ. Pinnæ extremæ majores, Pedunculi plures, prope baſim, ſuperne geniti. Capſula nutans, obſolete virens. Operculum pallidum; mucrone deſlexo; calyptra ſubvirente, ſolo operculo obducta.

3. HYPNUM fronde pinnata ramoſa erecta medio pedunculifera. LINN. *Spec. plant.* p. 1123.

*Hypnum Taxiforme paluſtre ramoſum majus & erectum.* DILLEN. *Muſc.* p. 264. Tab. 34. fig. 3.

*Muſcus Taxiformis ramoſus.* VAILLANT. *Paris.* p. 136. Tab. 28. fig. 5.

Habitat in paludofis & udis locis.

Facies Hypni prioris, ſed furculi longiores, ramoſi, & adſcendentes. Pedunculi circa medium frondis naſcuntur; capſulis ovatis. Sed valde dubito, ne ſit adultior ætas Hypni antecedentis.

4. HYPNUM fronde ſubpinnata ramoſa, foliis pellucidis acutis planis,

*Hypnum pennatum, Ornithopodii pinnulis ſplendentibus.* DILLEN. *Muſc.* p. 270. Tab. 34. fig. 9.

Pendet ex arboribus, præſertim Fagis antiquis.

Exemplaria mea duplo certe longiora ſunt Dilleniano. Facies ſequentis; ſed frondeſe anguſtiores, pulchre viſcences, ramoſæ; ramis acutis; pinnulæ non criſpæ, integerrimæ, pellucidæ, in acutum mucronem ſpinæ ſimilem deſinentes. Hoc quoque huic Muſco proprium eſt, quod infimi ramuli terminentur ſetis concoloribus, filiformibus, aphyllis; & capſulas, in Carniola, ſaltem rariffimas habeat.

5. HYPNUM fronde ſubpinnata ramoſa, foliis undatis criſpis, capſulis ovatis.

*Hypnum furculis ramosis, frondibus subpinnatis, foliis undatis planis.* LINN. Spec. plant. p. 1124.

*Hypnum pennatum, undulatim crispum, setis & capsulis brevibus.* DILLEN. Musc. p. 273. Tab. 36. fig. 12. bene.

*Hypnum repens crispum, ramulis compressis, filicinorum more dispositis.* DILLEN. Giff. p. 217. Syn. 3. p. 89. HALL. Helv. p. 103. Tab. 3. fig. 5. multo deterior Dilleniana.

*Muscus terrestris, major, ramulis compressis, foliis superficie crispis.* MORISON. Hist. 3. p. 625. Tab. 5. fig. 10. quo nomine SEGUIERIUS denotat Muscum quartum Tabulæ 27. VAILLAN-TII, quod verissimum Sphagnum est.

Carniol. Mah, & Meh, quæ denominatio omnem muscum significat.

Habitat in sylvis *Idriensibus* ad arbores & majora saxa, abunde.

Surculi longi, luteo-virescentes, ramosi. Rami subpinnati, inæquales, patuli. Folia splendens, oblonga, obtusiuscula, undulatim crispa. Pedunculi laterales, uncia breviores, e furculo supra medium & ramis orti. Capsula erecta, ovata, ruffa folio brevior. Oſculum exiguum, glabrum.

Capsulas bifidas aut unguiculatas, quas pinxit Cl. HALLERUS, non vidi, nec esse puto in hoc Orbe terrarum.

Musci hujus ingentes sarcinas ex vicinis sylvis, in hanc Urbem Mineralem deferunt Russici, quo obturandis aqueductibus imprimis utuntur.

6. HYPNUM fronde subpinnata, foliis undatis crispis, pedunculis subradicalibus longissimis, capsulis oblongis.

*Hypnum furculis ramosis, frondibus subpinnatis, foliolis undulatis complicatis.* LINN. Spec. plant. p. 1124.

*Hypnum pennatum undulatum, Lycopodii instar sparsum.* DILLEN. Musc. p. 271. Tab. 36. fig. 11.

Non est Hiberniæ & Angliæ proprium, ut ait Cl. DILLENIVS, crescit enim abunde in frigidis vallibus Alpium circa *Kranburgum*, septemtrionem versus.

Surculi repentes, plani, ramosi, digito breviores. Rami steriles, indivisi, inordinati, acuti. Folia imbricata, lanceolata, undata, læte virescentia, ramos ubique squamatim ita obtegentia, ut supernam eorum faciem leniter convexam, inferiorem vero, quam foliorum apices respiciunt, concavam faciant. Pedunculus unicus e basi furculi nascitur, biuncialis & longior; bulbo laterali. Capsula folio nihilo brevior, deflexa, virens. Operculum crassum, viride, pellucidum, acutum. Calyptra subulata, luteo-virescens; apice acuto & fusco. Osculum ciliatum.

Figura DILLENII bona est, sed nascendi modus in Musco nostro talis est, ut furculi non radiatim ex eadem basi plures regulariter prodeant, sed vago errore & sine lege repant.

LINNÆUM arbitror non vidisse hunc Muscum, cum folia vocet complicata, nec diversum ponat ab Halleriano 33, in quo capsulæ ovatæ, setæ rameæ & breves, ramosa facies, & synonyma adducta, clare docent, ad priorem potius, quam hanc speciem pertinere.

7. **HYPNUM** fronde compressa ramosa: ramis vagis obtusis, foliis ovatis imbricatis reticulatis planis.

*Hypnum pennatum, aquaticum, lucens, longis latisque foliis.* DILLEN. Musc. p. 270. Tab. 34. fig. 10.

Habitat

Habitat circa fontes & rivulos, apud nos frequens.

Surculi compressi, ancipites, humifusi, ramosi. Folia aquose virentia, squamatim incumbentia, ovalia, plana, reticulata venarum serie, ut in quibusdam Jungermannii, distincta, & rore lucido veluti madida. Setæ laterales, plures, rubræ. Capsula ovata, fusca, denticulata, folii diametro nihilo longior.

(\*) *Pinnato.*

8. HYPNUM furculis & ramis pinnatis: ramulis approximatis, apicibus foliisque recurvis.

*Hypnum furculis pinnatis: ramulis approximatis: apicibus recurvis.* LINN. Fl. Svec. 871. Spec. plant. p. 1125.

*Hypnum filicinum, crislam castrensem representans.* DILLEN. Musc. p. 284. Tab. 36. fig. 20. SEGUIER. Veron. supplem. p. 5.

*Hypnum repens, filicinum, pennatum, minus ramosum.* HALL. Helv. p. 104.

*Muscus terrestris, repens, subflavus, foliis crispis, minoribus rumulisque confertis.* VAILLANT. Paris. p. 141. Tab. 27. fig. 14, quam ad Hypnum 19. DILLENI male retulit HALLER.

In sylvis ad terram saxa tegit.

Surculi repentes, pinnati. Rami ascendentes, luteo-virentes, pinnati; pinnis congestis, simplicibus: apice recurvis. Folia carinata, acuta, recurva, capsulis breviora. Pedunculi ex inferiore facie prodeunt purpurei, ramo breviores. Capsula setæ concolor, deflexa, oblonga, ciliata.

9. HYPNUM furculis & ramis pinnatis seta brevioribus, ramulis remotis: apicibus foliisque recurvis.

*Hypnum furculis pinnatis: ramulis distantibus, foliolis imbricatis incurvis acutis secundis.* LINN. Fl. Svec. 875. Spec. plant. p. 1125.

*Hypnum repens filicinum crispum.* DILLEN.  
Syn. 3. p. 85. Musc. p. 282. Tab. 36. fig. 19.  
HALL. Helv. p. 104.

*Muscus filicifolius palustris.* VAILLANT. Pa-  
ris. p. 138. Tab. 29. fig. 9. melior Dilleniana.  
Habitat in fylvis, circa aquas & paludes.

Pedunculi aggregati, ramis longiores. Capsulæ  
operculum crassum, conicum. Color ad flavum ver-  
gens.

10. HYPNUM furculis & ramis pinnatis, foliis secun-  
dis: apicibus aduncis.

*Hypnum furcuiio subpinnato, foliis secundis re-  
curvis apice subulatis.* LINN. Fl. Svec. 880.  
Spec. plant. p. 1126. BOEHM. Lipf. 762.

*Hypnum repens crispum cupressiforme.* DILLEN.  
Syn. 3. p. 89. Giff. p. 217. HALL. Helv. p-  
104. foliis aduncis. DILLEN. Musc. p. 287.  
Tab. 37. fig. 23. SEGUIER. Veron. supplement.  
p. 6.

Muscus squamosus, ramosus, minor & cri-  
spus. VAILLANT. Paris. p. 139. Tab. 27.  
fig. 13.

Habitat in fylvis.

Rami radicales; ramuli recti, non raro divisi;  
folia ovata, secunda, in unicum reflexum piliferum  
desinentia; setæ plures: operculo breviter mucro-  
nato.

11. HYPNUM furculis & ramis pinnatis: ramulis di-  
stantibus subulatis rectis.

*Hypnum furculis pinnatis teretiusculis remotis  
inæqualibus* LINN. Fl. Lapp. 408. Fl. Svec. 874.  
Spec. plant. p. 1126.

*Hypnum lutescens, alis subulatis tenacibus.* DIL-  
LEN. Musc. p. 280. Tab. 35. fig. 17.

*Muscus pennatus, minor, cauliculis ramosis, in summitate veluti spicatus.* VAILLANT. Paris.

Tab. 29. fig. 12. extremitatibus male aduncis.

Habitat ad saxa rivulorum in sylvis.

HALLERVS a meo septimo haud diversum esse sentit, cum tamen differat ramulis haudquaquam recurvis, acutis, inæqualibus & remotis; foliis recto & brevi pilo terminatis; Capsulæ operculo plano, quasi piloso.

12. HYPNUM furculis pinnatis radicatis: pinnis confertis suberectis, foliis piliferis rectis.

*Hypnum repens filicinum plumosum.* DILLEN.

Syn. 3. p. 86. Musc. p. 280. Tab. 35. fig. 16.

HALL. Helv. p. 104.

Habitat ad arborum radices & saxa sylvarum.

Quare timidus proponit muscum Illustris Hallerus? evidenter utique a sociis discrepat, furculis repentibus & ope radicularum tenuium, quas uberrime proferunt, arctissime adhærentibus; ramulis suberectis, liberis, brevibus & approximatis; foliolis exiguis, non aduncis, pilo terminatis; setis brevibus; Capsulis ovato-oblongis, ciliatis.

13. HYPNUM furculis rugosis nudis, frondibus bipinnatis: ramulis decurrentibus.

*Hypnum furculis proliferis plano-pinnatis, pedunculis aggregatis.* LINN. Fl. Lapp. 405. Fl. Svec. 872. Spec. plant. p. 1125.

*Hypnum filicifolium, Tamarisci foliis minoribus non splendentibus.* DILLEN. Musc. p. 276. Tab. 35. fig. 14.

*Muscus filicinus major* BAUHIN. MORION. TOURNEF. VAILLANT. Paris. p. 140. Tab. 25. fig. 1.

Habitat in frigidioribus sylvis.

Surculi ascendentes, compressi, rubri, splendentes, nudi, tuberculoso-rugosi, basi ramosi. Frondes planæ,

planæ, pinnatæ, acutæ, reflexæ, secundæ; ramulis pinnatis, imis decurrentibus. Folia imbricata, erecta, pellucida, carinata, subovata, acuta. Pedunculi aggregati, purpurei, fronde longiores, superne geniti. Capsula subnutans, in senio cernua, obliqua, oblonga, ciliis incurvis coronata. Calyptra fimilis.

14. *HYPNUM* furculis plano-pinnatis continuatis, pedunculis aggregatis. LINN. *Spec. plant.* p. 1125.

*Hypnum filicinum, Tamarisci foliis majoribus splendentibus.* DILLEN. *Musc.* p. 274. Tab. 35. fig. 13.

Habitat in Fagetis, ad saxa.

Ramuli meæ plantæ regularius pinnati; cauliculis & nervis foliorum rubris. Setæ multæ; capsulis iisdem quas pinxit DILLENIVS.

15. *HYPNUM* furculis pinnato-sparis subulatis, foliis ovatis obtusis conniventibus. LINN. *Fl. Svec.* 876. *Spec. plant.* p. 1128.

*Hypnum cupressiforme vulgare, foliis obtusis.* DILLEN. *Musc.* p. 309. Tab. 40. fig. 45. SEGUIER. *Veron. supplement.* p. 8.

*Muscus squamosus, cupressiformis.* VAILLANT. Paris. p. 138. Tab. 28. fig. 3.

Habitat in sylvis circa *Idriam*, frequens.

Ambigit inter *Hypna* mea pinnata & teretia. Ramos enim pinnatos sed teretes & subulatos habet, tectos foliis obtusis conniventibus.

(\*\*\*) *Teretia.*

16. *HYPNUM* furculis repentibus, ramis filiformibus, foliis oblitteratis. LINN. *Spec. plant.* p. 1130.

*Hypnum trichodes serpens, setis & capsulis longis erectis.* DILLEN. *Musc.* p. 329. Tab. 42. fig. 64 A. bene.



*Hypnum repens trichodes, terrestre, minimum, capitulis majusculis oblongis erectis.* DILLEN. Giff. p. 216. HALL. Helv. p. 99.

*Muscus terrestris omnium minimus, capitulis majusculis oblongis erectis.* MORISON. Hist. 3. p. 625. S. 15. Tab. 5. fig. 14. 21. VAILLANT. Paris. p. 138. Tab. 25. fig. 2. 6 7. 8.

Habitat in putridis truncis, ad trabes aquæductuum, & circa humida loca.

Surculi repunt. Rami adscendunt, ramosi, acuti, patuli. Folia viridissima, oblonga, sparsa, mucronata, imberbia. Pedunculi longi ex antiquis furculis. Capsula oblonga, suberecta, virens, demum nutans; operculo pallido, hemisphærico, obtuso; calyptra albicante, fugaci, apice subrubente.

17. HYPNUM furculis reptantibus, ramis vagis erectis, foliis secundis, antheris subrotundis. LINN. Spec. plant. p. 1127.

*Hypnum loreum montanum, capsulis subrotundis.* DILLEN. p. 305. Tab. 39. fig. 40.

*Muscus squamosus major, foliis angustioribus acutissimis.* TOURNEF. VAILLANT. Paris. 25. fig. 2.

In montanis *Carniolæ*, non frequens.

Surculi repentes, subpinnati. Rami vagi, subulati, simplices. Folia amplexantia, reflexa, imberbia, acuta. Setas nondum vidi,

18 HYPNUM furculis repentibus, ramis vagis suberectis apice dilatatis, ramulis recurvis.

*Hypnum ramis vagis recurvis, foliis ovatis recurvis patulis.* LINN. Fl. Svec. 881. Spec. plant. p. 1124.

*Hypnum vulgare triangulum vulgatissimum, operculis obtusis.* DILLEN. Musc. p. 293, Tab. 38. fig. 28. bene.

*Hypnum repens*, triangularibus majoribus & pallidioribus foliis. DILLEN. Giff. p. 219. HALL. Helv. p. 98. SEGUIER. Veron. 1. p. 32.

*Muscus ramosus major*, sive vulgaris. TOURNEF. VAILLANT. Paris. Tab. 28. fig. 9. nimis erecta.

Habitat in pratis & sylvis abunde, raro fetifer.

Surculi sparsi, repentes, ramosi, longi. Ramis vagis, suberectis, inæqualibus, patentibus, curvis, apice perpetuo dilatatis & crassioribus; ex his alii ramuli prodeunt, acuti, reflexi. Folia laxè imbricata, subtriguetra, longa, luteo-virescentia, crispam faciem comæ conciliant. Ex initio viridi ramorum oritur seta una, aut binæ, gerentes capsulam deflexam, oblongam, denticulatam.

19. HYPNUM furculis repentibus, ramis suberectis vagis, foliis subulatis, reflexis, carinatis.

*Hypnum ramis vagis, foliis ovatis apice subulatis undique reflexis.* LINN. Fl. Svec. 878. Spec. plant. p. 1127.

*Hypnum repens, triangularibus reflexis foliis.*

DILLEN. Musc. p. 303. Tab. 39. fig. 38.

Habitat in humidis sylvestribus & montanis.

Caules fere semipedales, lutescentes, ramosi. Folia apicibus reflexis. Setæ longæ, rameæ, purpureæ. Capsula subovata, deflexa.

20. HYPNUM furculis repentibus filiformibus, ramis teretiusculis erectis, foliis obtusis.

*Hypnum flagellare saxatile, capsulis gracilibus.*

DILLEN. Musc. p. 306. Tab. 39. fig. 42. bona.

Habitat ad arborum radices, frequens.

Surculi filiformes, fusci, repentes, aphylli, quasi pilosi, supra medium ramosi. Rami erecti, simplices, unciales; tecti undique foliis imbricatis, basi latioribus & amplexantibus, supra medium virescentibus angustioribus & obtuse mucronatis. Setas nondum vidi.

21. HYPNUM furculis repentibus, ramis vagis sub-  
erectis, foliis acutis ovatis, capsulis obtusis.

*Hypnum ramis vagis subrepentibus, foliolis ova-  
tis mucronatis imbricatis.* LINN. Spec. plant. p.  
1124.

*Hypnum dentatum vulgatissimum, operculis ob-  
tusis.* DILLEN. Musc. p. 225. Tab. 38. fig. 29.

*Muscus myosuroides, ramuli fractu.* VAIL-  
LANT. Paris. Tab. 27. fig. 8. ramuli unici.

Habitat ad arborum truncos.

Rami breves, suberecti, inordinati, teretiusculi.  
Setæ multæ, vix unciales. Capsula deflexa, obtusa,  
obscure rubra.

22. HYPNUM furculis erectis ramosis; ramis subra-  
dicalibus, foliis subovatis, capsulis erectis.

*Hypnum furculis erectis ramosis incurvatis.*  
LINN. Spec. plant. p. 1130.

*Hypnum arboreum sciuroideis.* DILLEN. Musc.  
p. 319. Tab. 41. fig. 54.

*Hypnum trichoides erectum, ramulis recurvis  
obscuri coloris.* DILLEN. Syn. 3. p. 83. HALL.  
Helv. p. 101.

*Muscus arboreus splendens Myosuroides.* VAIL-  
LANT. Tab. 27. fig. 12.

Habitat in arboribus.

Rami inæquales, sparsi, teretes. Folia imbricato-  
patula, acuta, oblonga, obscure virentia. Seta vix  
uncialis, crocea, ex supremis axillis. Capsula ob-  
longa, erecta; ore arcto, dentato, albido.

23. HYPNUM furculis erectis, ramis terminalibus te-  
retibus imbricatis, radice repente.

*Hypnum furculo erecto, ramis fasciculatis ter-  
minalibus simpliciusculis, antheris erectis.* LINN.  
Spec. plant. p. 1118.

*Hypnum dendroides sericeum*, setis & capsulis longioribus erectis. DILLEN. Musc. p. 313. Tab. 40. fig. 48.

Habitat circa *Idriam* prope tuguria Fossorum.

Surculi erecti, arbusculæ simillimi, digiti minimi longitudine, plures ex una tenui & repente radice. Rami ex apice eriguntur plures, imbricati, teretes, inæquales, acuti. Folia, sericea, splendentia, erecta, imbricata, ovata, acuta. Setas nondum vidi.

24. *Hypnum furculis erectiusculis, foliis secundis linearibus recurvis.*

*Bryum antheris erectiusculis, pedunculis aggregatis, foliis secundis recurvatis, caule declinato.* LINN. Fl. Svec. 898. Spec. plant. p. 1117.

*Bryum reclinatum, foliis falcatis scoparum effigie.* DILLEN. Musc. p. 358. Tab. 46. fig. 16.

*Bryum caule inclinato, foliis arrectis subulatis, capitulis erectiusculis.* LINN. Fl. Lapp. 398.

*Hypnum erectum, luteo-viride, foliis uno versu dispositis.* HALL. Helv. p. 103.

*Muscus capillaceus, major, pediculo & capitulo tenuioribus.* VAILLANT. Paris. p. 132. Tab. 28. fig. 12. capsulis nimium erectis.

Habitat ad arborum radices, in fylvis nostris elatioribus, abunde.

Caules cespitosi, simplices & ramosi, declinati. Folia infra medium tabida, supra luteo-virescentia, splendentia, linearia, secunda. Pedunculi foliis oppositi, sæpius solitarii; Bulbis foliosis, evidentibus. Capsula suberecta. Calyptra longa, unguiculata.

HALLERVM sequor, qui Muscum hunc a Bryorum gente divisum, inter Hypna primus & sapienter collocavit.

## SPHAGNUM.

DILLEN. *Hist. Musc. Gen. VIII.*

Capſula nuda, ſeu calyptra deſtituta, Eſſentiam conſtituit.

1. SPHAGNUM ramis deflexis, pedunculis laterali-  
bus, capſulis campanulatis.

Habitat in Alpibus circa *Kranburgum*, retro *Sot-  
tel*, inter uda & muſcoſa ſaxa umbroſæ *Jefierskæ Val-  
lis*, cum *Hypno ſexto* abunde, Julio M. florifer.

Noviſſimæ plantæ furculi repunt ramiſi, aquoſe virescentes. Rami patuli ſunt, longi, denuo ramiſi; ramulis ſubulatis, teretibus, deflexis, & in ſummitati-  
bus ramorum ita congeſtis, ut in ſphagni ſpecie alte-  
ra, quæ ſequitur. Folia imbricata, ſubulata, glabra. Pedunculi infra apices ramorum, ſolitarii, aut duo ſimul ex eodem loco geniti; apice dilatati; baſi bul-  
boſi. Bulbum hunc faciunt folia duo, inæqualia, pel-  
lucida, dimidiam ſetæ longitudinem æquantia. Apex ſetæ inferit baſi latæ, umbilicata, & in formam cam-  
panulæ hemiſphæricæ dilatata, fuſcæ & glabræ. Oper-  
culum parvum, convexum, fuſcum; quo delapſo ap-  
paret oſculum capſulæ parvum, ſphæricum, minime denticulatum.

2. SPHAGNUM ramis deflexis, pedunculis terminali-  
bus, capſulis ſubrotundis.

*Sphagnum ramis deflexis.* LINN. Fl. Lapp. 415. Fl. Svec. 864. Spec. plant. p. 1106.

*Sphagnum paluſtre molle deflexum, ſquamis cym-  
biformibus.* DILLEN. Musc. p. 240. Tab. 32. fig. 1.

*Sphagnum cauliferum ramiſum paluſtre molle  
candicans, reflexis ramulis.* DILLEN. Giſſ. p. 229. HALL. Helv. p. 95.

*Muſcus paluſtris in ericetis naſcens.* VAIL-  
LANT. Paris. p. 139. Tab. 23. fig. 3.

Habitat in paludosis & sterilibus circa *Labacium* & alibi, frequens.

Omnia prioris, sed pedunculi ex apice caulis, & capsulæ subrotundæ; basi minime umbilicatæ.

## FONTINALIS.

DILLEN: *Hist. Musc. Gen.* IX.

Capsula sessilis aut breviter pedunculata, operculo & calyptra tecta, calyce seu folliculo squamoso membranaceo inclusa.

I. FONTINALIS capsulis lateralibus, foliis lanceolatis, trifariam versis.

*Fontinalis foliis complicato-carinatis trifariam auctis, antheris lateralibus.* LINN. Fl. Svec. 886. Spec. plant. p. 1107.

*Fontinalis triangularis major complicata, e foliorum alis capsulifera.* DILLEN. Musc. p. 254. Tab. 33. fig. 1.

*Muscus squamosus, foliis acutissimis, in aquis nascens.* VAILLANT. Paris p. 140. Tab. 33. fig. 5.

*Fontinalis major, foliis triangularibus complicatis, capitulis in foliorum alis sessilibus.* DILLEN. Syn. 3. p. 79. HALL. Helv. p. 95. SEGUIER. Veron. 1. p. 31.

Habitat circa *Plainam* in flumine ad saxa & salices abunde, nec non in rivulo, qui prope *Mashinam*, terram subit, & circa *Labacium superius*, denuo erumpit, quæ aquarum metamorphosis in *Carniola* frequens est.

Surculi fluitantes, ramosi. Folia imbricata, fusco-virescentia, erecta, plana, pellucida fere & lanceolata. Capsulæ laterales, brevissime pedunculatæ, oblongæ; operculo unguiculato, subrubro. Calyptra mucroni concolor; basi arbutata & lacera. Osculum

lum capsulæ minime denticulatum, rubellum; e cuspis centro cuspidis quædam erigitur, operculo concolor.

## LYCOPODIUM.

LINN. *Gen. plant.* 1049.

*Mnium* a *Bryis* separavi, *Selaginem* vero & *Lycopodioidem* a *Lycopodio* separare non potui, conveniunt enim capsulis in alis foliorum aut glumarum sessilibus, nudis & apice dehiscentibus.

1. **LYCOPODIUM** foliis sparsis filamentosis, spicis teretibus pedunculatis geminis. LINN. *Spec. plant.* p. 1101.

*Lycopodium vulgare pilosum anfrangosum & repens.* DILLEN. *Musc.* p. 441. Tab. 58. fig. 1.

*Lycopodium caule repente, foliis patulis, pedunculis spica gemina terminatis.* LINN. *Fl. Lapp.* 418. *Fl. Svec.* 859. *H. Cliff.* p. 476. *Mat. Med.* 488. ROYEN. *Lugdb.* p. 506. HALL. *Helv.* p. 92. BOEHM. *Lips.* 732.

Abolutam synonymiam vide apud DILLENIVM.

Carniol. *Lesiziz.*

Habitat in sylvestribus sterilibus & umbrosis.

Caulis repens. Rami patentes, remoti, dichotomi, repentes. Folia lanceolato-linearibus, secunda, pilifera, basi decurrentia; caulina subspinosa; ramea inermia. Pedunculus terminalis, erectus, nudus, sustinet spicas geminas, teretes; quarum gluma quælibet capsulam fovet cordatam. Muscus hic vino pendulo immixtus, illud intra paucos dies restituit, DILLEN. Pollen capsularum, calculosis & urinæ retentione laborantibus, non raro profuit, annotante CAMERARIO. Pulvere eodem pilulas adspargunt Pharmacopæi ad conciliandam illis lævitatem, cum gum-

mosus liquiritiæ pulvis hispidam eorum & veluti granulata superficiem reddat.

2. **LYCOPodium** foliis sparsis quinquefariis subserratis, furculis annotino-articulatis, spicis terminalibus glabris erectis. LINN. *Spec. plant.* p. 1103.

*Lycopodium caule erecto, spica glabra terminali.* LINN. *Fl. Lapp.* 419. *Fl. Svec.* 858. HALL. *Helv.* p. 93.

*Lycopodium elatius juniperinum, clavis singularibus sine pediculis.* DILLEN. *Musc.* p. 455. *Tab.* 63. fig. 9. bona.

Habitat in sylvis præcipue Faginis,

Caulis repens. Rami erecti. Folia glabra, acuta, plana, subovalia, reflexa. Spica terminalis, sessilis; squamis subtriquetris.

3. **LYCOPodium** foliis bifariis connatis; superficialibus solitariis, spicis geminis pedunculatis. LINN. *Spec. plant.* p. 1104.

*Lycopodium digitatum, foliis arboris vite, spicis bigemellis teretibus.* DILLEN. *Musc.* p. 448. *Tab.* 59. fig. 3.

*Lycopodium caule repente, ramis triquetropianis.* LINN. *Fl. Lapp.* 416, *Fl. Svec.* 860.

Habitat in sylvis circa S. Cantianum, & Idriam in Ishærni Pessènik, abunde.

Caulis repens, compressus, sensim adscendens. Rami erecti, dichotomi, compressi, hinc convexi, inde plani. Folia connata, imbricata. Pedunculi terminales, squamosi, simplices & ramosi. Spicæ ad 4.

4. **LYCOPodium** foliis bifariis patulis: superficialibus distichis, spicis geminis pedunculatis. LINN. *Spec. plant.* p. 1104.

*Lycopodioides denticulatum pulchrum repens, spicis pediculis insidentibus.* DILLEN. *Musc.* p. 465. *Tab.* 6. fig. 2. A. B. C. optime.



*Lycopodioides foliis ellipticis alterne majoribus.* HALL. Helv. p. 93.

Habitat circa *Idriam* ad rupes, in herbidis umbrosisque locis.

Caulis vix semipedem longus, repens, compressus, e qualibet dichotomia radiculam simplicem, teretem edens. Folia viridia, ovata, imberbia, alterna, duorum ordinum; alia enim majora, patula, ad angulum rectum cum caule posita; alia vero minora, caulium incumbentia & parallela ac imbricata. Rami quidam steriles, humifusi; alii vero erecti & fertiles, foliolis laxioribus, deorsum gibbis, erectis. Spicæ plerumque geminæ; squamis laxis. Capsulæ subtriquetrae.

5. **LYCOPodium** foliis sparsis octifariis, caule dichotomo erecto fastigiato, floribus sparsis. LINN. *Spec. plant.* p. 1102.

*Lycopodium caule erecto dichotomo.* LINN. *Fl. Lapp.* 420. *H. Cliff.* p. 476. *Fl. Svec.* 857. *Mat. Med.* 487. ROYEN. *Lugdb.* p. 506.

*Selago vulgaris, Abietis rubrae facie.* DILLEN. *Musc.* p. 435. *Tab.* 56. *fig.* 1.

*Muscus squamosus Abietiformis.* TOURNEF. *Inst.* p. 553.

Habitat in elatioribus fylvis, non rarum.

Caulis erectus, semipede brevior. Rami erecti, imbricati. Folia acuta, patentia, castilagineo ferrata, papillis sphaericis inæqualibus aspera: Capsulæ in alis foliorum, bivalves; valva inferiore longiore & plicata, superiore vero convexa.

Sapor & odor vix ullus. Hellebori tamen instar purgare ait SCHWENCKFELDIUS; fœtum expellere BREYNIUS; tineas vero necare, & vermibus adversam esse LOESELIVS.

# CLASSIS IV.

## FILICES.

**F**rondes ante explicationem deorsum spiraliter involutæ. Flores non manifesti, in dorso foliorum propriis in sulcis collocati. Capsula membranacea, annulo cincta, dehiscens, effundens semen unum aut plura.

### I. *Capsulis monospermis.*

## POLYPODIUM.

GLEDITSCH. apud. BOEHMER. *Lips.* p. 292.

Omnes partes fructificationis examinandæ, etiam quæ visum eludunt, quamvis Microscopium adhiberetur, quum ignota fructificatione nulla de genere certitudo. LINN. *Phil. Bot. ad num.* 192. Ergo Filices meas caracteribus generis ab ipsa fructificatione petitis insignivi, iis videlicet, quos a *Celeberr. GLEDITSCHIO* inventos *Rodolphus BOEHMERVS* in *Flora sua Lipsienf. Litterariæ Reipublicæ* communicavit.

Fructificationes invollucro communi destitutæ, pedunculo ramoso capillari impositæ. Capsula spherica pedunculo capilaceo prædita.

### I. POLYPODIUM. GLEDITSCH. l. c.

*Polypodium frondibus pinnatifidis: pinnis oblongis subserratis obtusis, radice squamata.* LINN. *Spec. plant.* p. 1085.

*Polypodium fronde pinnata: pinnis lanceolatis indivisis serrulatis alternis connato-sessilibus.* LINN. *H. Cliff.* p. 475. *Fl. Svec.* 845. *Mat. Med.* 485. *ROYEN. Lugdb.* p. 499. *DALIB. Paris.* p. 311.

*Polypodium pinnatum: pinnis lanceolatis integris.* LINN. *Fl. Lapp.* 380. *HALL. Helv.* p. 137. *BOEHM. Lips.* 717.

Carn. Prapart.

Polypodium Quercinum, ex MESUES authoritate reliquis prætulit PONTEDERA *compend.* p. 18. ego vero eandem resolventem & saponaceam vim reperi in omnibus, ubicumque demum orta fuerint. Inter purgantia utuntur Medici ignavam radicem, cujus infusum ne quidem ad uncias quatuor haustum, alvum homini melancholico movere potuit, recte itaque inter alterantia potius reponunt CHOMELIUS, GEOFROYUS, & alii.

## ASPLENIUM.

GLEDITSCH. *loc. cit.* p. 289.

Fructificationum involucrum commune nullum. Fructificatio singula pedunculo inflexo & subulato instructa. Capsula incurva, lucida, quasi rostrata.

I. ASPLENIUM. MATHIOL. 646. GLEDITSCH. *ibid.*

*Asplenium fronde pinnatifida: laciniis alternis adnatis.* LINN. H. Cliff. p. 474. Mat. Med. 482. Spec. plant. p. 1080. ROYEN. Lugdb. p. 498. HALL. Helv. p. 135. DALIB. Paris. p. 310. BOEHM. Lips. 714.

Habitat in muris circa *Heidenschaft*.

Valde laborant plurimi ut *Ceterach* in Officinis habeant; quare hoc? vulgatissima *Ruta muraria* eadem præstat. Sed nulla medella est præjudicatæ mentis.

## ACROSTICUM.

GLEDITSCH. *loc. cit.* p. 287.

Fructificationum involucrum vix ullum. Fructificatio singula pedunculo crasso & inflexo prædita. Capsula oblongo-incurva, inferius acuminata.

I. ACROSTICUM fronde ramose divisa, foliolis subrotundis ternato-connexis. GLEDITSCH. apud BOEHM. Lips. p. 288.

*Asplenium frondibus alternatim decompositis: foliis cuneiformibus crenulatis.* ROYEN. Lugdb. p. 498. LINN. Fl. Svec. 855. Mat. Med. 484. Spec. plant. p. 1081. DALIS. Paris. p. 311.

*Asplenium ramis duplicato-ramosis, pinnis serratis æqualibus & laxè dispositis.* HALL. Helv. p. 177. BOEHM. Lips. 712.

Carniol. *Ufidu Ruthiza.*

Habitat in muris.

Jusculi hisce foliis alterati diuturno usu contumacem hepatis obstructionem sanatam vidi.

## STRUTHIOPTERIS.

HALL. Helv. p. 132.

Fronde steriles a floriferis distincta in eadem planta. Fructificationes in punctis lineam efficientibus. Involucrum commune vix ullum, vel brevissimum. Fructificatio quælibet brevissime pedunculata. Capsula oblonga.

1. STRUTHIOPTERIS. HALL. l. c. BOEHM. Lips. 724.

*Pteris fronde pinnata, foliolis linearibus parallelis.* ROYEN. Lugdb. p. 497.

*Pteris fronde pinnata lanceolata: laciniis parallelis integerrimis.* LINN. Fl. Svec. 844. omissa in speciebus.

Habitat in sylvis Carniolæ frequens.

Fronde steriles exteriores, breviores, ad basim usque pinnatæ; pinnis lanceolatis, acuminatis; costa glabra, virens. Fronde floriferæ interiores, longiores; costa obscure rubra; pinnis laxioribus, longioribus, angustioribus, acutioribus, reflexis; margine membranaceo reflexo. Fructificationes in duas nervo parallelas & contiguas lineas ordinatæ, totam inferiorem frondis faciem occupant.

TRI-

## TRICHOMANES.

GLEDITSCHIVS *loc. cit.* p. 291.

Involucrum commune turgidum, ovatum, persistens, superne & lateraliter dehiscens. Fructificatio singula vix pedunculata. Capsula globosa, tenuissima.

1. TRICHOMANES fronde pinnata, foliolis subrotundis crenatis. GLEDITSCH. *ibid.*

*Asplenium frondibus pinnatis: pinnis subrotundis crenatis.* LINN. Fl. Lapp. 388. H. Cliff. p. 474. Fl. Svec. 854. Mat. Med. 483. Spec. plant. p. 1080. ROYEN. Lugdb. p. 498. HALL. Helv. p. 135. DALIB. Paris. p. 311. BOEHM. Lips. 716.

Habitat in rupibus & muris.

Inter quinque capillares, viribus Medicis resolventibus, nulli est inferior.

## PTERIDIUM.

GLEDITSCH. *loc. cit.* p. 295.

Involucrum commune brevissimum, univalve, lateraliter dehiscens. Fructificatio singula pedunculo brevi, inclinato, subulato instructa. Capsula sphaerica.

1. PTERIDIUM fronde decomposita, foliolis pinnatis, lanceolatis, imparibus, minoribus. GLEDITSCH. *ibid.*

*Pteris fronde supradecomposita: foliis pinnatis: pinnis lanceolatis: infimis pinnatifidis: superioribus minoribus.* LINN. H. Cliff. p. 473. Fl. Svec. 843. Spec. plant. p. 1075. BOEHM. Lips. 723.

*Filix pinnis ramorum pinnatis, pinnulis non dentatis.* HALL. Helv. p. 133.

Habitat in *Carniolæ* collibus abunde, Incolis *Velka praprat, parbret.*

Hanc metunt Rustici straminis inopes & stallas sternunt.

Lumbri intestinalis familiares sunt Hominibus in Mercurialibus Metallis Fodinis Hydriensibus Fosforum muneri addictis, dedi his sæpius & diu pulverem radicis hujus a TRAGO aliisque pro summo antihelminthico celebratæ, sed nullos vermes unquam inde ejectos observavi.

## PTERIS.

GLEDITSCH. *loc. cit.* p. 294.

Involucrum commune pedunculatum, fructificationum pedunculos sustinens. Capsula horizontaliter dehiscens, semine globofo-lunulato fœta.

1. PTERIS fronde duplicato-pinnata, foliolis obtusis crenulatis, petiolo strigoso, GLEDITSCH. *ibid.*

*Polypodium fronde bipinnata: pinnis obtusis crenulatis, stipite paleaceo* LINN. H. Cliff. p. 475. Fl. Svec. 846. Mat. Med. 486. Spec. plant. p. 1090. ROYEN. Lugdb. p. 499. HALL. Helv. p. 139. DALIB. Paris. p. 313. BOEHM. Lips. 718.

Habitat in fylvis, passim.

Pueris Rachitide laborantibus, loco straminis substernunt Batavi BOERHAVE. HALL. l. c.

2. PTERIS fronde pinnata lanceolata, foliolis lunulatis ciliato-ferratis, petiolo strigoso. GLEDITSCH. *ibid.*

*Polypodium fronde pinnata lanceolata, foliis lunulatis ciliato-ferratis declinatis, pedunculis strigosis.* LINN. H. Cliff. p. 475. Spec. plant. p. 1088.

*Polypodium pinnis ad basim appendiculatis, oris ciliaribus.* HALL. Helv. p. 141.

Habitat ibidem.

Vidi in hac planta involucrium commune horizontaliter dehiscens.

## PHYLLITIS.

GLEDITSCH. *loc. cit.* p. 290.

Involucrium commune bivalve. Fructificatio singula pedunculo tenuissimo arcuato prædita. Capsula globofo-acuminata. Semen sphericum.

I. PHYLLITIS. MATH. p. 606. DODON. p. 464.

GLEDITSCH. *ibid.*

*Asplenium frondibus simplicibus cordato-lingulatis integerrimis, stipitibus hirsutis.* LINN. Spec. plant. p. 1079.

*Asplenium frondibus ensiformibus integris: basi cordatis inflexis, petiolis hirsutis.* LINN. H. Cliff. p. 474. Fl. Svec. 843. Mat. Med. 480. ROYEN Lugdb. p. 498. HALL. Helv. p. 134. DALIBARD. Paris. p. 310. BOEHM. Lips. 715.

Carniol. *Jeleno Jesegk.*

Habitat in sylvis asperioribus frequens.

In morbis chronicis & affectibus hypochondriacis utilis est. GEOFFROY. *Mat. Med.* p. 388. obstructions resolvit & coagulat. HALL. l. c. quod ego etiam expertus sum.

## II. *Capsulis polyspermis.*

### OSMUNDA.

GLEDITSCH. l. c. p. 297.

Racemus floralis a foliis distinctus. Capsula oblonga, bivalvis, longitudinaliter dehiscens, polysperma.

1. OSMUNDA scapo caulino solitario, fronde pinnata solitaria. LINN. *Fl. Svec.* 842. *Spec. plant.* p. 1064.

DALIB. *Paris.* p. 309. BOEHM. *Lips.* 725.

*Osmunda fronde pinnata caulina: pinnis lunulatis.* LINN. H. Cliff. p. 472.

*Osmunda foliis lunatis.* TOURNEF. *Inst.* p. 547.

HALL. *Helv.* p. 130.

Habitat in Alpibus Carniolæ superioris.

Hæc unica planta, dum olim A. 1742. circa Oenipontum per Clommiæ Vallis horrida loca & circumpendentia saxa, non sine vitæ discrimine, plantarum gratia, devius errabam, & per invias serpendo rupes ad Zivlensia pascua pervenirem, dedit unicum summi laboris præmium.

## EQUISETUM.

TOURNEF. *Inst.* p. 532. Tab. 307.

Spicâ floralis a foliis distincta. Capsulæ cylindricæ, univalves, elasticæ & lateraliter dehiscentes, calyci peltato horizontali affixæ, & uno ictu explosivè semina plurima, ramosis villis connexa.

Qui Equifeta Recentiorum, eorumque varias ætates ac mutationes a diversa natalium locorum indole genitas, probe considerat, atque etiam observat, quam mirifice in ordinandis synonymis dissentiant scriptores; hic necum facile sentiet, Equisetorum species aut nondum rite definitas, aut non tot esse, quot hucusque constructæ sunt; Donec itaque certioribus experimentis hanc rem porro demonstravero, duas tantum species proponere visum est.

1. EQUISETUM caule lævi.

### Varietates.

(a) *Equisetum* caule lævi subnudo.

Habitat in lacu, prope furnum tegulinum, circa Hydriam.

Ex



Ex eadem radice prodeunt. 1. Caules nudi non floriferi. 2. Caules supra medium frondosi, non floriferi. 3. Caules nudi floriferi. 4. Caules frondosi floriferi. Unicam tamen esse plantam docent scapi teretes, glabri, fistulosi simplices; denticuli vaginarum scapo adpressi, fasci, multi; frondes simplices, in uno verticillo usque sexdecim, suberectæ, fistulosæ, angulis usque septem, totidemque denticulis vaginarum.

(b) *Equisetum* caule lævi frondoso.

*Equisetum caule non sulcato, latissimo, verticillis densissimis.* HALL. Helv. p. 144.

Carniol. *Shabia breselza*.

Habitat in cutis, udisque locis.

Denticuli vaginarum a caule recedentes. Verticilla densa. Hoc verno tempore profert scapum brevem, nudum, florali ipica terminatum, quod est *Equisetum scapo fructificante nudo, sterili frondes.* LINN. *Spec. plant.* p. 1061, seu *Equisetum caulibus floriferis a foliosis diversis.* HALL. Helv. p. 144. Ita ego observavi, & cuperem ut Botanici repetant experimentum.

2. *EQUISETUM* caule sulcato.

### Varietates.

(a) *Equisetum* caule sulcato, frondibus simplicibus.

*Equisetum caule angulato, frondibus simplicibus.* LINN. *Spec. plant.* p. 1061.

*Equisetum multiflorum, caule tetragono, verticillis rarioribus.* HALL. Helv. p. 143.

Habitat prope fluvios & stagna.

Sulci profundi ad quinque.

(b) *Equisetum* caule sulcato, frondibus ramosis.

*Equisetum caule spicato, frondibus compositis.* Fl. Svec. 834. *Spec. plant.* p. 1061.

*Equisetum verticillis ad folia numerosis.* HALL.

Helv. p. 144.

Habitat in fylvis.

Sulci plures, exigui; frondes longiores, sæpius compositæ.

Imitandi non sunt illi, qui in Mictu cruento *Equisetis* statim utuntur, quæ aliquando profuerunt si laxata vasâ renalia rubram sanguinis partem in pelvim transmiserint, nocebunt enim, aut nil proderunt si cruentum lotium fluxerit ex suppressis hæmorrhoidibus. HOECHSTÆTETERUS *Obs. Dec. 1. caj. 2.* Mensibus BALLON. *Paradigm. 73.* repulsa scabie. HOFFMAN. *Med. Rat. Syst. Tom. 2. S. 1. Cap. 6. Obs. 2.* tumore pedum male tractato. IDEM. *Consult. Torr. 2. caj. 80.* Plethora. RIVER. *Obs. 1.* HOFFMAN. *M. R. Syst. 1. c. Obs. 1.* impetu humorum in variolis. SYDENHAM. *sect. 3. Cap. 2. p. 157.* metastasi a cæteris partibus ad renes facta. BONET. *Sepulcret. anat. Lib. 3. Sect. 27. Obs. 12.* vasorum erosione a calculo. SYDENHAM. *Shed. monit.* BONET. *l. c. Obs. 9. §. 5.* arenulis. IDEM. *l. c. §. 1.* humorum acrimonia in acutis. BOERRHAV. *Aph. 741.* VAN-SWIETEN. *in comment. ibid.* ulcere vulnere, contusione. Medicina ergo Rationalis esto, non Empirica.

## CLASSIS V.

### I N U N D A T Æ.

LINN. *Class. plant.*

**F**lores imperfecti, conspicuis staminibus instructi, congesti, minime speciosi. Fructus manifestus siccus. Habitatio in aquis, aut circa.

## HIPPURIS.

LINN. *Gen. plant.* 11.

Corolla nulla. Stamen unicum. Stylus unicus. Germen infra receptaculum. Semen unicum, subrotundum, nudum.

1. HIPPURIS. LINN. *Fl. Lapp.* 1. *H. Cliff.* p. 3. *Fl. Svec.* 2. *Spec. plant.* p. 4. ROYEN. *Lugdb.* p. 205. DALIB. *Paris.* p. 1.

*Equiseti facie planta.* SEGUIER. *Veron.* 1. p. 102. *Tab.* 2.

*Limnopeucc.* HALL. *Helv.* p. 197. SEGUIER. *Supplem.* p. 64.

Habitat circa fluvium *Laboch.*

Characterem nondum examinavi.

## CHARA.

VAILLANT. *Act. Gall.* 1719.

Calyx diphyllus PONTEDER. Corolla monopetalata VAILLANT. Anthera unica globosa sessilis PONTEDER. Stylus nullus. Stigmata tria. Semen unicum ovato-oblongum. LINN.

1. CHARA caulibus lævibus, frondibus interne dentatis. LINN. *Spec. plant.* p. 1156.

*Chara caulibus levibus.* ROYEN. *Lugdb.* p. 533.

*Hippuris aquatica, fetida, polypsperma.* PONTEDER. *antholog.* p. 116. SEGUIER. *Veron.* 1. p. 101.

*Chara vulgaris fetida.* VAILLANT. *ibid.* HALL. *Helv.* p. 196.

Habitat in aquæductibus circa *Idriam.*

Cauliculi cespitosi, aquæ cursui oppositi, cavi, tuberculosi. Globuli floriferi crocei, axillares.

2. CHARA aculeis caulinis capillaribus confertis.

LINN. *Fl. Svec.* 994. *Spec. plant.* p. 1156.

*Chara major, cauliculis spinosis.* VAILLANT.

ibid. HALL. *Helv.* p. 197.

Fundum tegit totius fere lacus *Zirchicensis*, quo exsicato metitur animalium pabula præstitura.

Caules luteo-virentes, aculeis capillaribus plurimis hirti. Globuli fulvi in alis foliorum secundorum.

## SPARGANIUM.

TOURNEF. *Inst.* p. 530. 531. *Tab.* 302.

In eadem planta flores *masculi* capitati, superiores; calyce triphyllo deciduo; staminibus tribus; & *feminei* stylo unico; nucibus binis, osseis, nucleo farinaceo foetis, instructi.

1. SPARGANIUM foliis erectis triquetris. LINN. *Fl. Lapp.* p. 345. *H. Cliff.* p. 439. *Fl. Svec.* 770. *Spec. plant.* p. 971. ROYEN. *Lugdb.* p. 73.

*Sparganium caule erecto, foliis triquetris.* HALL.

*Helv.* p. 259. BOEHM. *Lips.* 677.

Habitat in aquosis.

## CALLITRICHE.

LINN. *Syst. Nat.* p. 82. *Gen. plant.* 1074.

Flores dipetali, calyce destituti, in una planta *Masculi* superiores, monandri, anthera biloculari; nec non *feminei* distyli, capsula emarginata, biloculari, tetrasperma, divaricatis stylis coronata.

1. CALLITRICHE. LINN. *Spec. plant.* p. 969.

*Stellarix species omnes.* HALL. *Helv.* p. 198.

199. BOEHM. *Lips.* 247. ad 249.

*Corrispermum foliis oppositis.* LINN. *Fl. Lapp.*

2. *Fl. Svec.* 3. *H. Cliff.* p. 3. ROYEN. *Lugdb.* p. 205.

*Stellaria, quæ Alfinis aquis innatans, foliis longiusculis.* VAILLANT. Paris. Tab. 32. fig. 10.

Habitat circa Lok prope molendinum papyri, in scaturigine fontis frigidi.

Folia opposita, lineari-lanceolata, in summis ramis congesta. Flores laterales, solitarii.

## POTAMOGETON.

TOURNEF. *Inst.* p. 232. 233. Tab. 103.

Calyx nullus. Petala quatuor, decidua. A. B. Stamina quatuor, filamentis brevissimis. LINN. *Gen. plant.* 128. octo, sessilia. HALL. *Helv.* p. 199. Stylus nullus. Semina quatuor, nuda D. E.

1. POTAMOGETON foliis oppositis lanceolatis subundulatis. LINN. *Spec. plant.* p. 126.

*Potamogeton foliis lanceolatis, obscure undulatis, caulibus longe ramosis.* GUETTARD. Stamp. 1.

p. 102. DALIB. Paris. p. 55.

Habitat circa Labacium in fluentibus aquis.

Folia sessilia. Vaginæ ciliatæ. Stamina non raro tria.

2. POTAMOGETON foliis oppositis lanceolatis planis.

*Potamogeton foliis lanceolatis oppositis acuminatis.* ROYEN. Lugdb. p. 213. DALIB. Paris.

p. 55. LINN. *Spec. plant.* p. 127.

Habitat in fossis & tardifluis aquis agri Lokensis.

Folia sessilia, plana, patentia, viridissima.

3. POTAMOGETON foliis alternis petiolatis ovato-lanceolatis.

*Potamogeton foliis oblongo-ovatis petiolatis natantibus.* LINN. H. Cliff. p. 40. Fl. Svec. 139,

*Spec. plant.* p. 126. ROYEN, Lugdb. p. 212.

HALL. *Helv.* p. 199.

Habitat in Lacu Zirchnicensi.

Folia petiolata. Vaginæ digiti longitudine. Spica biuncialis. Flores congesti pedunculati, plerumque abortientes.

4. POTAMOGETON foliis alternis lanceolatis undulatis ferratis. ROYEN. *Lugdb.* p. 212. LINN. *Fl. Svec.* 114. *Spec. plant.* p. 126. DALIB. Paris. p. 55.

Habitat in *Lacu eodem*, & *Reifnitzii* in rivo prope Domum Archidiaconalem abunde.

Caulis angulatus, compressus, subruber. Folia sessilia, undulata, rigida, nervo rubro, in apice caulis congesta, ferrata. Vaginæ nullæ. Flores remoti, sessiles.

## TYPHA.

TOURNEF. *Inst.* p. 530. *Tab.* 301.

Summum culmum cylindrica clava terminat, cujus superior pars mascula est, staminibus ternis, calyce trifolio; inferior vero femina habet pedicellata, pedunculo pappum radiatum emittente, tuba simplici. HALL. *Helv.* p. 260.

1. TYPHA foliis subensiformibus, spica mascula femineaque approximatis. LINN. *Spec. plant.* p. 97.  
*Typha clava crassissima.* HALL. *Helv.* p. 260.

Habitat prope fluvios, & in lacubus.

Bractea decidua distinguens utramque spicam; bractæe similes in clava mascula distinguentes, quæ desunt in feminea. Filamentum unicum, semitrifidum, tribus antheris instructum.

## CLASSIS VI.

### PIPERATÆ.

LINN. *Class. Plant.*

**F**lores imperfecti, staminibus conspicuis instructi.  
Radicis aut Fructus sapor acris, urens.

ARUM.

## A R U M.

LINN. *Gen. plant.* 915.

*Spaltha monophylla.* Flores in eadem planta Masculi, spadiceis clavati superiorem partem occupantes, antheris sessilibus, receptaculo adnatis, & cyrhis filiformis e medio spadice genitis, interpositis; nec non Feminei inferiores, germine subovato, stylo nullo, stigmate villosa, bacca globosa uniloculari polysperma.

1. **ARUM** acaule, foliis hastatis integerrimis, spadiceæ clavato. LINN. *H. Cliff.* p. 434. *H. Upsal.* p. 279. *Mat. Med.* 417. *Spec. plant.* p. 966. ROYEN. *Lugdb.* p. 8. DALIB. *Paris.* p. 279.

*Arum foliis sagittatis, cucullo recto.* HALL. *Helv.*

p. 261. BOEHM. *Lips.* 596.

Habitat in sylvis circa *Idriam.*

Baccæ virides, dein flavescences, postea miniatæ, denique coccinæ, sessiles, ovatæ, dispermæ. Semina hæmisphærica.

Fæcula radicis hujus & antimonium diaphoreticum ablutum, virtute conveniunt. Pura vero, efficcata, & pulverisata radix solida stimulat mucum, attenuat, lentisque humoribus obstructa vasa potenter expedit.

## A C O R U S.

LINN. *Gen. plant.* 392.

Clava solitaria, florifera, ex sinu folii. HALL. *Helv.* p. 259. Calyx nullus.

Corolla hexapetala, persistens. Stamina sex. Stylus nullus. Capsula trigona, trilocularis, trisperma.

LINN. *l. c.*

1. **ACORUS.** ROYEN. *Lugdb.* p. 6. LINN. *Fl. Svec.* 277. *Mat. Med.* 16. *Spec. plant.* p. 324. HALL. *Helv.* p. 259.

Audio nasci in *Lacu Zirchnicensi*, nam ego in hujus, quæ visitavi, locis, non inveni.

Ad ventriculi debilitatem fidum medicamentum est, si ve acidis cruditatibus turgeat, si ve flatibus vexetur in hysteriis corporibus, si ve nauseabundus ad vomitum nimis facilis sit. Dosis crudi, qualem existimo efficacissime sumi, ad duas drachmas, neque male puto in vino Burgundico infundi, quod consilium est CHOMELII. HALL. *ibid.* sed cavendum ne ignari Pharmacopœ Iridem luteam, Acori loco, præbeant, ventriculo infensam, & longe alia vi donatam.

## CLASSIS VII. GRAMINA.

**U**nica cotyledon. Culmus ex foliorum convolutione compositus. Folia longa, acuminata lineata; lineis ad nervum parallelis. Flores conspiciui hermaphroditi, Monoici, Polygami. Corolla herbacea, dipetala, calyce biglumi sæpius excepta. Stamina tria. Styli duo. Semen unicum, calyce aut corolla tectum, farinaceum, avibus aut hominibus eiculentum.

### I. *Calyce nullo.* NARDUS.

LINN. *Gen. plant.* 65.

Calyx nullus. Spicula uniflora. Corolla dipetala; petalis aristatis.

1. NARDUS spica fetacea recta. LINN. *Fl. Spec.* 47. *Spec. plant.* p. 53. DALIB. *Paris.* p. 18. BOEHM. *Lips.* 598.

*Nardus foliis capillaceis, spica angustissima recta, locustis aristatis, uno versu dispositis.* GLBDITSCH. apud BOEHMER. l. 6.

*Nardus*



*Nardus spica lineari.* LINN. Fl. Lapp. 40. H. Cliff. p. 42.

*Gramen spicatum juncifolium.* BAUHIN. pin. p. 5. SCHEUCHZ. hist. p. 90. Tab. 2. fig. 10. HALL. Helv. p. 203.

*Gramen loliaceum, minimum, foliis junceis, panicula unam partem spectante,* TOURNEF. Inst. p. 517. VAILLANT. Paris. p. 82.

Habitat in Monte Storshitsh, & prope Planinam in pratis circa templum S. Geltrudis.

Culmus supra medium deorsum strictu asper. Folia capillacea. Spiculæ erectæ, heteromallæ, graciles, acutæ, subrubræ aut lividæ. Petala sese amplexantia, aristata; arista in Alpibus brevior & molli, in pratis vero humilioribus longior & rigidior.

## II. *Calyce uniglumi.*

### LOLIUM.

LINN. Gen. plant.. 90.

Calyx uniglumis. Spicula multiflora, sessilis. Corolla dipetala. Semen oblongum, quod unicum inter cerealia Humano generi noxium est.

1. **LOLIUM** spica aristata. LINN. Spec. plant. p. 83.

*Lolium culmo crassioribus geniculis nodoso, foliis inflexis pendulis, spica interrupta compressa, spiculis aristatis alternis.* GLEDITSCH. apud BOEHM. Lips. 646.

*Lolium spicis aristatis, radice annua.* LINN. H. Cliff. p. 23. Flor. Svec. 103. ROYEN. Lugdb. p. 69. BOEHM. l. c.

*Gramen loliaceum, spica longior, sive Lolium Dioscoritis.* BAUHIN. Theat. p. 121. pin. p. 9. SCHEUCHZ. Hist. p. 31. Tab. 1. fig. 7. E. F. HALL. Helv. p. 205.

Carniol. *Lulika*.

Spicula sessilis, compressa, 6-9 flora. Calycina gluma lanceolata, striata, spicula paulo brevior. Petali arista flore longior, recta, paulo infra bifidum apicem orta, gluma brevior. Semen narcoticum.

2. **LOLIUM** spica mutica. LINN. *Spec. plant.* p. 83.

*Lolium spicis suberectis rigidis, spica interrupta compressa, spiculis in summo scapo alternis muticis.* GLEDITSCH. apud BOEHM. Lips. 645.

*Lolium spicis muticis, radice perenni.* LINN. H. Cliff. p. 24. Fl. Svec. 104. ROYEN. Lugdb. p. 69. BOEHM. l. c.

*Gramen loliaceum, angustiore folio & spica.* BAUHIN. Pin. p. 9. SCHEUCHZ. Hist. p. 25. HALL. Helv. p. 206. SEGUIER. Veron. 1. p. 341. & alii.

Habitat ad vias, & margines agrorum.

Spicula tri-vel quadriflora, dimidiam glumæ prioris speciei longitudinem vix attingens. Gluma glabra, spicula brevior. Petalum majus bifidum, molli & brevi aristula non raro instructum.

### III. *Calyce biglumi.*

A. *Staminibus binis.*

## ANTHOXANTHUM.

LINN. *Gen. plant.* 40.

Calyx biglumis. Spicula uniflora. Corolla dipetala, aristata. Stamina duo.

1. **ANTHOXANTHUM** spica ovato-oblonga, flosculis subpedunculatis arista longioribus. LINN. *Spec. plant.* p. 28.

*Anthoxanthum foliis brevibus acuminatis, spica longa fastigiata & angusta.* GLEDITSCH. apud BOEHM. Lips. 597.

*Antho-*

*Anthoxanthum flosculis diandris.* LINN. H. Cliff. p. 25. ROYEN. Lugdb. p. 88.

*Gramen avenaceum odoratum, spica flavescente.* MONT. Prodr. p. 57. ICON. 84. SEGUIER. Veron. I. p. 355.

*Gramen pratense spica flavescente.* BAUHIN. Pih. 3. SCHEUCHZ. Hist. p. 88. HALL. Helv. p. 230.

Habitat ubique in pratis.

Pedunculi imi ramosi. Calyx muticus, involvens. Petala æqualia, obtusa, calyce breviora, basi & dorso villosa; aristis inæqualibus, una dorsali, alia e basi genita & calyce longiore. Filamenta alba; antheris rubris.

B. *Staminibus tribus.*

(\*) *Monopetala.*

## ALOPECURUS.

LINN. *Gen. plant.* 72.

Calix biglumis. Spicula uniflora. Petalum unicum. Germen nudum.

i. ALOPECURUS spica cylindracea, calycibus glabris, arista recurva.

*Alopecurus culmo spicato erecto.* ROYEN. Lugdb. p. 54. LINN. Fl. Svec. 52. Spec. plant. 60. DALIB. Paris. p. 21. BOEHM. Lips. 604.

*Alopecurus culmo erecto, spica tenuissima, e tereti sensim fastigiata & paucioribus aristis distincta.* GLEDITSCH. apud. BOEHM. ibid.

*Gramen spicatum, spica cylindracea, tenuissima longiore.* TOURNEF. Inst. p. 520. SCHEUCHZ. Hist. p. 69. HALL. Helv. p. 205.

Habitat in cultioribus locis.

Scheuzerianæ descriptioni nihil addere visum est.

2. *ALOPECURUS panicula cylindracea*, calycibus villosis, arista recta.

*Gramen myurum spica molli, candicante, villosa.* SCHEUCHZ. Hist. p. 70.

Habitat circa fossas prope. *Planinam*,

Culmus tripedalis, erectus. Folia spithamæa, culmo ad basim duplo latiora. Panicula in spicam cylindraceam, typhoidæam contracta. Spicula compressa, arista brevior. Glumæ acuminatæ, muticæ, æquales, albidæ, dorso longis pilis pubescente. Petalum unicum, glabrum, acutum, calyce non longius; arista e basi recta.

Diversissimum gramen est ab aquatico geniculato & spicato SCHEUCHZER.

3. *ALOPECURUS panicula capillari patente*, spiculis coloratis muticis.

*Agrostis panicula capillari patente, calycibus subulatis, æqualibus hispidiusculis coloratis.* ROYEN.

Lugdb. p. 59. DALIB. Paris. p. 20. LINN. Spec. plant. p. 62.

Habitat in apricis herbidisque collibus.

Paniculæ racemi quinati, patuli, capillares, rubri. Spicula gracilis, subrubra, vix lineam longa. Glumæ æquales, ad lentem dorsis asperiusculis. Petalum unicum, membranaceum, acutum, calyce brevius, fovens antheras flavas.

(\*\*) *Dipetala.*

(†) *Semine nudo.*

## P H L E U M.

LINN. *Gen. plant.* 71.

Calyx biglumis, aristatus. Corolla dipetala, mutica, una cum calyce involvens. Semen subrotundum. Panicula typhoidea.

1. PHLEUM radice nodosa, spica cylindræa longissima. GLEDITSCH. apud. BOEHM. *Lips.* 601.

*Phleum spica longissima cylindræa.* LINN. *Fl. Lapp.* 26. H. Cliff. p. 22. *Fl. Svec.* 50. *Spec. plant.* p. 59. BOEHM. *ibid.*

*Gramen Typhoides maximum, spica longissima.* BAUHIN. *Theat.* p. 49. *Prodrom.* p. 14. VAILLANT. *Paris.* p. 83. SCHEUCHZ. *Hist.* p. 60. *Tab.* 2. *fig.* 5. A. B. ZANICHELL. *Ven.* p. 121. *Tab.* 144. HALL. *Helv.* p. 232. SEGUIER. *Veron.* 1. p. 349.

*Gramen spicatum, spica cylindræa longissima.* TOURNEF. *Inst.* p. 519.

Habitat in cultis.

Calyx corolla longior, dorsis glumarum & oris villosis, aristis corolla brevioribus. Petala glabra, æqualia, subtruncata.

## CYNOSURUS.

LINN. *Gen. plant.* 81.

Calyx biglumis. Spicula multiflora, excepta involucro proprio persistente triphylo. Corolla bipetala; uno petalo aristato.

1. CYNOSURUS bracteis pinnatifidis. LINN. *H. Cliff.* p. 493. *Fl. Svec.* 81. *Spec. plant.* p. 72. ROYEN. *Lugdb.* p. 64. BOEHM. *Lips.* 636.

*Gramen pratense cristatum, seu spica cristata levi.* BAUHIN. *Theat.* p. 42. SCHEUCHZ. *Hist.* p. 79. *Tab.* 2. *fig.* 8. A. B. HALL. *Helv.* p. 232. Habitat in pratis.

Spica typhoidea. Spiculæ trifloræ, imbricatæ. Glumæ muticæ, fere æquales. Petala inæqualia; majore aristato: arista brevi, terminali; minore mutico, acuminato. Bractææ laciniato-pinnatæ.

## AGROSTIS.

LINN. *Gen. plant.* 74.

Calyx biglumis. Spicula uniflora. Corolla dipetala, involvens. Semen subrotundum, utrinque acutum. Panicula miliacea.

1. AGROSTIS racemis solitariis suberectis, spiculis muticis pedicello brevioribus.

Habitat circa *Adriam* frequens, sub finem Augusti florens.

Culmus erectus, glaber, firmus, tripedalis & longior. Folia latiora quam in tritico vulgari, ulnam longa, oris asperis. Panicula erecta, pedalis. Racemi alterni, solitarii, contracti. Spicula acuta, subrubra, rachi adpressa, glabra, duas lineas longa, vix dimidiam lata, pedicello proprio brevior, erecta, mutica. Glumæ æquales, corolla duplo minores, rubræ. Petala inæqualia, acutissima, sese amplexantia. Antheræ violaceæ, filamentis albidis. Styli rubri.

2. AGROSTIS racemis quinatis suberectis, spiculis aristatis: arista e basi recta.

Habitat circa *Adriam*, in sterilibus.

Culmi basi infracti, repentes, cubitates, demum erecti vix lineam crassi. Folia lineam lata glabra, paniculæ longitudine. Panicula tres uncias longa, racemis verticillatis, in primo verticillo plerumque quinis, inæqualibus, de more gentis. Spicula ex viridi & rubro varia, splendens, lineam longa, quartam ejusdem partem crassa, glabra. Glumæ acutæ, muticæ, subinæquales. Corolla calyce brevior, inæqualis; petalo majore paulo supra basim edente aristam rectam, linearem; minore exiguo, mutico.

3. AGROSTIS racemis ternatis pendulis, spiculis aristatis: arista undulata longa.

Habitat in sylvis *Carniolæ* frequens.

Culmus erectus, teres, bipedalis; radice perenni. Folia lata. Panicula patentissima; racemis in primo verticillo plerumque tribus, flexuosis, tenuibus, pendulis. Pedicelli simplices & compositi, arista longiores. Spicula ovato-oblonga, glabra, arista triplo brevior. Glumæ subovatae, corolla longiores. Petala concava, inæqualia, fordide virentia, quorum majus aristam semiuncialem, undulatam, paulo infra apicem, profert, minus vero muticum est. Semen ovatum, nigrum, splendens, utrinque acutum, corolla tectum.

Synonyma aut descriptiones, quæ has Agrostides omnino referant, in meis libris non invenio.

## STIPA.

LINN. *Spec. plant.* p. 84.

Calyx biglumis, aristatus. Spicula uniflora. Corolla dipetala; petalo majore arista graminum omnium longissima terminato, minore mutico.

I. STIPA aristis lanatis. LINN. *loc. cit.*

*Festuca aristis paniculae circiter longitudine plumosis.* ROYEN. *Lugdb.* p. 68.

*Gramen venaceum speciosissimis pennatis aristis donatum.* MONT. *Prodr.* p. 57. SEQUIER. *Veron.* I. p. 355.

*Gramen spicatum, aristis pennatis.* TOURNEF. *Inst.* p. 518. SCHEUCHZ. *Hist.* p. 153. Tab. 3. fig. 13. B. ZANICHELL. *Ven.* Tab. 48. absque descriptione, non enim Venetum gramen esse cenfeo.

Habitat in *M. Anas*, & circa *Potuelo*.

Panicula subnutans, longa, laxa. Pedunculi simplices, inæquales, angulati. Calyx glaber, aristatus; aristas uncialibus, terminalibus. Corolla sinu glumæ superioris excepta, calyce brevior, inæqualis; petalo majore

majore infra medium & in margine, sericeo brevi villo pubescente, terminato arista semipedali primo glabra, dein pilos albos simplices proferente; minore mutico, basi villoso excepto sinu petali majoris. Stamina intra petalum minus abscondita, antheris flavis, filamento longioribus. Siccitas stipites aristarum ita complicat, ut funiculum faciat.

## PANICUM.

LINN. *Spec. plant.* p. 70.

Calyx biglumis in *Milio*, triglumis in *Panico*. Spicula uniflora. Stigmata plummas aut penicillos æmulantia.

1. PANICUM spicis aggregatis, basi interiore nodosis, flosculis geminatis muticis, vaginis foliorum punctatis. LINN. *Spec. plant.* p. 57.

*Panicum spicis alternis oppositisque linearibus patentissimis muticis, flosculis alternatim binis: altero pedunculato.* ROYEN. *Lugdb.* p. 55. DALIB. Paris. p. 22.

*Gramen daëtylon, folio latiore.* BAUHIN. *Pin.* p. 8. SCHEUCHZ. *Hist.* p. 101. MONT. *Prodrom.* p. 62. HALL. *Helv.* p. 220. SEGUIER. *Veron.* 1. p. 359.

Habitat in cultis.

Culmis basi repens, ramosus, apice villosus. Foliorum vaginæ pilosæ. Spicæ filiformes, sæpius oppositæ, patulæ, angulatæ, basi villosæ. Spiculæ rachi adpressæ, utrinque acutæ, pedicellis ramosis. Calyx biglumis, muticus, inæqualis. Petala æqualia, mutica, gluma minore duplo longiora. Antheræ violaceæ. Semen compressum, utrinque acutum, corolla tectum, quod inter proventus *Carniolæ* non bene numerarunt MATHIOLUS, GESNERUS. SCHEUCHZERUS.



2. **PANICUM** spica tereti, involucellis bifloris fasciculato-pilosis. LINN. *Spec. plant.* Varb.

*Panicum vulgare*, spica simplici & molliori.

TOURNEF. *Inst.* p. 515. MONT. *Prodrom.* p. 10.

SEGUIER. *Veron.* I. p. 333.

Habitat ad vias, & in agris, nimium frequens. ●

## SESLERIA.

Est Graminis Genus Airæ proximum spiculis difloris, sed ab ea diversum Calycis gluma utraque aristata. Petalo majore tribus inæqualibus aristis terminato, minore vero bicorni: cornibus aristatis.

### I. SESLERIA.

Habitat in saxosis, sterilibus, circa *Idriam* frequens.

Cespites lati plures culmos erigunt ex una perenni, fibrosa & repente radice. Culmus compressus, tenuis, spithamalis enodis, erectus, simplex, binis aut tribus, spica brevioribus, erectis foliis vestitus. Vaginæ aridæ, flavescens culmi basim & radicalia folia cingunt. Folia culmo breviora, linearia, plana, ex una vaginâ duo aut tria. Spicula erecta, plerumque sessilis, demum cærulea, inordinato situ. Staminum filamenta calyce longiora; antheris luteo-virescentibus. Germen subrotundum. Semen ovatum, corolla tectum.

Memoria nostra nunquam excidet pulcherrimus rarisque plantis ditissimus hortus, quem A. 1745. in *Urbe Veneta* ad Insulam *S. Elenæ* sæpius adivimus extractum ad D. LEONARDO SESLERO Med. Doct. & Naturæ curiosissimo Viro, cujus in observandis colendisque plantis summa diligentia omnino meretur, ut novum hoc Graminis genus, ejusdem nomine decoremus.

AIRA.

## AIRA.

LINN. Gen. plant. 75.

Calyx biglumis. Spicula biflora. Petala duo integerrima mutica, aut unico arista unica prædita.

1. AIRA spiculis polygamis: masculo aristato: arista recurva.

*Holcus glumis bifloris villosis: hermaphrodito mutico, masculo arista recurva.* LINN. Spec. plant. p. 1048.

*Aira foliis pubescentibus, panicula contracta, flosculo hermaphrodito mutico, masculo arista uncinata calyce brevior.* LINN. Fl. Svec. 67.

*Aira flosculo masculo aristato, femineo mutico.* LINN. H. Cliff. p. 27. ROYEN. Lugdb. p. 66.

*Gramen pratense paniculatum molle.* BAUHIN. Pin. p. 2. Prodrum. p. 5. SCHEUCHZ. Hist. p. 234. Tab. 4. fig. 24. A. B. HALL. Helv. p. 225.

Habitat in udis locis.

Culmus villosus. Folia lata, villosa. Panicula erecta; racemis contractis, binnatis. Pedicelli villosi, rubri. Spicula ex albo & rubro varia. Calyx villosus; gluma minore mutica, majore infra apicem aristata: arista recta flosculis brevior. Flos inferior sessilis, hermaphroditus, muticus; superior pedicellatus masculus aristatus: arista dorsali, reflexa. Flos uterque in sinu glumæ calycinæ latet.

Ex sexu genera constituere, & naturalia dilacerare, idem est.

2. AIRA spicis digitatis villosis: flosculo superiore sterili pedunculato mutico.

*Andropogon spicis digitatis plurimis, flosculis sessilibus: aristato muticoque, pedicellis lanatis.* LINN. Spec. plant. p. 1047.

*Gramen dasilyon, spicis villosis.* BAUHIN. Pin.

p. 8. SCHEUCHZ. Hist. p. 94.

Habitat circa *Arcem Auersperg*, & *S. Cantianum* in aridis & sterilibus.

Culmus teres, simplex & ramosus. Foliorum vaginæ pilosæ. Spicæ filiformes, erectæ. Spiculæ basi villosa. Flos inferior fertilis, calyce mutico, subrubro, sessili, acuto, regulari, glabro, corolla longiore, quam faciunt petala, apicibus hirsutis, non adnata semini, quorum superius ex interiore sinu aristam profert spicula longiorem, reflexam; superior vero sterilis, muticus, minor, glaber, & pedicellatus est. Uterque axi piloso angulato affixus est.

3. *AIRA* foliis planis, panicula patenté, petalis basi villosis aristatisque. LINN. *Fl. Svec.* 63. *Spec. plant.* p. 64.

*Varietates.*

(a) *Aira* foliis planis, panicula patente, petalis basi villosis aristatisque: apice denticulatis, foliis glabris.

*Gramen segetum panicula arundinacea.* BAUHIN. Pin. p. 3. SCHEUCHZ. Hist. p. 244. Tab. 5. fig. 2. 3. petalis integris.

Habitat circa *Planinam*, *Labacium*, *Lok.* &c.

Panicula laxa. Spiculæ lucidæ, teretiusculæ, acuminatæ, in racemis quinatis positæ. Glumæ glabræ, muticæ, petalis longiores. Flores duo; unus glaber & sessilis, alter vero pedicello villoso instructus & aristam e basi proferens rectam, glumis brevior. Petalum majus apice tridentatum, minus bifidum est. Non raro tertius flosculus pedicellatus, minor & glaber adest.

(b) *Aira* foliis planis, panicula patente, petalis basi villosis aristatis integris, foliis villosis.

Habitat inter summa saxa. *M. Anas.*

Culmus pedalis. Folia hirsuta. Paniculæ racemi flexuosi. Spicula major. Flosculi perpetuo bini. Petali acuta & integra, quorum interior in secundo flore infra medium albo villo pubescit.

4. *AIRA* panicula spicata, floribus muticis pedunculo longioribus, glumis acuminatis inæqualibus. ROYEN. *Lugdb.* p. 61. DALIB. *Paris.* p. 27. LINN. *Spec. plant.* p. 63.

*Gramen avenaceum, speciosum, purpureo-argentea collecta panicula.* MONT. *Prodr.* p. 56. SEGUIER. *Veron.* I. p. 554.

*Gramen spica cristata, subhirsutum.* BAUHIN. *Pin.* p. 3. TOURNEF. *Inst.* p. 519. VAILLANT. *Paris* p. 84. SCHEUCHZ. *Hist.* p. 167. Tab. 3. fig. 15. KRAMER. *Meth.* p. 96.

Habitat in ficcis cultis & incultis.

Panicula ante & post florescentia spicata, pollicis crassitie, digiti longitudine, erecta. Folia adulta reflexa, paniculæ longitudine. Spiculæ splendentes, albo-virentes, muticæ, plerumque sessiles. Glumæ inæqualiter, nervulis denticulatis, quarum minor petalo minore longior est. Stamen petalis longiora; antheris albidis.

## P O A.

LINN. *Gen. plant.* 77.

Calyx biglumis, muticus. Spicula multiflora. Petala mutica.

1. *POA* spiculis trifloris glabris, pedicellis simplicibus, culmo diffuso.

Habitat inter *Hodieodrusza* & *Gauershtereuz*, nec non circa *Planinam*.

Culmus pedalis, compressus, fere decumbens, infractus, tenuis. Folia biuncialia, erecta, duas lineas lata, vaginis pilosis. Spiculæ erectæ, imbricatæ, plerumque distichæ, lineam latæ, tres longæ, glabræ. vides.

rides. Glumæ æquales acuminatæ, corolla longiores. Corollæ petalum majus bifidum, minus subtruncatum, breviter ciliatum.

2. POA spiculis trifloris basi pubescentibus, glumis æqualibus.

*Gramen paniculatum, aquaticum, angustifolium, panicula speciosa, locustis parvis.* SCHEUCHZ.

Hist. p. 184. HALL. Helv. p. 215.

Reperi circa aquæductus *Idrienses*.

Confundi non debet cum sequente, a qua præter habitum, paniculæ fabricam & florendi tempus, differt calyce regulari, gluma una ovata, altera lanceolata. Pedalis æqualibus, calyce minime longioribus, minore bifido. Racemis 7. 6. 5. inæqualibus.

3. POA spiculis trifloris glabris, glumis inæqualibus.

*Poa panicula diffusa, spiculis trifloris glabris culmo erecto tereti.* LINN. Fl. Svec. 76. Spec. plant. p. 67. DALIB. Paris. p. 27. BOEHM. Lips. 632.

*Poa panicula diffusa amplissima, locustis muticis ovatis compressis & villosis.* GLEDITSCH. apud. BOEHM. Lips. l. c.

*Gramen loliaceum paniculatum, vulgare, locustis minoribus, radice nodosis bulbillis prædita.* MONT. Prodr. p. 38. ICON. 14. SEQUIER. Veron. I. p. 339.

*Gramen pratense paniculatum majus.* BAUHIN. Theat. p. 28. SCHEUCHZ. Hist. p. 177. Tab. 3. fig. 17. A. HALL. Helv. p. 215. KRAMER. Meth. p. 96.

Habitat in pratis.

Racemi horizontales quinati: tres majores, duo vero minores. Calyx inæqualis. Petala æqualia. Stamina non raro duo.

4. POA spiculis quadrifloris glabris pedicello longioribus, racemis solitariis.

Habitat circa *Idriam*, non rara.

Culmus semipedalis, tenuis, subnudus. Panicula rigida, laxa, erecta; racemis solitariis, adscendentibus, sparsis, uncialibus & ita tandem decrefcentibus, ut in apice solitarii prodeant pedicelli, Folia setacea. Spicula duas lineas longa, compressa, acuta, glabra, subrubra. Glumæ inæquales.

Petala æqualia, calyce longiora, acuta. Stamina violacea.

5. POA spiculis quadrifloris glomeratis asperis, racemis solitariis.

*Dactylis panicula secunda glomerata.* LINN.

Spec. plant. p. 71.

*Cynosurus panicula secunda glomerata.* LINN.

Fl. Svec. 85.

*Poa flosculis confertis, uno versu dispositis.*

LINN. H. Cliff. p. 28. ROYEN. Lugdb. p. 62.

*Gramen spicatum folio aspero.* BAUHIN. Pin.

p. 3. Prodrom. p. 9. SCHEUCHZ. Hist. p. 299.

Tab. 6. fig. 15, HALL. Helv. p. 231.

Habitat in pratis sterilibus, passim.

Racemi solitarii, ad angulum acutum cum culmo positi. Spiculæ compressæ, fasciculatæ, heteromallæ, sessiles, florendi tempore diffusæ. Calycina gluma major petali majoris longitudine. Petalum majus mucronem per ætatem aristæ in modum attenuatum gerit ita ut Bromum arista terminali referat. Antheræ subrubræ.

6. POA spiculis quadrifloris, flosculis superioribus foliolo terminatis.

*Festuca panicula secunda coarctata aristata, culmo tetragono nudiusculo, foliis setaceis.* LINN. Fl.

Svec. 95. Spec. plant. p. 73.

*Gramen paniculatum spartheum, alpinum, panicula angusta, spadicea, viridi, proliferum.* SCHEUCHZ.

Hist. p. 213. Tab. 1. HALL. Helv. p. 211.

Habi-

Habitat in *M. Anas*, & in sterilibus circa *Garstschereutz*.

Culmus gracilis, subangulatus. Folia setacea, ima ex bulbo veluti prodeuntia. Panicula subglobosa, densa, crispa, pondere nutans, Calyx inæqualis, glaber, acutus, muticus. Petala mutica, striata, glabra, pedicello longiora, inæqualia. Supremi flosculi steriles sunt & apicibus in folia degenerant.

7. POA spiculis quinquæfloris ovatis, flosculis lanuginosis, culmo tereti.

*Poa spiculis quinquæfloris, basi pubescentibus, culmo erecto tereti.* LINN. Fl. Svec. 18. Spec. plant. p. 67. DALIB. Paris. p. 28. BOEHM. Lips. 630.

*Gramen loliaceum paniculatum vulgare, panicula minus expansa.* MONT. Prodr. p. 37. SEGUIER. Veron. 1. p. 339.

*Gramen pratense paniculatum, medium.* BAUHIN. Pin. p. 2. SCHEUCHZ. Hist. p. 180. HALL. Helv. p. 214.

Habitat in pratis & hortis frequens.

Racemi ternati, decompositi horizontales. Petala inæqualia, majoris apice rubro. Antheræ pallide luteæ.

8. POA spiculis quinquæfloris ovatis, culmo compresso.

*Poa panicula diffusa, angulis rectis, spiculis obtusis, culmo obliquo compresso.* LINN. Fl. Svec. 75. Spec. plant. p. 68. DALIB. Paris. p. 28. BOEHM. Lips. 629.

*Gramen pratense paniculatum minus.* BAUHIN. Pin. p. 2. SCHEUCHZ. Hist. p. 189. Tab. 3. fig. 17. E. HALL. Helv. p. 214.

Habitat cum priore.

Culmus suberectus, compressus. Panicula minor, contracta magis. Spicula compressa, albivirentia.

9. POA spiculis septemfloris, foliis glabris, culmo ramofo.

Habitat in *Monte Anas*.

Culmus erectus, ramofus, subruher, femipedalis, geniculis quatuor aut quinque. Folia fetacea, biuncialia. Panicula erecta, racemis compositis, pedicellis alternis, angulis rectis. Spicula compressa, nitida, glabra tres lineas longa, unam lata. Calyx inæqualis, corolla minor, pedicelli longitudine. Petala subæqualia, mutica. Semen oblongum, subovatum.

10. POA spiculis octofloris teretis compressis pendulis.

*Gramen loliaceum, panicula multipl'ci & spicata.*

TOURNEF. Inst. p. 516. SCHEUCHZ. Hist. p. 200.

Tab. 4. fig. 6. HALL. Helv p. 212.

Habitat inter segetes.

Panicula nutans; racemis pluribus, paucifloris. Spicula compressa. Gluma exterior & patalum exterius ovatum, striatum, inferius ciliatum, truncatum, bifidum. Calyx corolla brevior, inæqualis.

11. POA spiculis decemfloris teretibus erectis, racemis binatis.

Habitat cum priore.

A quo differt, Panicula suberecta, contracta, racemis binatis. Spiculis decemfloris, quasi uncialibus viridibus acutis. Petalorum oris membranaceis albidis. Pedicellis erectis, spicula duplo brevioribus. Antheris ochroleucis.

12. POA spiculis decemfloris teretibus rachi adpressis, racemis binatis secundis patulis.

*Festuca panicula ramofo erecta, spiculis subseffilibus teretibus muticis.* LINN. Fl. Svec. 90. Spec. plant. p. 75.



*Poa spiculis oblongis erectis.* LINN. H. Cliff. p. 28. ROYEN, Lugdb. p. 62.

*Gramen phalaroides fluitans aquaticum, panicula multiplici.* MONT. Prodr. p. 46. SEGUIER. Veron. 1. p. 347.

*Gramen aquaticum fluitans multiplici spica* BAUHIN. Pin. p. 2. SCHEUCHZ. Hist. p. 199. Tab. 4. fig. 5. HALL. Helv. p. 212. KRAMER. Method. p. 96.

Habitat in fossis & prope lacus.

Culmus decumbens, ramosus, striatus. Racemi unilaterales, binati. Spicula teres, ramulo adpressa. Glumæ subrotundæ, petalis minores. Petalis subovata, minore bidentato; denticulis divergentibus. Antheræ albæ.

## MELICA.

LINN. Gen. plant. 76.

Calyx biglumis. Spiculæ meæ bifloræ, cum rudimento pedunculato centrali flosculi tertii, in quo essentiam *Melicæ* posuit. LINN.

1. MELICA pedunculis simplicibus, spiculis nutantibus secundis glabris.

*Melica petalis imberbibus, panicula nutante simplici.* LINN. Spec. plant. p. 66.

*Melica radice repente, panicula spicata simplici, locustis obtusis pendulis, uno versu dispositis.* GLEDITSCH. apud. BOEHM. Lipf. 614.

*Melica, flosculis glabris, summo inæqualiter curvato.* GMELIN. Sibir. 1. p. 97. BOEHM. ibid.

*Gramen avenaceum, locustis rubris, montanum.* BAUHIN. Theat. p. 155. Prodrom. num. 71. SCHEUCHZ. Hist. p. 171. Tab. 3. fig. 16. D. HALL. Helv. p. 216. KRAMER. Meth. p. 96.

Habitat inter Corylos, circa Vias.

Glumæ obscure rubræ, petalis breviores. Stamina duo, antheris viridantibus. Semen lucidum, compressum, ovatum, luteum in unico flore, dum alter plerumque abortiens esse solet.

3. MELICA panicula spicata, spiculis patentibus, flosculo majore lanato.

*Melica petalis exterioribus ciliatis.* LINN. Fl. Svec. 56. Spec. plant. p. 66.

*Gramen avenaceum lanuginosum.* HALL. Helv. p. 217.

*Melica floribus horizontaliter patentibus.* ROYEN. Lugdb. p. 57.

*Gramen avenaceum, spica simplici, locustis densissimis candicantibus & lanuginosis.* SCHEUCHZ. Hist. p. 174. Tab. 3. fig. 16. G. K. I.

Habitat circa rupes & sabulosis in locis.

Racemi erecti, breves, spicam repræsentant. Spiculæ patentissimæ, brevissimis pedicellis. Calyx glaber, acutus, inæqualis, petalis longior, paleacei coloris. Flos primus sessilis, petalis lanatis, inæqualibus; secundus pedicellatus, glaber; tertius truncatus, imperfectus, nectarium formans.

## BRIZA.

LINN. Gen. plant. 78.

Calyx biglumis. Spicula multiflora cordata. Petala imbricata mutica.

1. BRIZA spiculis septemfloris ovatis.

*Briza spiculis ovatis, calyce flosculis (7) brevioris.* LINN. H. Cliff. p. 23. Fl. Svec. 80. Spec. plant. p. 70. ROYEN. Lugdb. p. 63. BOEHM. Lips. 647.

*Briza panicula nuda ramosa tenuissima & sparsa, locustis multifloris & subrotundis, utrinque compressis.* GLEDITSCH. apud BOEHM. ibid.

*Gramen tremulum majus.* BAUHIN. Pin. p. 2. SCHEUCHZ. Hist. p. 204. Tab. 4. fig. 8. HALL, Helv. p. 212. ZANICHELL. Ven. p. 129. Tab. 220. SEGUIER. Veron. 1. p. 346.

Habitat in pratis.

Panicula laxissima; racemis binatis, horizontalibus, divaricatis, spiculas usque 5. proferentibus, easque pendulas compressas, ovatas, florescentiæ tempore deflexis glumis cordatas. Calyx fusco-ruber. Filamenta petalis longiora; antheris luteis.

## BROMUS.

Quærenti LINNÆO *Gen. plant.* XXXI. respondes, posse *Bromos & Festucas* in unum Genus omnino conjungi, cum aristæ ab apicibus petalorum insensibiliter & eousque recedant, donec dorsales fiant; Neque brevitatis aut longitudinis filamentorum res tanti momenti est, ut pluribus aliis notis in unum Genus coniventes plantas, in plura, contra Naturam, separare queat. Ergo *Bromus* erit Graminis Genus. Calyce biglumi mutico vel aristato; Spicula plures, quam duo flores, habente; Petalis binis oblongis, exteriore semper aristato, præditum.

(\*) *Aristis terminalibus.* Festuca DILLEN. LINN.

(†) *Spicati.*

I. BROMUS spiculis sessilibus alternis trifloris calyce brevioribus.

*Triticum calycibus subulatis trifloris acuminatis.* LINN. Spec. plant. p. 86.

*Triticum radice repente, foliis viridibus.* LINN. H. Cliff. p. 24. Svec. 105. Mat. Med. 37. ROYEN. Lugdb. p. 70. BOEHM. Lips. 621.

*Gramen loliaceum radice repente; sive Gramen Officinarum.* MONT. Prodr. p. 41. SEQUIER. Veron. 1. p. 341.

*Gramen caninum arvense; sive gramen Dioscoridis.* BAUHIN. Pin. p. 1. SCHEUCHZ. Hist. p. 5. Carniol. *Trava*, quæ vox omne gramen indicat, proprie vero *Glistneck*.

Habitat circa hortos, & ad vias.

Spica triticea, septem transversos digitos raro longa. Spicula plerumque triflora. Calyx muticus & aristatus, arista brevi. Petala inæqualia, inferiore truncato, arista molli, lineari. Antheræ flavæ.

Radix recepta in Officinis ad scirrhum hepatis resolvendum commendata a BOERRHAVIO, ad calculos bilis concreciones dissolvendas laudatur a SYLVIO, LANCISIO, BOERRHAVIO, HOFFMANNO. Vermes autem enecare, experimento certo nullo constat.

2. *BROMUS* spiculis sessilibus alternis quadrifloris fluitante arista brevioribus.

Habitat in sylvis circa *Idriam* frequens.

Culmus tripedalis, lineam crassus, glaber, geniculis 4. & 5. Folia spithamam longa, tres lineas lata, glabra. Spica digito longior. Spiculæ imbricatæ quadrifloræ, ventre scapum contingentes. Calyx corolla minor, striatus, inæqualis; gluma majore breviter aristata. Petala æqualia; exteriore in aristam albidam, teneram, fluitantem, quasi uncialem desinente; interiore mutico, bifido. Germen & semen lanugine alba erectis villis instrata coronatum est.

3. *BROMUS* spiculis sessilibus alternis sexfloris, petalis arista brevioribus.

Habitat circa *Idriam*, prope aquæductus & fluvium ejusdem nominis.

Culmus tripedalis. Folia lata, reflexa. Glumæ aristatæ. Petali majoris arista flosculo longior; minoris apex truncatus, integer.

4. BRO-

4. **BROMUS** spiculis sessilibus alternis septemfloris, petalis arista longioribus.

*Gramen latifolium spica triticea compacta.* BAUHIN. Theat. p. 131. Prodrom. n. 55. HALL. Helv. p. 207.

Habitat circa *Vipaccum* & alibi ad sepes & vias.

Culmus humanæ etiam altitudinis. Spica semipedalis. Spicula sæpius septemflora. Calycinæ glumæ aristatæ; aristas corolla brevioribus. Petala inæqualia; majore aristato: arista petalo minore nihilo longiore; minore mutico, bifido.

5. **BROMUS** spiculis subsessilibus alternis teretibus patulis.

*Bromus culmo indiviso, spiculis alternis subsessilibus teretibus.* LINN. Fl. Svec. 89. Spec. plant. p. 78.

*Festuca culmo alternatim spicato, spicis teretibus.* LINN. Fl. Lapp. p. 29. ROYEN. Lugdb. p. 67.

*Gramen spica Brizæ majus.* BAUHIN. Pin. p. 9. Prodrom. p. 19. cum icone bona.

*Gramen loliaceum altissimum, spica Brizæ prælonga, aristas brevibus donata.* TOURNEF. Inst. p. 517. MONT. Prodr. p. 42. SEGUIER. Veron. 1. p. 342.

*Gramen loliaceum corniculatum.* TOURNEF. Paris. p. 92. RAY. Meth. emend. p. 155. SCHEUCHZ. Hist. p. 35. HALL. Helv. p. 208. Habitat in cultis & sterilibus frequens.

Spiculæ unciales, pinnatæ, acuminatæ, breviter pedunculatæ, floribus 8 - 12 - 14. onustæ, unciali intervallo remotæ. Petala æqualia; angusta gluma minore brevior. Antheris in sterilibus & saxosis flavæ, in cultis vero aquose rubræ.

(†) *Paniculati.*

6. **BROMUS** panicula erecta, pedunculis simplicibus, spiculis sexfloris teretibus glabris.

*Gramen pratense, paniculatum, elatius, panicula laxa heteromata.* SCHEUCHZ. Hist. p. 289.

Habitat in pratis.

Culmus striatus, teres, ad basim villosus. Folia angusta. Panicula coarctata. Spiculæ erectæ, acutæ, teretes, semiunciales. Calyx petalo aristato brevior. Petalum arista rubra longius, margine argenteo pelucido.

7. **BROMUS** panicula erecta, racemis solitariis, spiculis sexfloris arista longioribus, foliis fetaceis.

*Festuca panicula nutante inferne ramosa, spiculis adscendentibus hispida, foliis fetaceis.* ROYEN.

Lugdb. p. 86. LINN. Spec. plant. p. 24.

*Gramen pratense, panicula duriore laxa, unam partem spectante.* RAY. Hist. p. 1286. SCHEUCHZ.

Hist. p. 285. HALL. Helv. p. 210.

Habitat in herbis sterilibus *Carniolæ*, passim.

Culmus cubitalis, teres, tenuis, binodis. Folia digiti longitudine, fetacea. Paniculæ racemi adscendentes, solitarii. Spicula rubra, aut rubro-virens, pedicello longior, compressa, 5- & sexflora, tres lineas longa, unam lata; arista rubra, calyce brevior. Calyx acutissimus, inæqualis, corolla brevior. Antheræ ochroleucæ.

8. **BROMUS** panicula secunda, spiculis sexfloris, culmo semiterete, foliis fetaceis.

*Festuca panicula secunda scabra, spiculis sexfloris aristatis: flosculo ultimo mutico, culmo semiterete.* LINN. Fl. Svec. 93. Spec. plant. p. 74.

*Gramen alpinum pratense, panicula duriore laxa spadicea, locustis majoribus.* SCHEUCHZ. Hist. p. 287. Tab. 6. fig. 9. HALL. Helv. p. 210.

Habitat

Habitat in Alpibus *Carniolæ superioris*.

Culmas compressus, tenuis. Folia setacea. Panicula heteromalla. Spiculæ plerum sexfloræ. Calyx muticus, acutus, inæqualis. Petala æqualia, calyce longiora; arista glumis brevior, in ultimo quoque flore.

- 9 **BROMUS** panicula nutante, pedunculis simplicibus, arista petalis longiore.

*Bromus panicula nutante, spiculis ovato-oblongis.* LINN Fl. Svec. 85. Spec. plant. p. 77.

*Bromus culmo paniculato, spicis compressis.* LINN. Fl. Lapp. 47. H. Cliff. p. 25.

*Gramen avenaceum panicula sparsa, locustis majoribus & aristatis.* TOURNEF Inst. p. 526. SCHEUCHZ. Hist. p. 258. Tab. 5. fig. 14. HALL. Helv. p. 228.

Habitat in asperis & circa rupes.

Culmus striatus cubitalis. Folia superne villosa. Panicula pendula, foliis caulinis longior. Pedunculi heteromalli, remoti, compressi, indivisi, glabri, spicula longiores. Spicula teretiuscula, ex viridi & albo varia, simul cum aristis biuncialis, sex-septemflora. Calix arista brevior, gluma majore petali minoris longitudine, minore vero truncata, bifida. Petalum majus apice fissum, exteriori tunica in aristam apice rubram desinente; interiore bifido; petalum minus acutum.

10. **BROMUS** panicula nutante, racemis binatis, spiculis quadrifloris, arista petalis brevior.

*Gramen bromoides segetum latiore panicula.*

VAILLANT. Paris. p. 95. HALL. Helv. p. 209. licet cum Scheuchzero calycem muticum faciat.

Habitat inter segetes.

Culmus tripedalis & longior. Folia digiti minimi latitudine. Panicula spithamæa. Racemi remoti, binati,

binati, longi, penduli. Spicula glabra, virens, subteres, quatuor lineas longa, quadriflora. Petala acuta, bifida, oris albidis, calyce longiora; Arista recte, petalis brevior.

(\*\*) *Dorsalibus ariftis*. BROMUS. LINN.

11. BROMUS panicula erecta coarctata, racemis pluribus, spiculis sexfloris.

*Bromus panicula erecta coarctata*. LINN. Fl. Svec. 87. Spec. plant. p. 77. nomen.

*Gramen avenaceum, locustis villosis angustis candidantibus & ariftatis*. TOURNEF. Inst. p. 526. SCHEUCHZ. Hist. p. 254. Tab. 5. fig. 12. HALL. Helv. p. 228.

Habitat in cultis, vulgatissimus.

Culmus cum foliis villosus. Panicula erecta, folio brevior. Racemi & pedunculi inæquales usque sex simul. Spicula oblonga erecta, albo-virens, hispida. Calyx inæqualis, muticus. Petala inæqualia; majore aspero, calyce longiore; minore bifido, ciliato. Arista petalo vix longior, apice rubro. Stamina non raro bina.

12. BROMUS panicula erecta, spiculis octofloris terebibus glabris, arista herbacea glumis brevior.

Habitat in arvis, abunde; annuus.

Folia quatuor lineas lata, superne villosa. Panicula erecta, quasi semipedalis. Racemi & pedunculi inæquales simul usque octo. Spicula septem lineas longa, unam cum dimidia ad ventrem lata, glabra, teres, virens. Petala calyce longiora, bifida, æqualia.

13. BROMUS panicula suberecta, racemis pluribus, spiculis quadrifloris, petalis bifidis, arista glumis brevior.

Habitat circa aquæductus *Fodinaram Idriensium*.



Culmus quadripedalis, tritici vulgaris crassitie, non villosus. Folia glabra. Racemi suberecti 4. 6. spicula quadriflora, quatuor lineas longa, unam cum dimidia lata, glabra. Calyx inæqualis, muticus. Petala æqualia, calyce longiora, bifida; exteriore ad apicem rubro, infra hunc edente aristam rubram, rectam, glumis brevior, petalum aliud acutum est.

14. **BROMUS** panicula suberecta, racemis pluribus, spiculis septemfloris, petalis bifidis.

Habitat cum priore.

Culmus idem, villosus. Folia lata, utrinque villosa. Panicula semipedalis diffusa. Racemi quini & feni suberecti. Spicula 7. & 8. flora, septem lineas longa, unam lata, modice compressa. Calyx corolla brevior, glumis inæqualibus; majore obtusiore. Petala inæqualia; majore supra medium rubro, apice bifido; arista dorsali, recta, rubra, petalo brevior; minore subbifido, paulo brevior, ciliato. Antheræ flavo-rubræ.

15. **BROMUS** panicula suberecta, pedicellis simplicibus distichis, arista petali longitudine.

Habitat prope *Idriam auf die Kobaulische almen*.

Differt a Bromo 9. Culmo tenuiore, longiore. Foliis erectis, angustioribus, panicula longioribus. Pedicellis asperis, suberectis, distichis, pluribus simul & brevioribus. Spicula 5. 6. flora, ex rubro & viridi varia. Petalo majore, glumæ majoris longitudine, nec longiore arista donatum, apice membranaceo.

16. **BROMUS** panicula nutante, racemis secundis binatis, spiculis quadrifloris fluitante arista brevioribus.

*Bromus panicula nutante, spiculis quadrifloris aristas brevioribus.* LINN. Spec. plant. p. 77.

*Gramen sylvaticum glabrum, panicula recurva.* VAILLANT. Paris. p. 93. Tab. 18. fig. 3. bene. HALL. Helv. p. 209.

Habitat

Habitat in fylvis circa aquas.

Differt a latifolia hirsuta, foliis latioribus, vaginis, cum culmo, glabris. Spiculis quadrifloris, viridibus, triplo minoribus. Calycis utraque gluma petalis brevior, subæquali. Petalis æqualibus, arista albida, capilacea, undulata, infra apicem genita brevioribus; petalo minore bifido.

17. **BROMUS** panicula diffusa pendula, racemis binatis, spiculis sexfloris asperis, arista petalis brevior.

*Festuca graminea effusa juba.* BAUHIN Pin.

p. 9. SCHEUCHZ. Hist. p. 262. Tab. 5. fig. 15.

Habitat in agris Carniolæ frequens.

Culmus quadripedalis. Racemi binati. Spicula aspera, uncia, computatis aristis, longior. Petalum majus bifidura; minus acutum pariter bifidum, glumæ majoris longitudine. Arista corolla brevior.

18. **BROMUS** panicula nutante, racemis binatis, spiculis sexfloris, petalo minore glumis brevior.

Habitat in umbrosis asperisque fylvis.

Culmus tripedalis, calami fere crassitie. Folia quinque lineas lata, ut in *Gramine sylvatico.* VAILLANTII Tab. 18. fig. 3. 6. Pedem cum dimidio longa, ubique dorsum strictu aspera, inferne paucis, ad vaginas densis & longis pilis instructa. Panicula laxa, semipedalis. Racemi binati, duas, tres & quatuor spiculas gerentes. Pedicelli compressi, glabri, capillacei, spicula longiores. Spicula subteres, vix lineam lata, unciam, cum aristis, longa, sexflora. Calyx petalo majore brevior, minore longior, inæqualibus glumis. Petalum majus, basi villosum, infra bifidum apicem aristam bilinearem edit.

19. **BROMUS** panicula nutante, spiculis teretiusculis compressis glabris arista recta brevioribus.

Habitat inter segetes.

Radix annua. Culmus striatus, Folia villosa. Paniculæ racemi 3. 4. Gluma major breviter aristata. Petala bifida, exterius arista dorsali sexlineari recta, interius vero obtusum. Si spiculæ ovatæ forent, esset *Bromus secalinus* LINNÆI.

## AVENA.

LINN. *Gen. plant.* 85.

Calyx biglumis. Spiculata uni- aut multiflora. Petala duo, quorum majus aristam tortilem, articulatam gerit.

I. AVENA spiculis polygamis trifloris.

*Ægylops bromoides juba purpurascens.* BAUHIN. *Hist.* 2. p. 436. SCHEUCHZ. *Hist.* p. 267. Tab. 6. fig. 1.

Habitat in *Agro Vipacensi* circa *S. Vitum*.

Panicula erecta, laxa, fere semipedalis. Pedunculi plerumque simplices 6-8. Flores tres, inæquales ex eodem plano horizontali geniti Masculi & hermaphroditus. *Masculi* laterales, pedicellati; pedicellis compressis, apice dilatatis, glabris. Calyce corolla longiore, inæqualibus glumis; quarum major glabra, aristata: arista terminali, ochroleuca, recta, staminum longitudine; minor vero mutica est, acutissima & apice subvillosa. Petalis binis, subrubris, muticis, acutis; marginibus cinereis, membranaceis. Staminibus duobus luteis, filamentis lineam longis. Germine nullo. *Hermaphroditus* medius, sessilis; villosa sericeo, nitido, erecto, ochroleuco ad basim septus. Calycinis glumis fere æqualibus, ad dorsum asperis; quarum una aristam e basi profert quatuor & quinque lineas longam, glumis longiorem; alia vero longior, mutica & in margine velut aculeis aspera. Petalis duobus; uno obscure rubro, oris lacero-villosis, erecto, mutico; alio vero albicante, & arista unicam cum  
dimi-

dimidia longa, tortili, paleacea terminatum. Staminibus, tribus. Stylis violaceis.

2. AVENA spiculis trifloris flosculis hermaphroditis: summo pedicellato, petalo aristato bifido.

Habitat in summo & faxoso vertice M. *Storshitsch*.

Panicula suberecta, heteromalla; laxa. Calyx biglumis, glaber, ochroleucus, splendens, acuminatus, inæqualis. Petala inæqualia, calyce breviora; quorum majus albo denso villo ad basim pubescit; minus vero glabrum & muticum est. Flores duo inferiores sessiles sunt, dum summus pedicellatus est, glaber, idemque sterilis.

(††) *Semine papposo.*

## ARUNDO.

LINN. *Gen. plant.* 87.

Calyx biglumis. Spicula uni- aut multiflora. Corolla involvens semen pappo longo ad basim cinctum.

1. ARUNDO glumis unifloris, flore monopetalo.

*Arundo culmo ramoso, panicula spicata densa & erecta, locustis attenuatis & oblongis.* GLEDITSCH. apud. BOEHM. *Lips.* 625.

*Arundo calycibus unifloris, culmo ramoso.* LINN. *Fl. Lapp.* 42. *Fl. Svec.* 100. *Spec. plant.* p. 82. ROYEN. *Lugdb.* p. 66. BOEHM. *ibidem.*

*Gramen arundinaceum, panicula molli spadicea majus.* BAUHIN. *Pin.* p. 7. SCHEUCHZ. *Hist.* p. 122. *Tab.* 3. *fig.* 3. A. B. C. D. & *Tab.* V. HALL. *Helv.* p. 221.

Habitat circa fluvium *Idrizam*, & aquæductus, abunde.

Panicula erecta, longa, densa, florescentiæ tempore, de more gentis, dilatata spicula oblonga, acuminata, teretiuscula, uniflora. Calyx muticus, regularis subvillosus. Petalum unicum, membranaceum, muticum, calyce duplo brevius, (quale etiam diligentissimus SCHEUCHZERUS vidit) & glabrum. Germen pappo plurimo, spiculæ longitudine, cinctum. Fabrica hæc culmo longe constantior est.

2. ARUNDO calycibus unifloris, petalo majore aristato: arista e basi recta glumis longiore.

Habitat circa fluvium eundem, ad montium radices, frequens.

Culmus simplex. Folia pedalia, quatuor & quinque lineas lata. Racemi sex inæquales simul. Panicula erecta, longa, laxa. Spicula uniflora. Calyx muticus, subruber, acuminatus, subæqualis, glaber. Corolla calyce brevior, dipetala; petalis acutis, bifidis, majore aristato. Stamina tria, antheris subvi-  
rentibus. Germen & semen pappo calycibus brevior septum.

3. ARUNDO calycibus quinquefloris, panicula laxa.

ROYEN: *Lugdb.* p. 66. LINN: *Spec. plant.* p. 81.

*Arundo panicula laxa, flosculis quinis.* LINN.

Fl. Svec. 99. GMELIN. *Sibir.* I. p. 125. BOEHM. *Lips.* 624.

*Arundo vulgaris, sive Phragmites diofcoridis.*

BAUHIN. *Pin.* p. 17. SCHEUCHZ. *Hist.* p. 161.

Fig. 14. D. ZANICHELL. *Ven.* p. 22. Tab. 183.

fig. 2. MONT. *Prodröm.* p. 32. HALL. *Helv.*

p. 221.

Habitat in lacubus, & fossis.

Dulci succo plena est, qui abstergit & purgat.

HALL. *l. c.* Carniolis *Wika* dicitur, e cujus medulla *Ellychnia* parant Rustici. Scopas etiam inde faciunt.

IV. *Foliolis binis, glumarum vices agentibus.*

HORDEUM.

LINN. *Gen. plant.* 80.

Calyx biglumis; Spicula triflora. Petala duo; unico aristato. Semen ventricosum, angulatum, longitudinali sulco notatum.

I. HORDEUM flosculis lateralibus masculis aristatis.

LINN. *H. Cliff.* p. 24. *Fl. Svec.* 107. *Spec. plant.* p. 85. ROYEN. *Lugd.* p. 69. BOEHM. *Lips.* 622.

*Gramen secalinum spicatum vulgare.* TOURNEF. *Inst.* p. 517. MONT. *Prodrom.* p. 60. SEGUIER. *Veron.* I. p. 357.

*Gramen hordeaceum minus & vulgare.* BAUHIN. *Pin.* p. 9. SCHEUCHZ. *Hist.* p. 14. HALL *Helv.* p. 204.

Habitat ad vias passim.

CLASSIS VIII.

CALAMARIÆ.

LINN. *Class. Plant.*

**P**lacentatio, Folia, Facies Graminum. Culmus spongiosa medulla factus, calami in modum. Petala nulla, sed unica squama, aut calyx squallidus, polyphyllus, persistens, fovens fructum perpetuo siccum. Stamina manifesta; filamentis capillaceis antheris oblongis, erectis.

CAREX.

LINN. *Gen. plant.* 928.

Flores in spicam congesti factam squamis imbricatis, persistentibus, concavis; quarum quælibet fo-

vet unicum florem nunquam hermaphroditum, sed modo *masculum* tribus staminibus; modo vero *femineum*, germine triquetro, stylo unico & femine unico foetum; in diversa vel unica planta.

1. CAREX culmo tereti nudo, spicis imbricatis sessilibus, capsulis laevibus.

*Carex spicis femineis sessilibus subsolitariis ovatis masculae approximatis, culmo nudo, seminibus glabris.* LINN. Spec. plant. p. 975.

*Cyperoides spicis duabus feminalibus spadiceis, obesis, conjunctis, sessilibus, masculam contingentibus.* HALL. Helv. p. 235.

*Cyperoides montanum, foliis angustis parvis, spica spadicea divisa.* SCHEUCHZ. Hist. p. 419. Tab. 10. fig. 8.

Habitat circa *Idriam*.

Spica mascula unica, major. Femineae ei proximae; squamis amplioribus, obtusis. Capsulae glabrae, sessiles, acuminatae, squama longiores.

2. CAREX culmo tereti subnudo, spicis remotis; imis, pedunculatis, capsulis versus axim asperis.

An *Cyperoides alpinum, saxatile, angustifolium* &c. MICHEL. Gen. plant. p. 56. num. 8.

SEGUIER. Verm. suppl. p. 73.

Habitat in *M. Storshitsch*.

Culmus pedalis, teres, tenuis, basi foliosus. Folia setacea, dimidiam culmi longitudinem non aequantia. Spica mascula unica, spadicea, quinque lineas longa, duas lata; squamis subrotundis, laceris. Spicae femineae duo & tres, non imbricatae; quarum prima sessilis, masculae vicina, aliae vero pedunculatae; squamis integerrimis, acuminatis. Capsula sessilis, triquetra, fusco-rubra, interiore latere quod axim spicae respicit, aspera, alibi laevis.

3. CAREX culmo tereti nudo, spicis pedunculatis erectis albidis: feminea supra marem elata, capsulis lævibus.

*Cyperoides spicis albis, femineis pedunculatis, suprema supra marem elata.* HALL. Helv. p. 236.

*Cyperoides foliis tenuissimis, caule subtriquetro, spicis albicantibus - capsulis lutescentibus.* MICHEL. Gen. plant. p. 65.

*Gramen sylvaticum angustifolium, spica alba.* BAUHIN. Theat. p. 47. SCHEUCHZ. Hist. p. 410. Tab. 10. fig. 4. 5.

Habitat inter Fagos, asperis in locis, Aprili M. frequens.

Cespes latus, plures culmos erigit omnino teretes, nudos & vaginis radicalia folia aliqua involventibus, ad bases cinctos. Folia setacea sunt. Spicæ albidæ. Mas unica. Femineæ duo pedunculatæ, ex una bractea genitæ. Bracteæ nudæ, coloratæ. Spica suprema supra marem demum elata. Capsula subtriquetra, luteo-virens, glabra.

4. CAREX culmo subtereti nudo, spicis erectis imbricatis, femineis supremis supra marem elatis, capsulis pilosis.

*Cyperoides spicis e luteo & spadiceo variis, seminali supra marem elata.* HALL. Helv. p. 236.

*Cyperoides - nemorosum - - spicis ferrugineis.* MICHEL. Gen. plant. p. 65, Tab. 32. fig. 9.

*Gramen caryophyllatum montanum spica varia.* BAUHIN. Pin. p. 4. SCHEUCHZ. Hist. p. 448. Tab. 10. fig. 14.

Habitat cum priore, in locis minus sterilibus.

Cespites nulli, sed furculus unicus. Culmus compressus, angulatus, basi vix foliosus. Folia lata. Spicæ ex rubro & spadiceo variæ, squamis splendentibus. Spica mascula unica, minor. Femineæ tres,  
binis



binis superioribus supra marem elatis. Capsula triquetra, brevibus pilis ad lentem vitream pubescens.

5. CAREX culmo ancipiti nudo, spicis erectis folio proprio brevioribus; feminea prima mari proxima.

Habitat in Alpibus *Carniolæ* superioris.

Culmus pedalis, compressus, nudus. Spica mascula unica, longior, semiuncialis. Femiinæ tres, pedunculatæ, erectæ, suprema marem contingente; squamis subtriquetris. Capsula triquetra, sessilis, oblonga.

6. CALIX culmo subtriquetro, spicis erectis remotis, femineis subsessilibus, capsulis acutis.

*Cyperoides spicis seminalibus breviter pediculis, & inter se & a mare remotissimis.* HALL. Helv. p. 237.

*Cyperoides spicis parvis longe distantibus.* TOURNEF. Inst. p. 530. SCHEUCHZ. Hist. p. 431. MICHEL. Gen. plant. p. 58. ZANICHELL. Ven. p. 80. SEGUIER. Veron. supplem. p. 77.

Habitat circa aquas, & in pratis sæpe inundatis.

Culmus obtuse triqueter, splendens, obscure virens. Spica mascula longior, sæpius unica. Femiinæ plerumque duo, breviores mascula & folio proprio, breviter pedunculatæ, erectæ semper. Capsula acuta.

7. CAREX culmo subtriquetro, spicis erectis nudis: masculis pluribus, femineis subsessilibus, capsulis obtusis.

*Carex spicis masculis pluribus, femineis subsessilibus, capsulis obtusiusculis.* LINN. Fl. Svec. 769. Spec. plant. p. 978. DALIB. Paris. p. 281.

*Cyperoides spicis maribus obesis, femininis imis longe petiolatis, gracilibus.* HALL. Helv. p. 240.

*Carex nigra verna vulgaris.* LINN. Fl. Lapp.

330.

Habitat in herbidis collibus, primo vere.

Mire variat; modo enim spica mascula-unica, duo vero femineæ; modo masculæ plures; modo femineæ aliquæ androgynæ. Squamæ modo acutæ sunt modo vero obtusiores. Pedunculi etiam in juniore planta nulli aut brevissimi, qui in adulta, longiores fiunt. Hinc Varietates *Michelianaë*, Gen. plant. Ord. XI. num. 66-74. Hinc difficultates sæpe insuperabiles in quærendis Caricibus, quæ spicas rectas & sessiles habent, vel unam masculam aliasque femineas, quas unus scriptor inter pedunculatas, alter inter Carices spicis masculis pluribus, alius denique androgynis adnumerat. Mallet itaque Caricum Ordines ex culmo desumi, quem mutationibus longe minus obnoxium deprehendi.

8. CAREX culmo subtriquetro, spicis pendulis pedunculatis fuscis, capsulis obtusis.

*Cyperoides spicis femineis pendulis, turgidis & obtusis, atrorubentibus, maribus longis & gracilibus.* HALL. Helv. p. 240.

Habitat circa aquas.

Spicæ, salicis rubræ amentis, similes; masculæ breviores, plures; femineæ petiolatæ, folio proprio breviores; Vidi etiam spicam unicam ramosam, androgynam; Capsulæ imbricatæ, obtusæ fusco-rubræ.

9. CAREX culmo subtriquetro, spicis androgynis oblongis sessilibus nudis.

Habitat in paludosis circa *Labacium*.

Culmus digiti longitudine. Folia tenuia, culmo longiora. Spicæ usque quatuor erectæ, vix semiunciales, exiguis intervallis distitæ, androgynæ omnes; suprema majore.

10. CAREX culmo, triquetro, spicis erectis remotis, femineis linearibus folio proprio longioribus.

*Cyperoides alpium angustifolium, spicis seminiferis tenuibus, fusco-viridibus.* SCHEUCHZ. Hist. p. 416.

Tab. 10. fig. 7.

Habitat

Habitat in sylvis circa *Idriam*.

Culmus pedalis, angulis villosis, basi foliosus. Folia ad quatuor lineas lata, glabra. Pedunculi villosi. Spicæ erectæ; Mascula unica, fusco-rubra, squamis obtusis, ad dorsum viridibus; femineæ duo & tres longiores, dilatatæ, lineares; squamis rarioribus acutis & albicantibus. Capsulæ remotæ, acutæ, bifidæ, squama propria longiores.

11. CAREX culmo triquetro, spicis confertis sessilibus subrotundis, mascula lineari, capsulis acutis recurvis. LINN. *Fl. Lapp.* 755. *Spec. plant.* p. 975.

DALIB. *Paris.* p. 284. BOEHM. *Lips.* 668.

*Carex spicis in summo culmo, mascula unica terminatrice, femineis ad masculæ basin pluribus petiolatis.* GLEDITSCH. apud BOEHM. *ibidem*.

*Cyperoides capsulis subrotundæ spicæ undique rigentibus.* HALL. *Helv.* p. 236.

*Cyperoides palustre aculeatum, capitulo breviori.* TOURNEF. *Inst.* p. 529. SCHEUCHZ. *Hist.* p. 426. MICHEL. *Gen. plant.* p. 58. ZAMICHELL. *Ven.* p. 79. Tab. 79. SEGUIER. *Veron.* 1. p. 121.

Habitat in paludosis, & circa aquæductis.

Color plantæ luteo-virens. Culmus foliosus. Spicæ femineæ per maturitatem dilatatæ subjectum deprimunt folium.

12. CAREX culmo triquetro, spicis erectis, mascula flava, femineis imbricatis pedunculatis ovatis, capsulis obtusis.

*Carex spicis pendulis: mascula erecta, femineis ovatis imbricatis, capsulis confertis obtusis.* LINN. *Fl. Svec.* 764. *Spec. plant.* p. 977.

*Cyperoides polyflachion, flavicans, spicis prope summitatem caulis.* TOURNEF. *Inst.* p. 530. SCNEUCHZ. *Hist.* p. 430. MICHEL. *Gen. plant.* p. 61. Tab. 32. fig. 13. bene.

Habitat in herbidis paludosis,

Spicæ in apice culmi. Mascula una aut duo, ex eadem, quæ primam femineam edit, bractea genita. Bracteæ foliosæ spicis longiores. Femineæ duo & tres, breviores, virides, erectæ semper & pedunculatæ. Vidi florem femineum ad basim spicæ masculæ, & femineam ultimam androgynam.

13. CAREX culmo triquetro, spica mascula albicante triquetra, femineis pedunculatis pendulis, capsulis acutis glabris.

An *Cyperoides sylvarum, pallido-virens-caule triangulari-capsulis rarius dispositis, triangularibus - - caducis*. MICHEL. Gen. plant, p. 59, num, 30.

Habitat in sylvis circa *Idriam*.

Culmus lævis, tenuis, pedalis, foliosus. Spica mascula lineam lata, semiuncialis, erecta, triquetra, squamis glabris. Spicæ femineæ duo & tres remotæ, pedunculis setaceis, biuncialibus, folio proprio brevioribus. Capsulæ in una spica quatuor aut quinque, deciduæ, virides, glabræ, triquetræ, in colum acutum bifidum attenuatæ, squama propria viridi, acuta longiores. Ergo non eadem cum 10.

14. CAREX culmo triquetro, spicis erectis pilosis, masculis pluribus, femineis subsessilibus remotis.

*Carex spicis remotis, femineis subsessilibus, capsulis hirtis*. LINN. Fl. Lapp. 335. Fl. Svec. 757. Spec. plant. 975. ROYEN. Lugd. p. 74. DALIBARD. Paris. p. 282.

*Carex pilosa, spicis erectis, masculis tribus sessilibus femineis duabus remotis*, LINN. H. Cliff. p. 438.

*Cyperoides polystachion lanuginosum*. TOURNEF. Inst. p. 529. SCHEUCHZ. Hist. p. 478. MICHEL. Gen. plant. p. 57. HALL. Helv. p. 242.

Habitat in paludosis cum Carice aculeata.

Culmus

Culmus vix pedalis, glaber. Folia satore virentia, subtus villosa. Spicæ masculæ duo & tres; squamis ovatis, amplis, acutis, subrubris, pilosis. Femi-  
neæ breviter pedunculatæ, erectæ; squamis capsula-  
rum colore, marginibus rubris, villosis, apice acumi-  
nato. Capsula villosa, apice bifido, pallide virens.

15. CAREX culmo triquetro, spicis masculis pluri-  
bus, femineis pedunculatis, capsulis inflatis acutis.

LINN. *Fl. Svec.* 768. *Spec. plant.* p. 979. DALIB.

*Paris.* p. 282. BOEHM. *Lips.* 662.

*Cyperoides spicis masculis gracillimis, femininis pendulis, capsulis ventricosis, collo longo & bifido.*

HALL. *Helv.* p. 241.

*Cyperoides vesicarium, spicis viridantibus & subsuscis.* SCHEUCHZ. *Hist.* p. 470.

*Cyperoides vesicarium* - - 13. 14. 26. MI-

CHEL. huc pertinent nec non 38. HALL. anno-  
tante BOEHMERO.

Habitat circa lacum prope *Idriam*, ubi funes con-  
ficiuntur.

Culmus foliis radicalibus brevior. Spicæ mascu-  
læ erectæ, imbricatæ, sessiles. Femi-  
neæ pedunculatæ, longo, erecto folio exceptæ; squamis acutissimis.  
Capsulæ teretes, splendentes, inflatæ, acutæ, bifidæ.  
Vidi etiam spicas mares androgynas, aliquando &  
femineas, excepta ultima; nunc mascula prima erat,  
alia vero androgyna.

16. CAREX culmo triquetro, spiculis androgynis ses-  
silibus oblongis: inferioribus remotis, superioribus  
approximatis nudis.

*Carex sylvatica, spicis parvis, sessilibus in fo-  
liorum alis.* RUP. *Jen.* p. 259. HALL. *Helv.* p.  
243.

*Carex angustifolia, caule triquetro, capitulis pul-  
chellis strigosioribus-distantibus-sessilibus.* MICHEL.  
*Gen. plant.* p. 70. Tab. 32. fig. 16.

Habitat in fylvis circa aquas, & paludes.

Culmus tenuis, supra medium striatus, lævis. Folia linearia, in culmo spithamam longa. Spicæ usque novem, sessiles, oblongæ, glabræ, parvæ squamis acutis, quæ quo magis a radice recedunt, eo semper propiores, & brevior folio suffultæ sunt, donec in apice culmi sese contingant & nudæ sint. Capsula semiteres, binis scabris angulis, acuta, bifida.

17. CAREX culmo triquetro, spicis longissimis; femineis pendulis androgynis, capsulis confertis acutis.

*Cyperoides latifolium*, spicis feminalibus semimasculis ex longis petiolis pendulis. HALL. Helv.

P. 239.

*Cyperoides spica pendula, longiore & angustiore.*

TOURNEF. Inst. p. 529. SCHEUCHZ. Hist. p. 445. MICHEL. Gen. plant. p. 59.

Habitat in udis & umbrosis fylvarum locis.

Hæc inter meas carices maxima. Spicas gerit femineas 4. & 5. digito humanæ manus longiores, pendulas, petiolatas, subjecto folio tamen breviores, sæpius androgynas; capsulis congestis, acutis, viridibus, non bifidis, subjecta fusco-rubro & dorso virente prædita squama nihilo longioribus. Spica mascula sæpius unica, brevior, acuminata, nuda, aliquando bifida, nec raro etiam androgyna. Femineas quoque ramosas bis reperi.

Caricis hujus varietas non frequens est. Spicis non androgynis; masculis, squamis albidis, ad oras pellucidis, dorsis linea viridi notatis, erectis femineis virentibus; capsulis triquetris, squama longioribus.

18. CAREX culmo triquetro, spica composita: spiculis androgynis alternis acutis teretibus imbricatis.

*Carex spicis teretibus, acutis, alternis, se contingentibus.* HALL. Helv. p. 244.

*Carex*

*Carex fibrata radice capitulis - - confertim nascentibus.* MICHEL. Gen. plant. p. 70. Tab. 33. fig. 17.

Habitat in paludosis circa *Pellant & Labacium.*

Culmus ad basim binis & tribus foliis cinctus. Folia linearia, canaliculato-triquetra. Spicæ uncialis ex spicis minoribus 6-9. sessilibus, pallidis, subnudis.

19. CAREX culmo triquetro, spica supradecomposita: racemis imbricatis: spiculis androgynis sessilibus ovatis, foliis angulatis.

*Carex spica supradecomposita, spiculis androgynis ovatis sessilibus confertis; superne masculis.*

LINN. H. Cliff. p. 438. Spec. plant. p. 973.

ROYEN. Lugdb. p. 74.

*Carex spica androgyna in summo culmo congesta, spiculis sessilibus echinatis brevibus.* GLEDITSCH. apud BOEHM. Lips. 666.

*Carex spicis brevibus, sessilibus, echinatis, in summo culmo coherentibus.* HALL. Helv. p. 245.

### Varietates.

(a) *Carex* culmo triquetro, spica supradecomposita: racemis imbricatis laxioribus, spiculis sessilibus androgynis ovatis, foliis angulatis.

*Carex palustris major - - - spica divulsa, seu interrupta.* MICHEL. Gen. plant. p. 69. Tab. 33. fig. 13.

Habitat in palude circa *Idriam*, ubi funes conficiuntur.

Floret sub initium M. Junii; Culmo spongiosa medulla farcto. Panicula laxa. Spicarum squamis auctioribus.

(b) *Carex* culmo triquetro, spica supradecomposita: racemis dense imbricatis, spiculis sessilibus androgynis ovatis, foliis angulatis.

*Carex palustris major* - - - spica habitiori compacta. MICHEL. Gen. plant. p. 69. Ord. VI. num. 1.

Habitat circa *Labacium*.

Floret Junio M. Culmo fistuloso. Panicula densa.

20. CAREX culmo triquetro, spica supradecomposita: racemis remotis, spiculis androgynis sessilibus ovatis, foliis canaliculatis.

Habitat in pratis circa *Planinam*.

Separo a priore, cum qua facie, & spicis androgynis, ovatis, paniculatis omnino convenit, differt vero Culmo obtuse triquetro, pleno. Foliis canalem referentibus, nec angulatis. Panicula laxa; racemis primis folio proprio longioribus.

## CYPERUS.

LINN. Gen. plant. 61.

Differt a *Calyce* floribus hermaphroditis, a *Scirpo*, *Eriophoro*, *Schæno*, femine nudo.

1. CYPERUS culmo triquetro nudo, umbella triphylla, spicis subsessilibus lanceolatis.

*Cyperus culmo triquetro nudo, umbella triphylla, pedunculis simplicibus inæqualibus.* LINN. Spec. plant. p. 46.

*Cyperus minimus, annuus, panicula sparsa subflavescente.* MICHEL. Gen. plant. p. 16. n. 16.

*Cyperus minimus-panicula sparsa flavescente.* TOURNEF. Inst. p. 527. SCHEUCHZ. Hist. p. 385. Tab. 8. fig. 13. minor varietas. HALL. Helv. p. 246.

Habitat in paludosis, prope *Idriam*, circa *Brusshishe*.

Culmus unus digitum longus, obtuse triquetus, virens, ad basim duobus vel tribus foliis vaginatus, aut plu-



plures ex una radice. Apex culmi profert pedunculōs tres aut plures, ramosos. Spicæ alternæ, compressæ, acutæ, luteo-flavescentes. Sub umbella duo aut tria folia, horizontaliter patentia, longa, oriuntur.

## SCIRPUS.

LINN. *Gen. plant.* 62.

Flores hermaphroditi in spicam dispositi factam squamis ovatis, imbricatis, distinguētibz stamina tria & germen minimum, unde sit semen triquetum, villis calyce brevioribus instructum, qui modo ad basim, modo ad apicem annectuntur. MICHEL. *Gen. plant. Tab. 31.*

1. SCIRPUS culmo tereti nudo, spica oblonga terminali.

*Scirpus culmo nudo tereti simplicissimo, spica solitaria simplici oblonga terminatrice.* GLEDITSCH. apud BOEHM. Lips. 653.

*Scirpus culmo tereti nudo, spicata subovata imbricata.* LINN. Fl. Svec. 41. Spec. plant. p. 47. DALIB. Paris. p. 16.

*Scirpus culmo aphylo, spica imbricata tereti.* HALL. Helv. p. 248. BOEHM. ibid.

*Scirpus culmo nudo, spica terminatrice subovata.* ROYEN. Lugdb. p. 48.

*Scirpus equiseti capitulo majore.* TOURNEF. Inst. p. 528. SCHEUCHZ. Hist. p. 360.

Habitat in paludosis, vulgatissimus.

Scapi & folia teretia, spongiosa. Squamæ ad dorsa viridi, ad oras vero fusco colore tinctæ.

2. SCIRPUS culmo tereti nudo, panicula laterali, spicis ovatis.

*Scirpus culmo nudo simplicissimo tereti, panicula sub apice sessili sparsa & ramosa.* GLEDITSCH. apud BOEHM. Lips. 652.

*Scirpus*

*Scirpus culmo tereti nudo, spicis ovatis pluribus pedunculatis terminalibus.* LINN. Fl. Svec. 40. Spec. plant. p. 48.

*Scirpus teres, panicula sub apice culmi ramosa.* HALL. Helv. p. 247. BOEHM. ibid.

Habitat in aquosis.

Culmi teretes, alba spongiosa medulla pleni, infra divisum in duas partes inæquales apicem, paniculam perducunt ramosam, sparsam; pedicellis compressis, gerentibus spicas ovato-oblongas, ex rubro & flavo varias, squamis oblongis & obtusis compositas.

Porro altitudo culmi varias species spurias genuit, & quidem *Scirpum palustrem, altissimum.* TOURNEF. Inst. p. 528. SCHEUCHZ. Hist. p. 354. MICHEL. Gen. plant. p. 49. SEGUIER. Veron. I. p. 116. Quem vidi in *Lacu Zirchnicensi*, humanæ altitudinis; crassitie ima unciali, suprema lineari; superficie substriata; & *Scirpum palustrem humiliorem.* SCHEUCHZ. Hist. p. 356. SEGUIER. ibid. p. 117. ac *medium.* MICHEL. Gen. plant. p. 50, ab altissima diversos, loco natali in paludosis, culmo ad basim calami scriptorii crassitie, minus striato, medulla minus alba & valva paniculæ inferiore brevissima.

3. SCIRPUS culmo triquetro folioso, panicula foliosa, pedunculis nudis supradecompositis, spicis confertis. LINN. Fl. Svec. 38. Spec. plant. p. 51. DALIB. Paris. p. 15.

*Scirpus planifolius, caule triquetro, panicula foliis insidente.* HALL. Helv. p. 247. BOEHMER. Lipf. 651.

Habitat in paludosis, passim.

Folia in culmo pedalia, quinque, eodem latiora. Panicula terminalis, pluries ramosa, diffusa. Pedunculi subteretes. Spicæ ovatæ, congestæ.

## ERIOPHORUM.

LINN. *Gen. plant.* 63.

Flores ut in *Scirpo*, sed longissimus pappus ad basin feminis. VAILLANT. *Paris. Tab.* 16. *fig.* 1. a.

F. ERIOPHORUM culmis teretibus, foliis planis spicatis pedunculatis. LINN. *Spec. plant.* p. 52.

*Eriophorum culmo folioso tereti, foliis planis.*

LINN. *Fl. Svec.* 44.

*Linagrostis foliis planis, spicis multiplicibus.*

HALL. *Helv.* p. 250. BOEHM. *Lips.* 655.

*Eriophorum spicis pendulis.* LINN. *Fl. Lapp.*

22. H. Cliff. p. 22.

Habitat in paludosis, abunde.

Descriptionem lege apud Cl. HALLERUM.

## JUNCUS.

LINN. *Gen. plant.* 396.

Calyx hexaphyllus persistens. TOURNEF. *Tab.* 127. A. Stamina sex MICHEL. *Tab.* 31. A. Capsula triquetra, trivalvis, unilocularis. LINN. *l. c.* trilocularis. HALL. *Helv.* p. 252. feminibus subrotundis foeta.

I. JUNCUS culmo nudo tereti, panicula laterali sparsa.

*Juncus culmo nudo stricto, panicula laterali.*

ROYEN. *Lugdb.* p. 44. LINN. *Fl. Svec.* 279.

*Spec. plant.* p. 326.

*Juncus culmo nudo paniculato tereti, panicula sub apice densa laterali sparsa & ramosa.* GLEDITSCH. apud BOEHM. *Lips.* 577.

*Juncus aphyllus durior, panicula magis sparsa.*

HALL. *Helv.* p. 252. BOEHM. *Lips.* *ibid.*

*Carniol. Paludiet, Lozhie.*

Habitat circa aquas & paludes.

Septima pars florum plerumque perit sine fructu.

2. *Juncus culmo nudo tereti, panicula laterali densa globosa sessili.*

*Juncus culmo nudo striato, capitulo laterali.*  
 ROYEN. Lugdb. p. 44. LINN. Fl. Svec. 278.  
 Spec. plant. p. 326.

*Juncus culmo aphylo, mollior, panicula compactiore.* HALL. Helv. p. 252. BOEHM. Lipf. 578.

*Juncus lævis, panicula conglomerata.* SCHEUCHZ.  
 Hist. p. 344.

Habitat in paludosis circa *Labacium* & *Planinam*.

Differentia consistit in panicula subrotunda, compacta, laterali, culmo circumposita, eique insidente.

3. *Juncus folio tereti fistuloso, panicula terminali vaginata.*

Habitat in *M. Seirak*, qua itur *Pellantum*.

Culmus foliosus, cubitalis, teres. Folia fistulosa, nullis articulis. Panicula terminalis, ramosissima, unciali vagina tanquam spatha ad basim fulta. Calyx atro-ruber. Stamina flava. Stylus purpureus.

4. *Juncus foliis nodoso-articulatis.* LINN. Fl. Svec. 285. Spec. plant. p. 327.

*Juncus foliis articulosis, ramosæ paniculæ ramis semel ramosis.* HALL. Helv. p. 255. BOEHM. Lipf. 580.

*Juncus foliis articulosis, panicula æquali, capitulis sessilibus, capsulis subulatis triquetris.* ROYEN. Lugdb. p. 43.

*Juncus foliis articulosis, floribus umbellatis.*  
 TOURNEF. Inst. p. 247. MICHEL. Gen. plant. p. 38. LINN. Fl. Lapp. 120. SEGUIER. Veron. 1. p. 127.

Habitat circa aquas.

Culmus compressus foliosus. Folia compressa, spongiosa, articulata, basi culmum diu amplexantia. Panicula terminalis, erecta, sparsa. Flores duo & tres simul.

5. *JUNCUS* foliis planis culmo unifloro.

An *juncus alpinus monanthos*. PONTED. Comp. p. 112. SEGUIER. Veron. supplement. p. 87. Sed MICHELIVS. Gen. plant. p. 40. folia carinata, SEGUIER. vero trifida & intorta, faciunt.

Habitat in vertice M. *Storshitsh*. abunde inter lapidum acervos.

Culmus pedalis, teres, foliosus, lutea vagina ad basim cinctus. Folia plana, setacea. Flos unicus, caulem terminans, sessilis, e cujus basi erigitur folium digiti fere longitudine. Capsula ovata, acuminata.

6. *JUNCUS* culmo compresso, foliis planis linearibus, pedunculis proliferis, flosculis intermediis sessilibus.

Cespitose nascitur in pratis inter *Hochedrouzka* & *Gartshereutz*.

Culmi plures ex una radice, compressi, digito auriculari nihilo longiores. Folia erecta, setacea, uncialia. Panicula terminalis bifida, sparsa. Calyx pallide virens, foliolis lanceolatis. Capsula teres, oblonga, rubra, polysperma, figura capsulae. *Musci polygonifolii* VAILLANTII. Valde accedit *Gramini nemoroso pusillo, calycibus paleaceis, erecto*. SCHEUCHZ. *Hist. p. 327.*

7. *JUNCUS* foliis planis subpilosis, spicis sessili pedunculatisque. LINN. *Fl. Svec.* 288. *Spec. plant.* p. 329.

*Juncus foliis planis pilosis, panicula in spicas congesta.* HALL. *Helv.* p. 256. GMELIN. *Sibir.* 1. p. 64. BOEHM. *Lips.* 582.

*Juncus foliis planis, panicula rara, spicis sessilibus & pedunculatis.* LINN. *H. Cliff.* p. 137. ROYEN. *Lugdb.* p. 42.

*Juncoides villosa capitulo Psyllii.* SCHEUCHZ. *Hist.* p. 310. MICHEL. *Gen. plant.* p. 42. SEGUIER. *Veron.* 1. p. 128.

Habitat primo Vere cum Carice nigra verna.

Spica sessilis aut breviter pedunculata. Capsula obtuse-triquetra.

8. *JUNCUS* foliis planis, panicula diffusa, pedunculis proliferis, flosculis intermediis sessilibus. ROYEN. Lugdb. p. 43.

*Juncus culmo folioso paniculato, foliis minoribus planis, panicula sparsa, flosculis sparsis.* GLEDITSCH. apud BOEHM. Lips 583.

*Juncus foliis planis latisque, panicula sparsa, ramosa.* HALL. Helv. p. 256. BOEHM. ibidem.

Habitat in sylvis, sub finem M. Martii florens.

Scapus vix semipedalis, teres, foliosus. Folia caulina pedunculis proliferis breviora, superne glabra, subtus longis & raris pilis adspersa, semiunciam lata. Panicula sparsa, ramosa; terminata columna pedunculos plerumque simplices undequaque emitte, circa quam ex alis foliorum exiguorum oriuntur pedunculi longiores, nudi, patuli, bifidi, medio flore sessili. Capsula calyce longior, trisperma; angulis rubris. Semina ovata.

9. *JUNCUS* foliis planis, corymbis terminalibus foliosis, floribus pedunculatis.

*Juncus foliis latioribus, panicula umbellata, floribus minimis.* HALL. Helv. p. 258. BOEHM. Lips. 584.

*Juncus culmo folioso paniculato, foliis planis, panicula corymbosa laxa & sparsa, flosculis minimis.* GLEDITSCH. apud BOEHM. ibidem.

*Juncoides, quod Gramen hirjutum, angustifolium majus.* BAUHIN. Pin. p. 7. Prodrom. p. 16. cum bona icone. SCHEUCHZ. Hist. p. 318. MICHEL. Gen. plant. p. 42.

Habitat circa Aquæductus, sub finem M. Maji florens.

Celeberr. LINNÆVS SCHEUCHZERI Juncos lati- & angustifolios, & Juncoidum MICHELII Ordinem primum & secundum, seu Juncos paniculatos HALLERI 15 - 21. *Helv. l. c.* in unam speciem conjunxit dixitque *Juncum foliis planis, corymbo ramoso. Fl. Svec. 237. Spec. plant. p. 329.* Sed attentis oculis inspicienti apparet ubique diversos esse; Differt enim hic a priore. Foliis quinque & pluribus culmum vestientibus, brevioribus, marginibus pilosis. Panicula facta minoribus paniculis lateralibus; floribus corymbosis, rubro-paleaceis, omnibus pedunculatis, alternis.

## SCHEUCHZERIA.

LINN. *Gen. plant.* 408.

Cum Juncis conjunxerunt. BAUHIN. PARKINSON. LUDWIG. BOEHMER. *lex. Philosoph. Botan.* 176. Calyx & stamina. HALL. *Helv. p.* 258.

Differt vero defectu styli, Germinibus tot quot capsulæ inflatæ, distinctæ, bivalves. LINN. *loc. cit.*

I. SCHEUCHZERIA. LINN. *Fl. Lapp.* 133. *Tab.* 10. *fig. 1. Fl. Svec. 297. Spec. plant. p. 338. ROYEN. Lugib. p. 45. HALL. Helv. p. 258. GMELIN. Sibir. 1. p. 73.*

*Juncus capsulis distinctis, tribus aut sex.* LUDWIG. *Defin. Gen.* 787. BOEHM. *Lips.* 586.

*Juncoidi affinis palustris.* SCHEUCHZ. *Hist. p.* 336.

Habitat circa *Idriam, Pellant.* & herbidis & ficcioribus in locis.

Culmus teres. Folia compressa ut in *Iride hexagona.* Spica aut racemus erectus, flavus, myosuroideus. Pedunculi simplices, flore breviores, bracteola figura foliorum calycis & pedunculi longitudine instructi. Capsulæ tres, feminibus 15 - 20. fulvis oblongis fætæ.

## CLASSIS IX.

## LILIA.

Conveniunt cum *Graminibus* & *Calamariis* unica cotyledone & simplicibus foliis; differunt vero Corolla nuda, speciosa. Filamentis nunquam paucioribus quam locula fructus; Antheris, polline, ovatis particulis composito, plenis. Stylo sæpius unico, stigmate trifido. Capsula trigona, triloculari.

I. *Spathacea*.

## CROCUS.

TOURNEF. *Inst.* p. 53. *Tab.* 183. 184.

Corolla gemini imposita. E. monopetala, sexfida; laciniis æqualibus A. Stamina tria, antheris sagittatis. Stylus unicus; stigmatibus tribus, convolutis, ferratis C. D.

1. CROCUS spatha univalvi radicali, corollæ tubo longissimo, LINN. *Spec. plant.* p. 36.

*Crocus floribus fructui impositis: tubo longissimo.* ROYEN. *Lugdb.* p. 41. LINN. H. *Upsal.* p. 15. *Mat. Med.* 27.

*Crocus vernus, folio plano, alba linea diviso.*

HALL. *Helv.* p. 281.

Habitat circa *Labacium*, *Kramburgum*, *Bekerishe*, primo vere.

Radix orbiculata, alba, solida, tecta membrana fusca sicca lacero-filamentosa, sustinens minorem e qua folia duo aut tria linearia, prope basim flava & flos enascitur, tubo tereti, folio brevioris, limbo oblongo, antheris filamentis longioribus; Semina subovata, angulosa, sanguinea.

Nihil hic de attenuante emmenagoga & narcotica fativi Croci virtute participat, quam quoties expendo,



do, toties crocata illa lintea damnare cogor, quibus in Carniola nobiles Feminae recens natorum infantum capita sedulo involvunt, & puerperarum abdomini applicant ad avertendam gangrænam, quam calida omnia omnino promovent.

## COLCHICUM.

TOURNEF. *Inst.* p. 415. *Tab.* 181. 182.

Corolla germini imposita. B. Monopetala, sexfida; laciniis alternis minoribus. A. Stamina sex. Styli tres. Capsula oblonga; feminibus parvis, rugosis D. E. F.

1. COLCHICUM foliis planis lanceolatis erectis. LINN. *H. Cliff.* p. 140. *H. Upsal.* p. 90. *Spec. plant.* p. 341. ROYEN. *Lugdb.* p. 41. BOEHM. *Lips.* 63.

*Colchicum* variorum scriptorum. HALL. *Helv.* p. 283.

Habitat in pratis post fœnificium passim, Autumni præcurfor.

Bulbus flavescens, oblongus, acutus, canali insculpto excipiens columnam radicatam, binos gerentem flores, quibus tubus semiteres binis confans membranæ, quarum exterior majora segmenta corollæ, interior autem minora producit. Inter eam columnam & tubi bassim jacet germen, quod alio demum anno capsulam facit, arido lacero & dilatato tubo corollæ inclusam, ac feminibus albis, subrotundis, plurimis fœtam.

Vitulus hisce floribus saturatus, tumefacto abdomine perit die secunda; hic a morte ventriculorum, tumidum, ejusque vasa arteriosa atro cruore turgida ita habuit, ac si injectionis artificio cera impleta fuissent.

## GALANTHUS.

LINN. *Gen. plant.* 362.

Corolla hexapetala, germi*n*i imposita; petalis tribus exterioribus ovatis majoribus, interioribus minoribus, emarginatis. Antheræ unco terminatæ.

I. GALANTHUS. LINN. *H. Cliff.* p. 134. *H. Upsal.* p. 73. *Spec. plant.* p. 288. ROYEN. *Lugdb* p. 35.

*Narcisso - Leucoium trifolium minus.* TOURNEF. *Inst.* p. 387. Tab. 208. B. C. SEGUIER. Veron. I. p. 73.

Habitat in *Carniole* sterilibus asperisque montium radicibus, ante hepaticam florens, fidissimus veris nuncius.

Radix carnosa, globosa. Folia perpetuo bina, albis apicibus. Scapus teres, nudus, simplex. Spatha monophylla, uniflora, bifida; segmentis inæqualibus. Flos pendulus, albus. Pedunculus teres. Petala minora, intus virentibus lineis, extus macula terminali lunata, picta. Filamenta capillacea, lineam longa. Antheræ flavæ, stylo appositæ, acumine albo & leniter uncinato. Capsula globosa.

## LEUCOJUM.

LINN. *Gen. plant.* 363.

Corolla sexpartita, germi*n*i imposita; petalis ovatis, apicibus incrassatis. Antheræ sine unco. Locula polysperma.

I. LEUCOJUM spatha uniflora, stylo clavato. LINN. *Spec. plant.* p. 289.

*Leucojum petalis æqualibus.* HALL. *Helv.* p. 284. BOEHM. *Lipf.* 528.

*Narcisso - Leucojum vulgare.* TOURNEF. *Inst.* p. 387. Tab. 208. A. B. SEGUIER. Veron. I. p. 73.

Habitat

Habitat in agro *Labacensi*, verno tempore.

Bulbus cepaceus. Folia Galanthi. Scapus compressus. Flos unicus. Filamenta e glanduloso tubere genita. Stylus divergens; stigmatate viridi, in acum deliente. Germen ovatum. Semina ventricosa, quasi rostrata, in uno loculo usque decem.

2. *LEUCOJUM* spatha multiflora, stylo filiformi.

LINN. *Spec. plant.* l. c.

*Leucojum bulbosum multiflorum.* TABERNEM.

p. 1005.

Habitat in paludosis agri *Labacensis*, circa *Planinam*, & *lacum Zirchnicensem*, Majo & Junio florens.

Folia canaliculata. Scapus pedalis. Spatha multiflora. Pedunculi subteretes, inæquales, penduli, spatha minime longiores. Petala inæqualia; apicibus plica virente notatis. Antheræ filamentorum longitudine. Stylus tenuis, clavatus tamen ut in priorre. Germen triquetrum. Capsula virens.

## IRIS.

LINN. *Gen. plant.* 57.

Corolla sexpartita, germi in imposita; segmentis alternis brevioribus. Stamina tria. Stigmata petalodea, canaliculata.

1. *IRIS* corollis imberbibus, petalis interioribus stigmatate minoribus. LINN. *H. Cliff.* p. 19. *Fl. Svec.*

33. foliis ensiformibus. *Spec. plant.* p. 38.

*Iris laciniis corollæ interioribus stigmatate brevioribus.* BOEHM. *Lips.* 3.

*Iris imberbis, lutea, nervo folii eminente.* HALL. *Helv.* p. 281.

Habitat in fossis circa *Labacium*, & alibi, non rara.

Radix intus rubra. Caulis teres, triflorus. Flos flavus; petalis interioribus linearibus. Germen triquetrum.

Succus radicis denti dolenti admotus juvat. ALLEN. *Syn.* p. 321. quod nondum ipse expertus sum.

2. IRIS corollis imberbibus, germinibus sexangularibus, caule ancipiti, foliis linearibus. LINN. *H. Cliff.* p. 19. *H. Upsal.* p. 17. *Spec. plant.* p. 39. ROYEN. *Lugdb.* p. 18.

*Chamaeiris angustifolia minor.* TABERNEM. p. 1037. radice multicaule.

Habitat in M. *Planina*, *Anas*, aliisque, Junio M. florens.

Caulis compressus, biflorus, semipedalis. Folia caule longiora, graminea, supra medium dilatata. Flores pedunculati. Petala interiora suberecta, pastoris cochlear referentia, violacea, stigmatibus breviora; exteriora canaliculata ad medium flava, infra apicem compressa, dein dilatata in ovale concavum corpus, fundo albo, & cæruleis ramosisque lineis picto. Stigmata divaricata, bifida, apicibus violaceis, sursum versis, alibi subrubra. Germen glabrum, hexagonum, oblongum. Semina ovata, in uno loculo ultra triginta.

## GLADIOLUS.

TOURNEF. *Inst.* p. 55. *Tab.* 190.

Corolla sexpartita, gemini imposita; laciniis inæqualibus. Stamina tria. Semina subrotunda, calyptra involuta. LINN. *Gen. plant.* 47.

1. GLADIOLUS foliis ensiformibus, floribus distantibus. LINN. *Spec. plant.* p. 36.

*Gladiolus foliis ensiformibus.* LINN. *H. Cliff.* p. 20. *H. Upsal.* p. 16. HALL. *Helv.* p. 279. BOEHM. *Lips.* 100.

*Gladiolus cule simplicissimo, foliis ensiformibus.* ROYEN. *Lugdb.* p. 19,

*Gladiolus floribus uno versu dispositis major & procerior, flore purpureo-rubente.* TOURNEF. Inst. 365, SEGUIER. Veron. 2. p. 59.

Habitat circa *Vipaccum, S. Vichum, Planinam, Kramburgum*, sed magna copia circa *lacum Zirchnicensem*.

Radix ut in Croco. Caulis anceps. Flores sessiles, heteromalli, rubri, lacinia suprema minore, tribus infimis longioribus crenatis. Germen subtriquetrum, subrotundum, spatha bifolia exceptum.

## ALLIUM.

HALL. de *Ally Genere Naturali*.

Spatha multiflora. Petala sex, germini circumposita, Stamina sex. Stylus unicus, stigmate acuto. Semina plura, nigra. Odor singularis.

I. ALLIUM caule teretifolio bulbifero, foliis scabris semiteretibus, subtus fulcatis. LINN. *Spec. plant.* p. 299.

*Allium umbella bulbifera, vagina bicorni, foliis teretibus.* HALL. de Allio. n. 26.

*Cepa capite bulbifero, vagina longissime caudata.* HALL. Helv. p. 296.

*Porrum radice solida, caule erecto, capitulo bulbifero.* ROYEN. Lugdb. p. 40.

Carniol. *Davye Tzessen*.

Habitat in aridis locis, circa hortos, & in his.

Spatha bifida, cornibus inæqualibus, digito longioribus. Pedunculi fistulosi, aqua pleni, quæ, e ruptis effluit guttæ in modum, e viridi & bulbosa basi geniti. Stamina & stylus, corolla longiora fiunt, post evulsam quoque radicem. Petalorum dorso tuberculis sinuatis aspera sunt. Filamenta infra medium papillis lateralibus tanquam spinulis hirta. Bulborum bases dentatæ.

Alliorum spathas integerrimas dirumpunt aucta & urgentia capitula; contra vero nulla vis urgens intra capsulas, quæ statuto tempore semina fundunt. Sed etiam nuda semina a proprio & succulento thalamo in vegetis quoque plantis sæpius abscedunt, ubi nulla irritatio aut alimenti inopia locum habet. Quænam ergo est causa partus in plantis? Ea certe, quæ graminum folliculos florendi tempore dilatat, & quæ caules e radicibus, ac flores e caulibus certo tempore educit, infinita nempe sapientia, quæ posuit limites humanæ menti, legesque naturæ latas admirari potius a nobis, quam intelligi voluit & explicari.

2. **ALLIUM** scapo nudo ancipiti, foliis linearibus canaliculatis subtus subangulatis, umbella fastigiata. LINN. *Spec. plant.* p. 300. nomen non autem synon.

Habitat ad montium radices inter *Idriam utramque*, Augusto M. florens.

Radix transversa, oblonga, extus sanguinea, tunicata, pluribus albidis involuta tunicis, e basi longe radicata. Scapus pedalis, basi procumbens, subangulatus, durus, plenus, glaber, foliis tenuior. Folia radicalia, linearia, glabra, canaliculata, in senio explanata, scapo longiora, duo & tria, subtus angulo notata. Umbella subrotunda, sine bulbis. Spatha pallida, ovata, acuminata, pedunculis brevior. Peduncululi ad 20. uncia breviores, luteo-virentes. Petala albivirentia lanceolata, patula. Staminum filamenta subulata, basi libera, petalis breviora; antheræ flavæ. Capsula virentibus angulis, albis vallibus. Semina triquetra, in uno loculo bina. Odor Allii.

Inter Allia Halleriana nullum invenio, quod huic omnino aptari queat.

3. **ALLIUM** scapo nudo semicylindræo, foliis lanceolatis petiolatis, umbella fastigiata. LINN. *Spec. plant.* p. 300.

*Allium foliis lanceolatis, scapo nudo semicylindraceo, bulbo setis obvallato.* LINN. Fl. Svec. 263.

*Allium foliis lanceolatis, floribus umbellatis.* ROYEN. Lugdb. p. 39. HALL. de All. n. 32. Helv. p. 297. GMELIN. Sibir. I. p. 49. BOEHM, Lips. 536.

Habitat circa *Idriam* in fylvis.

Folia scapi longitudine. Vagina subvirens, explicatis floribus decidens. Flores ad 20. Stamina petalorum unguibus inserta, stylo breviora. Locula monosperma. Semen subovatum.

## II. *Nuda.*

# ERYTRONIUM.

LINN. *Gen. plant.* 375.

Corolla hexapetala, germi circumposita; petalis lanceolatis, e medio reflexis, alternis basi dentatis. Capsulæ locula polysperma.

I. ERYTRONIUM. LINN. *H. Cliff.* p. 119. *H. Upsal.* p. 82. *Spec. plant.* p. 305. GMELIN. *Sibir.* I. p. 39. ROYEN. *Lugdb.* p. 30. HALL. *Helv.* p. 290.

Habitat circa *Idriam* in asperioribus fylvis.

Radix carnosâ, alba, oblonga, acuminata TOURNEF. *Tab.* 202. F. Folia radicalia, patentia, elliptica, acuminata, maculosa, petiolis scapum ambientibus. Scapus teres, supra medium ruber. Flos unicus, nutans. Petala purpurea; unguibus alternis albo-virentibus & jugo carnosâ nectarifero præditis, e quo bini paralleli nervuli sursum propagantur. Filamenta alba, antheris rubris demum atris breviora. Stylus divergens, stigmate papillis exiguis numerosissimis aspero. Germen ovatum, virens. Capsula subovata.

CON-

## CONVALLARIA.

LINN. *Gen. plant.* 383.

Corolla monopetala, staminifera, continens germen. Bacca immatura maculata.

## 1. CONVALLARIA acaulis bifolia, scapo nudo.

*Convallaria scapo nudo.* LINN. *Fl. Lapp.* 113.

*H. Cliff.* p. 124. *Fl. Svec.* 273. *Mat. Med.* 167.

*Spec. plant.* p. 314. ROYEN. *Lugdb.* p. 26.

GMELIN. *Sibir.* 1. p. 34.

*Convallaria.* BOEHM. *Lipsf.* 62.

*Polygonatum bifolium, scapo florifero aphylo,*

HALL. *Helv.* p. 286.

Carniol. *Schimarniza.*

Habitat in pascuis asperis & ficcis.

Major pars florum perit sine fructu.

Nullum inter Lilia majorem salis essentialis & olei volatilis tenuissimi copiam continet, stimulat itaque valide & flaccidas fibras erigit, laudata exinde in mucicopia tunicam Schneiderianam obruente, quam flores pulverifati, excitata sæpius sternutatione, egregie expediunt; Cavendum vero est ab iis aliisque acrioribus in Coryza, quæ a lævi inflammatione, ductus excretorios, & mucosis cryptis in cava narium tenue & in lemmas demum concrefcens liquidum assiduo stillantes, comprimente aut obstruente dependet.

## 2. CONVALLARIA foliis alternis amplexicaulibus, caule ancipiti, pedunculis axillaribus unifloris.

LINN. *Mat. Med.* 168. *Spec. plant.* p. 315.

*Polygonatum foliis alternis, petiolis pendulis unifloris.* HALL. *Helv.* p. 287.

Habitat in asperis & saxosis.

## 3. CONVALLARIA folis amplexicaulibus, caule tereti, pedunculis axillaribus multifloris.

LINN. *Spec. plant.* p. 315.



*Polygonatum foliis alternis, petiolis pendulis multifloris.* HALL. Helv. p. 287. BOEHMIVS Lipf. 61.

Habitat cum priore.

Baccæ locula monosperma.

Utraque convenit caule simplici, erecto. Foliis alternis, oblongis, sursum veris, amplexicaulis. Pedunculis heteromallis, pendulis, axillaribus, nudis. Corolla alba, basi angustiore, oblonga, segmentis viridibus. Filamentis pilosis.

In notis meis reperio Convallariam secundam caule angulato & pedunculis unifloris atque multifloris in uno loco, eamque rursus in alio, caule tereti, & pedunculis multifloris, inventam fuisse; seu a tertia specie non differre. Nolui tamen ex unico exemplo litem movere toti Botanicorum Orbi.

Utriusque radice in contusionibus feliciter semper usus sum hæctenus.

4. CONVALLARIA foliis verticillatis. LINN. *Fl. Lapp.* 114. *H. Cliff.* p. 125. *Fl. Svec.* 215. *Spec. plant.* p. 315. ROYEN. *Lugdb.* p. 26.

*Polygonatum foliis verticillatis.* HALL. Helv. p. 288.

Habitat in fylvis elatioribus.

Caulis teres. Folia lanceolata. Pedunculi di- & triflori. Bacca subtriquetra, punctis rubris exiguis maculata, trilocularis; loculis monospermis.

5. CONVALLARIA foliis cordatis. LINN. *Fl. Lapp.* 113. *H. Cliff.* p. 125. *Fl. Svec.* 276. *Spec. plant.* p. 316. ROYEN. *Lugdb.* p. 26.

*Unifolium variorum scriptorum.* HALL. Helv. p. 288.

*Smilax unifolia, humillima.* TOURNEF. *Inst.* p. 654. BOERRH. *Ind.* 2. p. 64.

Habitat in fylvis, passim.

Folia cordata. Racemus terminalis, nudus. Pedunculi simplices, solitarii & binati. Corolla reflexa, quadrifida. Styli duo; unde ratio novi Generis contra Naturam.

## ASPARAGUS.

TOURNEF. *Inst.* p. 382. *Tab.* 154.

Corolla monopetala, germen continens, ad basin usque in sex alterne breviora segmenta divisa. Bacca sphaerica disperma.

1. ASPARAGUS caule herbaceo erecto, foliis setaceis, stipulis paribus. LINN. *Fl. Svec.* 272. *Mat. Med.* 169. *H. Cliff.* p. 121. *Spec. plant.* p. 313. ROYEN. *Lugdb.* p. 28.

Habitat prope *Idriam* circa *Bruschische*.

Folia fasciculata, setacea; bracteis obsoletis. Flos non ex ala sed latere folii; pedunculo subrubro. Stamina sex, alterne breviora.

Sylvestris hæc radix, arenosa loci natalis indole ab heterogeneis, pinguibus & glutinosis particulis, quæ scopo diuretico minus favent, liberata, sativa longo præstantior est.

## FRITILLARIA.

TOURNEF. *Inst.* p. 372. *Tab.* 201.

Corolla hexapetala, germen continens; petalis in cylindrum ordinatis, postice angulatis. Semina plana, in duos ordines, in quolibet loculo, distributa.

1. FRITILLARIA scapo unifloro, foliis alternis.

*Fritillaria foliis omnibus alternis.* LINN. *Spec. plant.* p. 304.

*Fritillaria radice depressa.* ROYEN. *Lugdb.* p. 30. HALL. *Helv.* p. 290.

Habitat in paludosis circa *Oberlautach*.

Radix subrotunda, inter binas compressas sedens. Scapus teres, uniflorus, foliosus. Folia lanceolato-lineararia, alterna, usque quinque. Flos nutans. Petala æqualia, lanceolata, rubra, albis & tetragonis maculis picta, sine fovea. Filamenta convergentia; antheris erectis, flavis, stylo terminatis.

Rustici decocto florum ova tingunt colore nigro.

## LIRIUM.

ROYEN. *Lugdb.* 371.

Corolla hexapetala, germen continens; petalis sulco longitudinali ad basim insculptis, quem *Nectarium* vocat LINN. *gen. plant.* 329. Semina plana, gemino ordine incumbentia in quolibet loculo. TOURNEF. *Tab.* 195. E. F.

1. LIRIUM (*Lilium*) foliis verticillatis, floribus reflexis, corollis revolutis. LINN. *H. Cliff.* p. 120. *H. Upsal.* p. 81. *Spec. plant.* p. 303. ROYEN. *loc. cit.* GMELIN. *Sibir.* 1. p. 44. HALL. *Helv.* p. 289. BOEHM. *Lips.* 527.

Carniol. *Massunze.*

Habitat in montanis herbis, & in sylvis.

Radix flava. Fructus hexagonus; angulis acutis, basi tenuior. Semina in unica serie ultra 24, ergo ad 50. in uno loculo.

Radix Lilio candido substitui potest.

2. LIRIUM (*Lilium*) foliis sparsis lanceolatis, floribus reflexis, corollis revolutis. LINN. *H. Cliff.* p. 120. *H. Upsal.* p. 81. *Spec. plant.* p. 302.

*Lilium Bizantinum minutum.* BAUHIN. *Pin.* p. 78.

Habitat in *Monte Planina auf die Kobalische Almen*, & circa *Konumblam*, prope *Idriam*, passim etiam in *M. Anas* altioribus jugis & sylvis, nec non in Montibus circa *Portquelb.*

Bulbus

Bulbus albus. Caulis cubitalis, glaber, teres. Folia sparsa, digiti medii longitudine, lanceolata, superne glabra, inferne ad parallelos nervos villosa, congesta. Pedunculi usque tres, nudi, folio longiores. Flos minii coloris, Martagone major, petalis infra medium scabritie atra leprosis, apicibus tomentosis, revolutis, longitudine subjecti folii, postice & alterne deorsum gibbis & basi dentatis. Filamenta luteovirentia; antheris miniato polline plenis.

3. LIRIUM (*Lilium*) foliis sparsis, floribus campanulatis erectis: intus scabris. LINN. *H. Cliff.* p. 120. *H. Upsal.* p. 80. *Spec. plant.* p. 302. HALL. *Helv.* p. 777.

Carniol. *Lilie.*

Folia lanceolato-lineararia, sparsa. Scabrities fit papillis apice rubris & dilatatis, versus petali basim ramosis.

In varietate baccifera, folii nervus decurrens est; tomentum rarum scapum & folia tegit; alæ baccam sessilem, nitidam, nucleo foetam, subrotundam gerunt. Varietas vero baccis destituta, scapum glabrum, & folia ad nervos unice tomentosa possidet.

Malvacea, anotyna, & insulsa mucilagine Lillii radix abundat adeo blanda ut inflammato quoque margini palpebrarum applicari possit sola, ad vasa emollienda, aut Croco mixta, ad resolutionem sensim promovendam BOERRHAV. *præl. de morb. ocul.* Cap. 2. Princeps enim est inter externa emollientia, & suppurantium remediorum fidissima comes.

## ASPHODELUS.

TOURNEF. *Inst.* p. 379. *Tab.* 178.

Corolla monopetala, germen continens. A. B. Nectarium ex valvulis sex germen tegentibus. Semina triquetra. LINN. *Gen. plant.* 335.

I. ASPHO-

1. ASPHODELUS caule nudo, foliis ensiformibus carinatis lævibus. LINN. *Mat. Med.* 172. *Spec. plant.* p. 310.

*Asphodelus caule nudo, foliis laxis.* LINN. *H. Cliff.* p. 127. ROYEN. *Lugdb.* p. 24.

*Asphodelus albus non ramosus.* BAUHIN. *Pin.* p. 23. TOURNEF. *Inst.* p. 343. SEGUIER. *Veron.* 2. p. 49.

Habitat in M. S. *Catharinæ* circa *Bekerische*.

Caulis tortilis: Filamenta villosa. Pedunculi petalis breviores. Capsulæ locula tetragona, disperma: Seminum tunica hinc simplex, hinc duplicata.

## SCILLA.

LINN. *Gen. plant.* 337.

Corolla hexapetala, germen continens, cum stylo decidua. Semina subrotunda.

1. SCILLA radice solida, floribus erectis paucis. LINN. *H. Cliff.* p. 123; *Spec. plant.* p. 309. ROYEN. *Lugdb.* p. 33.

*Phalangium radice subrotunda, paucifolium & pauciflorum.* HALL. *Helv.* p. 292.

*Ornithogalum bifolium germanicum, cæruleum:* TOURNEF. *Inst.* p. 380.

Habitat circa *Idriam* frequens. Martio M.

Radix globosa. Folia duo radicalia, scapum vaginantia. Flores ad sex, cærulei, suberecti, longe pedunculati, nudi. Petala oblonga, patentia. Filamenta cærulea, glabra, petalis duplo breviora. Germen stylo subulato concolor.

## ORNITHOGALUM.

LINN. *Gen. plant.* 307.

Corolla hexapetala, germen continens, una cum stylo persistens, colorem dimittens. Filamenta om-

nia vel alterna latiora & trifida. Semina receptaculo columnari affixa.

I. ORNITHOGALUM floribus racemosis, filamentis lanceolatis, pedunculis simplicibus.

*Ornithogalum racemo longissimo, filamentis lanceolatis, pedunculis floriferis patentibus æqualibus: fructiferis scapo approximatis.* LINN. Spec. plant. p. 307.

*Ornithogalum spica longissima, filamentis triangularibus.* HALL. Helv. p. 294.

Habitat in collibus herbidis circa *Zirchnitz*.

Bulbus tunicatus. Scapus teres. Racemus longus. Pedunculi patuli, unciales, simplices, squamula suffulti. Petala æqualia. Filamenta subulata, erecta, glabra, basi latiora, stylo breviora. Antheræ polline flavo. Stigma papillis albis, subrotundis, congestis hirtum, trifidum. Capsulæ locula trisperma.

## ANTHERICUM.

LINN. Gen. plant. 336.

Corolla hexapetala, germen continens, immarcescens, patentissima. Stylus persistens. Semina angulata. Si hæ notæ non sufficiant, hunc *Scilla* & *Anthericum* unum genus efficient, ut HALLERO visum est.

I. ANTHERICUM foliis planis, scapo ramoso, corollis planis. LINN. Spec. plant. p. 310.

*Phalangium radicibus teretibus, foliis gramineis, caule spicato nudo, petiolis florum ramosis.* HALL. Helv. p. 292.

Habitat in collibus ficcis, calcario lapide factis.

Radix teres. Folia radicalia. Scapus teres, paniculatus, foliis duplo longior; racemis paucifloris, patentibus, laxis. Pedunculus petalis longior. Petala & stamina alterne breviora; illa alterne acuta

&

& apicibus flavis, hæc glabra, ad basim tenuiora, antherarum polline fulvo. Stylus ad basim tenuior, corolla & staminibus longior. Germen flavum; stigmate villoso. Capsulæ globosæ locula 4. & 5. seminibus nigris, subtriquetris, centro capsulæ affixis, foeta.

## MEMEROCALLIS.

LINN. *Gen. plant.* 345.

Corolla *Liry*. Stamina declinata. Semina subrotunda, unico ordine.

1. **HEMEROCALLIS** scapo ramoso, corollis monopetalis. LINN. *H. Upsal.* p. 88. *Spec. plant.* p. 324.

*Hemerocallis radice tuberosa, corollis monopetalis.* LINN. *H. Cliff.* p. 128. ROYEN. *Lugdb.* p. 26. luteis: GMELIN. *Sibir. I.* p. 37.

EX *sylvis Idriensibus* attulit *Ernestus Freyerius*; *Hydriensis Pharmacopœæ* Provisor diligens.

Radix *Asphodeli* TOURNEF. *Tab.* 179. G. scapus nudus, fistulosus. Folia subtriquetra, radicalia, graminea. Corolla flava, sexfida. Stamina flava; uno versu disposita.

## CLASSIS X.

### SATYRIA.

Cum *Liliis* conveniunt unica cotyledone, radice succulenta, foliis integerrimis & corolla nuda; differunt vero scapo simplici; corolla polypetala & irregulari, staminibus duobus proprie columnæ innatis, antherarum corpusculis cuneiformibus, stylo nullo, germine contorto & semper infra florem, capsula uniloculari trivalvi angulis dehiscente, seminibus scobiformibus plurimis in tres ordines distributis.

## ORCHIS.

HALL. *Helv.* p. 262. *Opusc. Bot.* p. 5.

In hoc Genere omnia confusa sunt. *Orchis* TOURNEFORTII, HALLERI, LUDWIGII complectitur *Satyria* & *Ophrydium* species aliquas LINNÆI, excludit autem *Helleborines* TOURNEFORTII, sola laby figura ab *Ophryde Halleriana* diversas. Sed LINNÆVS perceptu longe difficilior est; confer *Orchidem* & *Satyrium* ejusdem in *Gen. plant.*, heu quam exigua differentia; vide Genus *Herminii* jam destructum, & in *Specieb. Plant.* *Ophrydibus* adjunctum; en *Neotiam* cum *Ophrydibus* denuo conjunctam, *Ophrydibus* autem verissimas *Orchides* sine calcare adjunctas.

Interim Natura clamat *Genera plantarum esse debere naturalia*; cornu in *Orchidibus* ita sensim decrefcere, ut tandem nullum fit; radicis vero, galeæ, aut laby fabricam in hoc Genere ita variare, ut minime sufficiat ad lacerandum Genus naturale, cujus essentiam (ut optime docuit Vir summi Judicii, & sæculi nostri insigne decus ALBERTUS HALLERUS in *Opusc. Botan. loc. cit.*) constituunt *testes globosi, seu glomes filamentorum, quibus spermaticus pollen adheret, bini, reconditi in duobus cucullis. summo ovario insidentibus intra galeam, & quibus stigma, modice aperto canali, ducit in cavum ovarii, & in plurimis Orchidum locum tubæ tenet.*

A. *Bulbis indivisis.*

1. ORCHIS labio lanceolato simplici, cornu setacéo longissimo subangulato.

*Orchis bulbis indivisis, nectarii labio lanceolato integerrimo: cornu longissimo, petalis patentibus.* LINN. *Fl. Svec.* 723. *Mat. Med.* 411. *Spec. plant.* p. 939. DALIB. *Paris.* p. 273.

*Orchis radiceis comcis, labello lingulato simplicissimo.* HALL. *Helv.* p. 266.

*Orchis*



*Orchis alba, bifolia minor, calcari oblongo.*

BAUHIN. Pin. p. 83. TOURNEF. Inst. p. 433.

VAILLANT Paris. p. 151. Tab. 30. fig. 7. ZA-

NICHELL. Ven. p. 196. Tab. 42. fig. 2. SE-

GUIER. Veron. 2. p. 128. Tab. 15. fig. 10.

Habitat in herbidis sterilioribus.

Alæ lanceolatæ cum scuto ovali & labio crucem faciunt. Cucullus labio brevior. Cornu subtetragonum, labio concolor, germine duplo longius. Bractea virens, germine longior, cornu brevior, germi & scapo concolor. Domus staminum vertice viridi, postice tuberculosa, oculis remotis. Antheræ luteæ. Odor gratus.

Ego *Cuculli A. TOURNEFORTII* Tab. 247. petalum supremum 3, voco *scutum*; 2, 4, *opercula*, 1. 5. *alis*; Petalum sextum 8, *labium*; ejusque segmenta, si adsunt, superiora, *brachiola*, inferiora, *cruscula*, minimum inter crura, *spinulam*. Reliquæ floris Orchidei partes jam propria gerunt nomina, sic 7 est *cornu*, aut *calcar*; 8. *germen*, vel *ovarium*; foliolum germi subditum, *bractea*, quam in Tab. 30. & 31. passim pinxit VAILLANTIVS.

2. ORCHIS labio trifido auriculato, cornu fetaceo longissimo tereti.

*Orchis radicibus subrotundis, spica densa, labello æqualiter tripartito, calcare ovarii longitudine.* HALL. Helv. p. 264.

*Orchis purpurea, spica congesta pyramidalis.*

RAY. Syn. 3. p. 377. ZANICHELL. Ven. p.

196. ICON. 42. 64. SEGUIER. Veron. 2. p.

129. Tab. 15. fig. 11.

Habitat circa *Idriam* in *Monte S. Antonii*.

Scapus pedalis. Spica uncialis, densa. Corolla unicolor, rubra & rosea. Scutum & opercula æqualia, approximata; alæ patulæ, descendentes, longiores. Labium trifidum, tuberculis subrotundis exa-

speratum; segmentis planis ovatis integris: medio majore & obtusiore. Prope faciem eriguntur auriculæ obtusæ, pallidiores. Antheræ plumbeæ, filamentis flavis, divergentibus. Cornu acutum, fere rectum, germine longius. Bractea germinis longitudine, labello longior.

3. ORCHIS labio trifido reflexo; laciniis inæqualibus; cornu conico, germinibus brevior.

*Orchis bulbis indivisis, nectarii labio trifido reflexo crenato: cornu brevi, petalis conniventibus.*  
LINN. Act. Upsal. 1740. p. 8. Spec. plant. p. 940. DALIB Paris. p. 272.

*Orchis bulbis indivisis, labello trifido punctato: lacina media majore, cornu germinibus brevior.*  
SAUVAG. Monsp. p. 23.

*Orchis radicibus subrotundis, floribus obsoletis, cimum olentibus, labello retrorsum reflexo.* HALL, Helv. p. 264.

*Orchis hirci odore, minor.* TOURNEF. Inst. p. 433. VAILLANT. Paris. p. 149. Tab. 31. fig. 30. 31. 32. HALL. Hercyn. n. 7. SEQUIER. Veron. 2. p. 128.

Habitat passim in pratis.

Cucullus clausus, operculis linearibus. Labium trifidum, pectore albo & punctis rubris notato, exstante; segmentis obtusis, crenatis, reflexis, sordide virentibus. Cornu convergens, labio longius, supernæ parti cuculli concolor, germine & bractea brevius. Antheræ flavæ. Germen cornu crassius, concolor. Bractea scapo concolor, germine longior. Cimum odor.

4. ORCHIS labio quadrifido maculato: cornu germinibus & bractea brevior.

*Orchis bulbis indivisis, nectarii labio quadrifido punctis scabro: cornu obtuso, petalis distinctis,*  
LINN.

LINN. Act. Upsal. 1741. p. 11. Fl. Svec. 726.  
Spec. plant. p. 941. DALIB. Paris. p. 272.

*Orchis radicibus subrotundis, spica densa, crispulis labelli ampliter divergentibus.* HALL. Helv. p. 263.

*Orchis militaris pratensis, humilior.* TOURNEF. Inst. p. 432. VAILLANT. Paris. p. 149. Tab. 31. fig. 35. 36. SEGUIER. Veron. 2. p. 123. Tab. 15. fig. 4.

Habitat in pratis non rara.

Cucullus clausus, sature ruber. Labium niveum, popillis conicis ubique asperum, quarum illæ, quæ rubræ sunt, puncta constituunt. Cornu lineam longum, cucullo & bractææ concolor. Antheræ flavæ. Germen laby longitudine. Bractæa cornu paulo longior. Gratus odor.

Si labium fuerit immaculatum, tunc ejus superficies cucullo, bractææ, & cornu concolor est.

5. ORCHIS labio quadrifido crenato: cornu obtuso rugoso germinibus brevior.

*Orchis bulbis indivisis, nectarii labio quadrifido crenulato: cornu obtuso.* LINN. Act. Upsal. 1740, p. 8. Fl. Svec. 412. Spec. plant. p. 940. DALIB. Paris. p. 273.

*Orchis radicibus subrotundis, cucullo clauso, lineato, labello ampliter trifido, crenato.* HALL. Helv. p. 266. BOEHM. Lips. 512.

*Orchis radicibus subrotundis, nectarii labio quadrifido, æquali, crenulato, cornu obtuso.* ROYEN. Lugdb. p. 15.

*Orchis morio femina.* BAUHIN. Pin. p. 82. TOURNEF. Inst. p. 433. VAILLANT. Paris. p. 150. Tab. 31. fig. 13. 14. ZANICHELL. Ven. p. 195. Tab. 28. SEGUIER. Veron. 2. p. 125. Tab. 15. fig. 7.

Habitat in herbidis locis.

Folia transversim rugosa. Alæ scuti longitudine, basibus lineatis: lineis virentibus. Labii quadrifidi pectus maculatum, papillis cylindricis & conicis obtusis asperum, brachiolis subcrenatis subrotundis. Cornu corollæ concolor, apice dilatatum, sursum tendens, germine brevius, rugosum. Bractea germine plerumque brevior.

6. ORCHIS labio quadrifido crenato: cornu obtuso lævi, germinum longitudine.

*Orchis radicibus subrotundis, cucullo sparso, labello ampliter trifido, crenato, flore concolore.* HALL. Helv. p. 265. BOEHM. Lips. 511.

*Orchis morio mas, foliis maculatis.* BAUHIN. Pin. p. 81. TOURNEF. Inst. p. 432. VAILLANT. Paris. p. 151. Tab. 31. fig. 11. 12. SEGUIER. Veron. 2. p. 124. Tab. 15. fig. 5.

Habitat in pratis.

Cucullus sparsus, depressus, scuto & alis lanceolatis. Labium latum, maculatum, pectore pallido, laciniis crenatis. Cornu obtusum, crassum, apice dilatatum, non rugosum, cum germine angulum fere rectum efficiens. Bractea corollæ concolor, germine & cornu longior.

Cl. LINNÆVS Orchidem morionem feminam cum mare conjunxit, sed summa diversitas utriusque jubet, ut ab Egregio Viro recedam. Nam *Femine* Folia rugosa. Floris fabrica constantior. Cucullus clausus. Cornu germine brevius, rugosum. Bractea germine plerumque brevior. *Mari* Folia glabra. Floris fabrica mutabilior. Cuculli alæ remotæ, patulæ. Cornu læve. germinis longitudine. Bractea germine perpetuo longior.

Ad corrigendum acre in Dysenteriis, mucilaginem bulborum Orchidis *Salab* dictæ, vel nostratis hujus certo modo præparatæ, laudant DEGNERVS. *Ephem. Nat. Cur. Vol. 5.* apend. CARPOW. de *Orchid.*

**GEOFFROY.** *Mat. Med.* non aliter ac decocta hordei, avenæ, oryzæ, cum tertia parte lactis, liberalissime data. Sed hæc omnia parum juvant, nisi hypecacuana aut Rhebarbaro pro virium mensura sæpius assumptis, vel si debilia & a morbo jam admodum contracta corpora fuerint; clysmatibus ex lacte, terebinthina vitello ovi subacta & Theriacæ semiuncia, evacuata fuerint irritans acrimonia, quæ nulla mucilagine destrui, adstringentibus autem, ante finem morbi datis, omnino insuperabilis reddi potest.

7. **ORCHIS** labio quadrifido maculato ferrato, cuculli petalis majoribus connatis.

Habitat in *Carniola* frequens.

Scapus spithamam longus. Spica brevis, densa, pyramidalis. Flores carnei & rubi. Cucullus ovatus, calcaris longitudine, petalis tribus majoribus infra medium perpetuo connatis ita, ut unicum semitridum faciant; hæ tegunt opercula linearia, apicibus deflexis, crenatis, sese contingentibus. Labium planum, quadrifidum, album, maculis parvis rubris ubique pictum; brachiis obtusis, ad finem latioribus; cruribus longioribus & latioribus, subrotundis, ferratis; spinulam e medio demittentibus. Dominus staminum sature rubra, viridibus antheris, filamentis flavis. Cornu germi adpressum, acutum, apice duntaxat ab ovario recedens. Bractea cornu concolor, ejusdem longitudinis. Germen scapi colore.

8. **ORCHIS** labio quinquefido maculato, bractea colorata cornu & germinibus brevior.

*Orchis bulbis indivisis, nectarii labio quinquefido punctis scabro: cornu obtuso, petalis connatis.* LINN. *Act. Upsal.* 1740. p. 11. *Fl. Svec.* 725. *Spec. plant.* p. 941. DALIB. *Paris.* p. 271.

*Orchis radicibus subrotundis, brachiolis labelli brevioribus, spina ex divisione trunculi eminente.*

HALL. Helv. p. 262. quæ specie non differt ab Orchide 2. 3. 4. ejusdem.

*Orchides.* VAILLANTII. 21. 22. 24. 25. 26.

27. 28. 29. TOURNEF. Inst. Tab. 247. cornu præditæ. SEGUIER. Veron. 2. Tab. 15. fig. 9.

Habitat in herbidis, & sylvis.

Scapi folia tria, lata, pallida, brevia. Corolla postice aquose rubra, intus saturatior. Cornu galea & germine brevior, bractea longior cornu concolor. Labii brachiola cylindrica aut apicibus dilatata; crura modo oblonga, modo ovata.

### B. *Bulbis Palmatis.*

9. ORCHIS labio trilobo crenato, cornu crasso cylindraceo, bracteis flore longioribus.

*Orchis bulbis subpalmatis rectis, nectarii cornu conico, labio trilobo lateribus reflexo, bracteis flore longioribus.* LINN. Act. Upsal. 1740. p. 15. Fl. Svec. 728. Spec. plant. p. 941. DALIB. Paris. p. 274.

*Orchis radicibus palmatis, calcare crasso, germine brevior, labello trifido lineis picta, bracteis flore longioribus.* GMELIN. Sibir. 1. p. 24.

*Orchis palmata latifolia, longis calcaribus,* BAUHIN. Pin p. 85. TOURNEF. Inst. p. 434. VAILLANT. Paris. p. 152. Tab. 31. fig. 1. 2. 3. 4. 5. SEGUIER. Veron. 2. p. 132.

Habitat in pratis montanis.

Bulbi variantes. Folia in scapo quinque. Spica densa. Flores magni. Alæ erectæ. Labium latum, trifidum; launiis subrotundis, crenatis; fauce lineis picta. Cornu crassum, labio longius. Bractea ultra florem extenta. Cæterum color, odor, & alia in hac specie fallacissima sunt; Nam 1. *Corolla flava & inodora* est. Bulbis subrotundis; lacinia labii media minore; cornu curvo, convergente; Domo staminum sub-

subrubra; Bractea virente. 2. *Corolla flava sambucci odore.* Bulbis palmatis, aut subpalmatis; Galeæ petalis ovatis; Laciniis labii æqualibus; Cornu labio longiore, sursum flexo, cylindraceo; Germine scapi colore. 3. *Corolla ochroleuca inodora.* Bulbi subrotundi; Alarum apices conniventes, bases lineatæ; Labii segmenta æqualia, medio leviter emarginato; Cornu cylindraceum. 4. *Corolla rubra inodora.* Solo colore, & fauce luteis lineis exarata differt a. 1.

10. ORCHIS labio trifido; laciniis acutis integris, cornu obtuso divergente germinibus brevior.

*Satyrium bulbis fasciculatis, foliis lanceolatis, nectarii labio trifido acuto: intermedia majore.* LINN. Act. Upsal. 1740. p. 19. Fl. Svec. 733. Spec. plant. p. 944.

*Orchis palmata alpina, spica densa albo-viridi,* HALL. It. Hercyn. n. 41.

*Orchis radicibus palmatis, labello & brevissimo calcare supra cucullum positus.* HALL. Helv. p. 270.

*Pseudoorchis alpina, flore herbaceo.* MICHEL. Gen. plant. p. 30. Tab. 26.

Habitat in *M. Anas.*

Bulbi digitato-palmati. Folia lanceolata, quatuor. Spica densa, biuncialis. Cucullus patens, operculis apice coloratis. Labium trifidum, laciniis lateralibus cornu brevioribus, media longiore. Cornu apice dilatatum, cucullo & labio brevius. Bractea virens, cornu longior.

11. ORCHIS labio trifido maculato: cornu conico germinibus brevior.

*Orchis bulbis palmatis patentibus, nectarii cornu germinibus brevior: labio plano, petalis dorsalibus erectis.* LINN. Act. Upsal. 1740. p. 14. Fl. Svec. 729. DALIB. Paris. p. 274.

*Orchis radicibus palmatis, calcare crasso, ovario breviori, labello lineis picto.* HALL. Helv. p. 272. BOEHM. Lipf. 515.

Habitat in umbrosis, & sylvestribus locis, non rara.

Descriptionem & absolutam Synonymiam lege apud Eruditissimum HALLERVM loc. cit.

### C. *Bulbis fasciculatis.*

12. ORCHIS labio trifido: laciniis acutis integris, cornu divergente obtuso germinibus brevior.

*Satyrium bulbis fasciculatis, foliis lanceolatis, nectarii labio trifido acuto: intermedia majore.* LINN. Act. Upsal. 1740. p. 19. Fl. Svec. 733. Spec. plant. p. 944.

*Orchis palmata, alpina, spica densa, albo-viridi.* HALL. It. Hercin. n. 41.

*Orchis radicibus palmatis, labello & brevissimo calcare supra cucullum positus.* HALL. Helv. p. 270.

*Pseudo-Orchis alpina, flore herbaceo.* MICHEL. Gen. plant. p. 30. Tab. 26.

Habitat in M. Anas.

Specimina nostra cum icone *Micheliana* consentiunt radicibus cylindraceis, non vero palmatis. Folia lanceolata, usque quatuor in scapo semipedali. Spica biuncialis, densa. Cucullus patens; operculorum apicibus coloratis. Labium trifidum: lacinia media cornu longiore, lateralibus brevioribus. Cornu corollæ concolor, apice dilatatum, cucullo & labio brevius. Bractea virens, cornu longior.

## OPHRYS.

Stamina in substantia styli collocata, cucullis membranaceis *Orchidum* destituta, essentiam constituunt.



1. OPHRYS bulbo fibroso, caule folioso labii obtusi concavi maculis geminis.

*Helleborine floribus obsolete carneis, labello obtusa.* HALL. Helv. p. 275.

Habitat in paludosis Carniolæ frequens.

Folia tria & plura. Petala interius subrubra, exterius ovarii colore. Labium petalis longius; parte pendula integerrima, obtusa, subrotunda, alba, crenata, concava, notata binis tumoribus, quorum bases flavæ dorſa vero acuminata sunt. Stamina flava.

2. OPHRYS bulbo fibroso, caule folioso, labii sulcati macula semilunari.

*Helleborine longifolia, floribus magnis, paucis, purpureis & albis.* HALL. Helv. p. 274. 275.

Habitat in herbidis collibus & sylvis.

Scapus longus. Folia lanceolata. Flores pauci. Petala lanceolata, glabra. Labii pars pendula canaliculata, sulcis quinque exarata, villis flavis in semilunare corpus congregatis notata. Germen glabrum.

3. OPHRYS bulbo fibroso, caule folioso, labii acuminati plani macula cordiformi.

*Helleborine floribus ex viridi & purpureo variis, labello acuminato, foliis brevissimis.* HALL.

Helv. p. 275.

Habitat in sylvis frequens.

Cl. LINNÆVS has tres species in unum conjunxit, dixitque *serapiadem bulbis fibrosis, nesciarum labio obtuso crenato petalis brevioribus*. Spec. plant. p. 949. cum vero non omnes labio obtuso & petalis brevioribus gaudeant, aliisque notis inter se differant, ita de novo separavi; Huic enim sunt Folia ovato-oblonga, sensim angustiora, sub floribus linearia, usque decem; Superficies caulis supra medium, pedunculi & germana, villo brevi & denso adspersa. Color homogeneus floris, pedunculi, germinis. Petala duo interiora, la-

bio acuto, reflexo, planiusculo, breviora; cujus medium cordiformis tumor occupat.

4. OPHRYS bulbis fibroso-fasciculatis, caule vaginato, nectarii labii bifido. LINN. Spec. plant. p. 945.

*Nessia bulbis fasciculatis, nectarii labio bifido.* LINN. Act. Upsal. 1740. p. 33. Fl. Svec. 742. DALIB. Paris. p. 277.

*Ophrys aphylla.* HALL: Helv. p. 278. GMELIN. Sibir. I. p. 25.

*Nidus avis.* TOURNEF. Inst. p. 438. Tab. 250. VAILLANT. Paris. p. 144. BOEHM. Fl. Lips. 522.

Habitat in sylvis nostratibus passim.

Longitudo petalorum una, latitudo medii alarumque major. Labellum longum, semibifidum; segmentis ampliter divergentibus, apice dilatatis; crenatis. Domus staminum ut in *Helleborine* TOURNEF. Germen subrotundum, pedunculatum. Bractea germine paulo brevior. Color ligneus, homogeneous.

5. OPHRYS bulbo fibroso, caule bifolio, foliis cordatis. LINN. Spec. plant. p. 946.

*Ophrys foliis cordatis.* LINN. Fl. Lapp. p. 247. Fl. Svec. 739. GMELIN. Sibir. I. p. 25.

Habitat in elatioribus abjetinis sylvis circa *Idriam* supra *Prindl*.

Funiculi albi, simplices, longi, radicem faciunt. Folia sunt sessilia, opposita, cordata, bina. Spica laxa. Flores pallide rubicundi. Cuculli petala linearia, germine breviora. Labium bifidum; crusculis divergentibus. Antheræ flavæ. Germen subrotundum, angulatum: angulis rubris. Bractea pedunculo brevior.

6. OPHRYS bulbo fibroso, caule bifolio, foliis ovatis, labio bifido. LINN. Spec. plant. p. 946.

*Ophrys foliis ovatis.* LINN. H. Cliff. p. 429.  
 Act. Upsal. 1740. p. 28. Fl. Svec. 738.  
 ROYEN. Lugdb. p. 15. HALL. Helv. p. 277.  
 GMELIN. Sibir. 1. p, 25. DALIBARD. Paris.  
 p. 278.

Habitat in herbidis depressis collibus *Carniolæ* frequens.

Folia ovata, glabra. Caulis supra folia villosus, squamosus. Spica longa. Flores virides, patentes. Petalorum cuculli longitudo eadem. Labium introflexum, germine longius: pectore nitido. Stamina tecta lamina subrotunda, lutea; filamentis triquetris, peculiari situ positis. Germen ovatum. Bractea pedunculo longior odor, qui rerum mucore vitiatum.

## SERAPIAS.

LINN. *Gen. plant.* 825.

Labii initium cavum, reliqua pars pendula, integerrima, minor. Stamina nuda. Cornu nullum.

1. SERAPIAS bulbis fibrosis, floribus secundis, labello planiusculo, petalis ovatis.

*Helleborine floribus ex viridi & purpureo variis, labello acuminato, foliis brevissimis.* HALL.  
 Helv. p. 275.

Habitat in sylvis.

Folia oblonga, septem ad decem in scapo lanuginoso. Flores heteromalli, penduli, atro-rubri, ultra 20. Pedunculi & germina lanuginoso-villosa, florum colore. Petala lanuginosa, alæ labio longiores. Labium non sulcatum, crenulatum, acumine deflexo, cordiformi tumore in medio præditum, basi virente & subrotunda. Stamina pallide lutea, basi connexa. Bractea pedunculo longior.

2. SERAPIAS bulbis fibrosis, floribus sparsis, labello planiusculo, petalis ovatis.

Habi-

Habitat in elatioribus fylvis.

Differt a priore, scapo non villoſo. Floribus ſparſis, nullo villo aut lana tectis. Petalis albo-virentibus. Labio albo, cordato, acumine minus reflexo. Germine viridi.

3. SERAPIAS bulbis fibroſis, floribus ſparſis patulis; labello concavo petalis longiore.

*Helleborine floribus obſolete carneis; labello obtuſo.* HALL. Helv. p. 275.

Habitat in pratis paludofis.

Folia tria & plura. Flores remoti, pauci. Petala inæqualia; intus ſubruba, extus colore germinis. Labellum iis longius, binos dentes prope domum ſtaminum erigens, rubris ſtriis exaratos; ſegmentum ultimum album, cavum, ſubrotundum, obtuſum, tumoribus binis flavis prope baſim ſignatum.

4. SERAPIAS bulbis fibroſis; floribus ſparſis, petalis lanceolatis, labello ſulcato.

*Helleborine longifolia, floribus magnis; paucis, purpureis & albis.* HALL. Helv. p. 274. 275.

Habitat in montibus humilioribus; & fylvis.

Caulis glaber. Labellum antice canaliculatum, quinque ſulcis exavatum, initio villoſo; villis in corpus ſemilunare congregatis, flavis. LINNÆVS has omnes in unam ſpeciem conjunxit, dixitque *Serapiadem bulbis fibroſis, neſtarii labio obtuſo crenato petalis brevioris* quæ definitio nec convenit omnibus, nec omnes commode conjungi poſſunt.

## CLASSIS XI.

### FRUCTIFLORÆ.

**G**erminis ſitus ut in *Satyriis*, nempe infra receptaculum, cui innafcitur corolla regularis calyce inſtructa, aut calyx ſolus, ſtaminibus ex ipſa corolla, aut receptaculo genitis.

I. *Capsuliferae.*  
**EPILOBIUM.**

LINN. *Gen. plant.* 426.

Calyx tetraphyllus, deciduus. Petala quatuor. Stamina octo, alterna breviora. Stylus unicus; stigmatate quadrifido. Capsula longa, quadrilocularis, quadrivalvis. Semina oblonga, utrinque acuminata, papposa.

1. **EPILOBIUM** foliis oppositis lanceolatis ferratis. LINN. *H. Cliff.* p. 145. *Fl. Svec.* 305. *Spec. plant.* p. 347. ROYEN. *Lugdb.* p. 251.

*Chamænerion floribus ex alis sessilibus, foliis lanceolatis dentatis villosis.* BOEHM. *Lips.* 298.

*Epilobium foliis longis, dentatis, villosis, flore magno.* HALL. *Helv.* p. 410.

*Chamænerion villosum, magno flore purpureo.* TOURNEF. *Inst.* p. 303. BOERRHAV. *Ind.* 1. p. 317.

Habitat in paludosis, & circa aquas.

Folia sessilia. Calyx corolla duplo minor. Stylus declinatus.

2. **EPILOBIUM** foliis oppositis ovatis dentatis. LINN. *Fl. Lapp.* 147. *H. Cliff.* p. 145. *Fl. Svec.* 306. *Spec. plant.* p. 348. ROYEN. *Lugdb.* p. 251.

*Chamænerion floribus ex alis sessilibus, foliis ovatis, ferratis, hirsutis.* BOEHM. *Lips.* 299.

*Epilobium foliis ex ovato-lanceolatis, ferratis, levissime hirsutis.* HALL. *Helv.* p. 409.

*Chamænerion glabrum, majus.* TOURNEF. *Inst.* p. 303. BOERRHAV. *Ind.* 1. p. 317.

Habitat in cultis & sterilibus.

Calyx corolla paulo minor. Folia modo glabra, modo hirsuta. Antheræ etiam in hac specie, dum pollen effundunt, ad quadrifidum stigma pulcherrime connivent.

3. **EPILOBIUM** foliis alternis linearibus, stylo declinato.

*Epilobium foliis sparsis lineari - lanceolatis.*

LINN. Spec. plant. p. 347.

*Epilobium spicatum, foliis integerrimis, linearibus, fasciculatis.* HALL. Helv. p. 408.

*Chamænerion angustifolium, alpinum, flore pureo.* TOURNEF. Inst. p. 302.

Habitat circa *Idriam* in elatioribus fylvis.

Caulis lignosus, glaber, subruber. Folia glabra, sessilia, integerrima, linearia. Calyx lineatus. Petala integerrima, pedunculo breviora. Stamina cum stylo declinata. Germen teretiusculum. Semina flava.

## CIRCÆA.

TOURNEF. Inst. p. 301. Tab. 155.

Calyx bifolius, deciduus. C. Petala duo, cordiformia. A. Stamina duo. Stylus unicus; stigmatibus subrotundo. Germen villis uncinatis hispidum, ovatum. Capsula bilocularis; loculis monospermis E. F.

1. **CIRCÆA** foliis oppositis ellipticis subvillosis integris.

*Circæa caule erecto, racemis pluribus.* LINN.

Spec. plant. p. 9.

*Circæa major, foliis longioribus, obiter crenatis.* HALL. Helv. p. 456.

Habitat in ruderatis, & circa sepēs.

Caulis ramosus, villosus, cubitalis. Folia prædicta. Racemi plures. Stamina calyce & stylo longiora.

2. **CIRCÆA** foliis alternis cordatis dentatis glabris.

*Circæa caule ascendente, racemo unico.* LINN.

Spec. plant. p. 9.

*Circæa minima, foliis brevioribus, dentatis.* HALL. Helv. p. 456.

*Circæa*

*Circæa parva, minima.* SITA in nemoribus circa *Fozam*.

*Circæa alpina minor.* HERMAN. Lugdb. p. 150.

SEGUIER. Veron. 1. p. 326.

Habitat in umbrosis & asperis sylvarum latebris.

Caulis semipede non longior, glaber, ad basim & nodos ruber, simplex plerumque. Folia cordata; petiolis canaliculatis, folio brevioribus. Racemus terminalis. Stamina longitudine calycis, stylo longiora.

## PHYTEUMA.

LINN. *Gen. plant.* 203.

Calyx monophyllus, quinquefidus. Petalum stellatum, a basi sursum in lacinias quinque lineares dehiscens. Stamina quinque. Stylus unicus. Capsula polysperma, bi- & trilocularis.

1. *PHYTEUMA* capitulo subrotundo, foliis serratis, radicalibus cordatis. LINN. *Spec. plant.* p. 170.

*Rapunculus foliis imis cordatis, superioribus oblongis, serratis, spica ovali.* HALL. Helv. p. 498. BOEHM. Lips. 156.

Habitat in sylvis, ad rupes.

Caulis teres. Folia radicalia cordata, superiora lanceolata, suprema linearia. Petiolus folio longior. Capitulum foliis longis infidens. Flos folio exceptus. Stigma papillis hirtum. Capsula trilocularis.

2. *PHYTEUMA* spica oblonga capsulis bilocularibus, foliis radicalibus cordatis. LINN. *Spec. plant.* p. 171.

*Rapunculus foliis imis cordatis, superioribus angustis, spica cylindrica longissima.* HALL. Helv. p. 498. BOEHM. Lips. 155.

Habitat in pratis, & sylvis.

Foliorum petioli decurrentes. Stamina basi villosa, in antheris sphaerulæ rubræ. Stylus villosus. Capsula bilocularis. Semina ruffa, ovata, nitida.

## CAMPANULA.

TOURNEF. *Inst.* p. 108. *Tab.* 37.

Calyx quinquefidus. Petalum campanulatum A. B. fundo clauso valvis quinque acutis, staminiferis. Stamina quinque. Stylus unicus, stigmate trifido. Capsula tri- & quinquelocularis, polysperma, e foraminibus lateralibus K. O. emittens semina.

1. CAMPANULA caule tereti simplici, foliis sessilibus lanceolatis hispidis, floribus sessilibus lanuginosis subiecto folio brevioribus.

*Campanula hispida, racemo ovato oblongo terminali, caule simplicissimo, foliis lanceolato linearibus.*

LINN. *Spec. plant.* p. 167.

*Campanula floribus lanuginosis, in densissimam spicam conicam congestis.* HALL. *Helv.* p. 493.

*Campanula alpina, echioides, pyramidata.* TOURNEF. *Helv.* p. 109.

Habitat in Alpibus Carniolæ superioris.

Calyx profunde incisus, erectus. Corolla pentagona, aquose flava, intus & extus lanuginosa.

2. CAMPANULA caule tereti simplici, foliis lanceolatis hispidis: imis petiolatis, floribus sessilibus externe glabris subiecto folio longioribus.

Habitat in M. Anas.

Differt a priore foliis imis petiolatis. Corollis pallide rubris, externe glabris, folio proprio longioribus. Spica rariore.

3. CAMPANULA caule tereti, foliis ovato-lanceolatis hispidis, floribus solitariis fecundis pendulis.

*Campanula foliis cordato-lanceolatis, caule ramoso, floribus secundis sparsis.* LINN. *Virid. Cliff.*



p. 17. Spec. plant. p. 165. ROYEN. Lugdb. p. 246. DALIB. Paris. p. 66.

*Campanula urticæ foliis minor, floribus reflexis & unico ordine dispositis, flore cæruleo.* PONTED. Comp. p. 74. SEGUIER. Veron. supplem. p. 100.

Habitat circa muros & siccis in locis.

Caulis bipedalis, teres, ruber, subvillosus. Folia dentata, utrinque hispida, in petiolum decurrentia. Flores unilaterales, penduli, solitarii, ex alis foliorum linearum; pedunculis diphyllis. Capsula hispida, subrotunda, pendula, trilocularis, pedunculo longior, dentibus calycinis reflexis, lineari-lanceolatis.

4. CAMPANULA caule unifloro tereti, foliis imis subovatis crenatis, superioribus lanceolatis.

Habitat in summo vertice M. Anas.

Caulis cubitalis, simplex. Folia longa, glabra, firma, subtus rubra. Flos unicus, suberectus, glaber, rubro-cæruleus, ampliter campanulatus. Calycina segmenta reflexa, lanceolata. Ergo differt a *Campanula uniflora* LINNÆI.

5. CAMPANULA caule angulato, foliis imis ovatis ferratis glabris, germinibus decagonis.

*Campanula foliis omnibus ferratis, imis cordatis, superioribus lanceolatis.* HALL. Helv. p. 495.

*Campanula foliis radicalibus reniformibus, caulinis linearibus.* LINN. Fl. Lapp. p. 83. Fl. Svec. 176. H. Upsal. p. 65. Spec. plant. p. 163. ROYEN. Lugdb. p. 247. DALIB. Paris. p. 66.

Habitat in Alpibus *Carniolæ* prope *Kramburg*.

Ubi folia vidi longe petiolata, subovata & cordata in caulibus sterilibus: in floriferis vero ima oblonga, superiora linearia. Caules unifloros & multifloros. In sabulosis autem collibus inter *Hydriam* utramque supra viam oppositam *Malei aquæductibus*. Caules sunt multiflori foliis imis ovatis, per petio-

lum decurrentibus, deciduis, superioribus lanceolatis, supremis linearibus; sed folia reniformia Linn; cordata HALL; rotunda BAUHIN. nondum vidi, etsi credam folia in hac specie mirifice variare, & omnia in unam speciem conjungi posse, si cum meis varietatibus conveniant Caulibus ex una radice pluribus, cespitosis, sterilibus & floriferis, angulatis, glabris, erectis, pedem nunquam longis. Foliis firmis, glabris, in caule congestis & angustioribus. Pedunculis longis. Campanula cærulea, oblonga, ore non valde patulo. Calyce splendente, decem obtusis inæqualibus angulis sulcato, glabro; dentibus linearibus, erectis, germine longioribus.

6. CAMPANULA caule angulato simplici, floribus sessilibus, capitulo terminali. LINN. *Virid. Cliff.* p. 16. *Fl. Svec.* 188. *Spec. plant.* p. 166. ROYEN. *Lugdb.* p. 245. DALIB. *Paris.* p. 67.

*Campanula floribus sessilibus congestis, latioribus foliis infidentibus.* HALL. *Helv.* p. 492. BOEHM. *Lips.* 46.

*Campanula foliis lanceolato-ovatis crenatis, ramis capitulo florali terminatis.* LINN. *H. Cliff.* p. 64.

Habitat in pratis passim.

Folia aspera, ovato-lanceolata, amplexicaulia, serrata. Alæ multifloræ. Flores sessiles. Calyx erectus, subciliatus. Corolla quadri- & quinquesida, intus subvillosa.

7. CAMPANULA caule angulato, foliis lanceolatis serratis, calycinis segmentis erectis basi dentatis.

*Campanula foliis radicalibus obovatis, caulinis lanceolato-linearibus subserratis sessilibus remotis.* LINN. *Fl. Svec.* 179. *Spec. plant.* p. 164. DALIB. *Paris.* p. 62.

*Campanula foliis linearibus serratis, floribus dif-  
fisis, longissime petiolatis.* HALL. Helv. p. 494.  
BOEHM. Lipf. 47.

*Campanula foliis lineari-linearibus crenatis,  
caule longissimo simplicissimo, floribus raris.* LINN.  
H. Cliff. p. 65. ROYEN. Lugdb. p. 246.

Habitat in sterilibus & aridis.

Caulis angulatus, glaber. Panicula, laxa, pedun-  
culis unifloris bifloris & trifloris, glabris, folio multo  
longioribus. Folia radicalia petiolata, caulina sessi-  
lia. Calycini dentes basi denticulati, erecti, glabri,  
germinis longitudine. Campanula patentissima, semi-  
quinquefida, erecta, venis cæruleis tribus per singu-  
lum segmentum decurrentibus, quarum laterales ra-  
mosæ & pallidiores, media vero simplex saturatior &  
nervo similis est.

8. CAMPANULA caule angulato, foliis petiolatis, ca-  
lycibus ciliatis, pedunculis trifidis. LINN. *Virid.*  
*Cliff.* p. 16. *Fl. Svec.* 181. *Spec. plant.* p. 166.  
ROYEN. Lugdb. p. 245. DALIB. Paris. p. 66.

*Campanula foliis asperis, imis cordatis, reliquis  
longe acuminatis, serratis, calycibus hirtis, ala  
multiflora.* HALL. Helv. p. 490.

*Campanula foliis radicalibus cordatis, calyci-  
bus ciliatis.* LINN. H. Cliff. p. 64. BOEHM.  
Lipf. 45.

Habitat in fylvis.

Caulis pentagonus, ruber; angulis scabris. Fo-  
lia ovato-oblonga, acuta, hispida, dentata, subsessi-  
lia; dentibus denticulatis, marginibus rubris. Pedun-  
culi triflori, glabri, folio & flore breviores. Calyx  
erectus, segmentorum lanceolorum nervis orisque  
ciliatis. Corollæ segmenta longis & sparsis pilis pu-  
bescentia. Capsulæ erectæ, triloculares.

9. CAMPANULA caule angulato ramoso, calycibus  
corolla longioribus, capsulis prismaticis.

*Campanula caule ramosissimo diffuso, foliis oblongis subcrenatis, calycibus solitarius corolla longioribus, capsulis prismaticis.* LINN. Fl. Upsal. p. 41. Spec. plant. p. 168.

*Campanula siliqua longissima, flore rotato.* HALL. Helv. p. 496.

*Campanula caule ramoso, foliis ovato-oblongis crenatis.* LINN. H. Cliff. p. 65. ROYEN. Lugdb. p. 247. DALIB. Paris. p. 68.

Habitat in agris & ad sepes.

Calyx patens; germen trigonum, calycinis segmentis longius.

## ARISTOLOCHIA.

TOURNEF. *Inst.* p. 162. *Tab.* 71.

Calyx nullus. Petalum lingulatum, integrum D, basi subglobosum C. Antheræ sex infra stigmata adnatæ. Stylus vix ullus; stigmatibus sexfido. Capsula sexangularis, sexocularis. H.

1. ARISTOLOCHIA foliis cordatis, caule erecto, floribus axillaribus confertis. LINN. *Fl. Upsal.* p. 279. *Mat. Med.* 415. *Spec. plant.* p. 962. DALIB. *Paris* p. 269.

*Aristolochia caule simplicissimo erecto, foliis cordatis, petiolatis floribus lateralibus confertis.* LINN.

H. Cliff. p. 432. ROYEN. Lugdb. p. 253. HALL.

Helv. p. 196. SAUVAG. *Monsp.* p. 111.

Habitat in agro Vipacensi, & circa Planinam.

Caulis simplex, erectus, striatus. Folia cordata, alterna, integra. Flores laterales. Corolla flavescens; tubo curvo, cylindræo, longo; basi globosa, sulcata.

Ad erigendum fibrarum tonum post evacuatas hydropicorum aquas laudavit HIPPOCRATES de *intern. affect.* Sect. 2. v. 103. & inter uterina & emmenagoga

nagoga recensuit *de morb. mul. Lib. 1. Sect. 3. v. 182.*  
*de nat. mul. Sect. 2. v. 99.* Eadem in abstergendo  
 potentior rotunda GEOFFROY. *Mat. Med.* ulcera re-  
 purgat. HIPPOCRAT. *de ulcerib. v. 143.*

## ASARUM.

LINN. *Gen. plant.* 522.

Calyx campanulatus, coriaceus, coloratus, per-  
 sistens. Corolla nulla. Stamina duodecim. Stylus  
 unicus; stigmatibus sexfidis. Capsula sexlocularis, po-  
 lysperma.

1. ASARUM foliis reniformibus obtusis binis. LINN.

*Spec. plant.* p. 442.

*Asarum foliis subrotundis petiolatis.* LINN. H.

Cliff. p. 178. Fl. Svec. 392. *Mat. Med.* 219.

ROYEN. *Lugdb.* p. 207.

*Asarum variorum scriptorum* & HALL. *Helv.*

p. 195.

Habitat in sylvis frequens, diciturque ab Inco-  
 lis *Virch.*

Pedunculus uniflorus, hirsutus, nudus, inter pe-  
 tiolos erumpens. Calyx semitrifidus, villosus; seg-  
 menti inflexis, glabris. Antheræ unco terminatæ.

In nostris hominibus ad emesim excitandam, pul-  
 veris radicis hujus drachma una requiritur.

## THESIUM.

LINN. *Gen. plant.* 258.

Calyx semiquinquefidus, interne coloratus. Co-  
 rolla nulla. Stamina quinque. Stylus unicus. Semen  
 unicum in fundo calycis conniventis, capsulam re-  
 ferentis.

1. THESIUM panicula foliata, foliis linearibus. LINN.

*Spec. plant.* p. 207.

*Linophyllum collinum, lignosum, minus, flore albicante.* PONTED. antholog. p. 261. SEGUIER.

Veron. supplem. p. 90.

Habitat in aridis collibus *Carniolæ*, sed circa *Zirchnitz* frequentius.

Caulis firmus, vix semipedalis. Folia linearia, erecta, longa, integerrima. Pedunculi patentès, uni- & biflori, diphylli. Calyx albus, corollæ similis; regularibus, acutis, sagittatis, denique inflexis segmentis. Stamina erecta, alba.

## II. *Bacciferae.*

### TAMUS.

LINN. *Gen. plant.* 905.

Flores in diversis plantis *Masculi* Calyce aut Corolla sexfida. Staminibus sex; & *Feminei* Calyce simili, campanulato. Stylo trifido; Bacca ovata, triloculari; seminibus sphaericis.

1. TAMUS foliis cordatis indivisis. LINN. *H. Cliff.* p. 458. *Spec. plant.* p. 1028. ROYEN. *Lugdb.* 228. HALL. *Helv.* p. 165.

Habitat in asperis locis & sterilibus.

*Mari* Racemi axillares, petiolo longiores. Corolla rotata. *Feminae* Bacca seminibus usque sex foeta.

### BRYONIA.

TOURNEF. *Inst.* p. 102. *Tab.* 28.

Flores in eadem planta *Masculi* Calyce monophyllo, campanulato, quinquedentato B. O. Petalum campaniforme, quinquesidum A. C. Filamenta tria, quorum duo binas antheras connatas, tertium autem unicam gerit; & *Feminei*. Calyce & Corolla eadem. Stylo trifido. Bacca sphaerica. Semina ovata, cortici adnata.

1. **BRYONIA** foliis palmatis utrinque calloso-scabris.  
 LINN. *H. Cliff.* p. 453. *Fl. Svec.* 790. *Mat. Med.*  
 448. *Spec. plant.* p. 1012. ROYEN. *Lugdb.* p. 264.  
 DALIB. *Paris.* p. 296.

*Bryonia foliis quinqueangulis scabris.* HALL.

Helv. p. 506. BOEHM. *Lips.* 658.

Carniol. *Svenska repa.*

Habitat ad sepes agri *Labacensis.*

Bacca trilocularis; loculis monospermis.

Qui methodum ignorant utendi corticem peruvianum, ii saluberrimum corticem primo infamem reddunt, dein inter alias, quas humano generi adferunt calamitates, contumaces etiam viscerum abdominalium obstructions inducunt, quas, inter externa medicamenta, nullo sæpius ac felicius profligavi, quam *Bryoniæ* radice trita, & sola, aut cum aceto tumidis visceribus diu & sæpius applicata. Intus assumpta ad drachmam unam acerrimum est purgans omnia mutans ita ut hoc uno remedio sæpius iterato, præmissis tamen venarum sectionibus, maniacos, vegetos, & nulla viscerum labe affectos homines curari posse docuerit SYDENHAM. *proe. in morb.*

## LONICERA.

LINN. *Gen. plant.* 210.

Calyx quinquefidus. Petalum tubulosum; Limbo quinquefido, irregulari. Stamina quinque. Stylus unicus. Bacca subrotunda, umbilicata, bilocularis.

1. **LONICERA** floribus verticillatis terminalibus sessilibus, foliis summis connato-perfoliatis. LINN. *H. Cliff.* p. 45. *Fl. Upsal.* p. 42. *Spec. plant.* p. 173.  
 ROYEN. *Lugd.* p. 237.

Habitat circa *Kranburg, Labach, Oberlaubach*, ad sepes,

Flores

Flores sex, sessiles, in uno verticillo. Corollæ tubus uncialis, ruber; limbus labiatus: labio superiore quadrifido; segmentis reflexis: mediis brevioribus; inferiore lingulato, divaricato, simplici, tubo longiore. Stamina infra stylum deflexa. Stylus sursum flexus, staminibus longior; stigma viridi. Baccæ sessiles, subovatae, rubrae 1-6. feminibus foetæ.

2. LONICERA pedunculis bifloris, baccis coadunatis didymis. LINN. *Spec. plant.* p. 174.

*Caprifolium floribus geminis, foliis oblongo-ovatis integerrimis.* HALL. *Helv.* p. 464.

*Lonicera baccis bifloris concretis, floribus bilabiatis.* ROYEN. *Lugdb.* p. 238.

*Lonicera pedunculis bifloris, foliis ovatis acutis integris.* LINN. *H. Cliff.* p. 58.

Habitat in Carniolæ sylvis elatioribus.

Folia glabra, subtus nitida. Flores non heteromalli. Pedunculi petiolo triplo longiores, infra florem angulati. Calyx primus germinibus duplo longior, secundo minor. Filamenta magis pubescentia. Germina connata. Bacca nigra, polysperma, succo tinctorio rubro, dein saturo & eleganter cæruleo ac persistente turgida.

3. LONICERA pedunculis bifloris, baccis distinctis, foliis integerrimis pubescentibus. ROYEN. *Lugdb.* p. 238. LINN. *Fl. Svec.* 192. *Spec. plant.* p. 174. DALIB. *Paris.* p. 79.

*Caprifolium floribus geminis, foliis ovatis, lanuginosis, integerrimis.* HALL. *Helv.* p. 464.

*Lonicera pedunculis bifloris, foliis ovatis obtusis integris.* LINN. *H. Cliff.* p. 58.

Habitat ad sepes, & montium radices.

Flores heteromalli; pedunculis petiolo duplo longioribus; coloris albi & tunc folia sunt minora, ovata, utrinque villosa. Corollæ tubus germine brevior; labium galea minime longius. Antheræ luteo-rubrae.



rubra. Germen foliolo subiacenti fere æquale. Stigma flavum; vel rubri cui Folia superne glabra, nitida, longiora. Corollæ labium inferius superiore longius. Antheræ purpureæ. Germen tubi corollæ longitudine, sed subjecto foliolo duplo brevius. Stigma virens. Utrique Bacca est obscurius rubra, seminibus 5. 6. foeta, succo minime tinctorio.

## VISCUM.

TOURNEF. *Inst.* p. 609. 610. *Tab.* 380.

Flores in diversa planta *Masculi* Calyce quadridido A. Corolla nulla. Antheris quatuor calyci infidentibus B; & *Feminei* Calyce tetraphyllo, deciduo F. G. H. I. Corolla nulla. Germine tetragono. Stylo nullo. Bacca globosa, uniloculari, monosperma. Semine obcordato L. M.

i. VISCUM foliis lanceolatis obtusis, caule dichotomo, spicis axillaribus. LINN. *Spec. plant.* p. 1023. Habitat in Abiete, Pinu, Fago.

Flores *masculi* binnati, ex uno concolore bidentato pulposo calyce. Calycina segmenta subovata. Antheræ reticulo oblongo & crasso similes. *Femineos* flores in eadem planta, ut ait Cl. HALLERVS, nondum reperi.

Nauseosus & subadstringens Visci sapor tantas vires non promittit prout celebrant aliqui. Officinæ Quercinum eligunt, ut olim Ethnici sacerdotes.

## SAMBUCCUS.

TOURNEF. *Inst.* p. 606. *Tab.* 376.

Calyx quinquefidus, persistens. Petalum rotatum, concavum, quinquefidum. Stamina quinque. Stylus nullus, ejusque loco glandula ventricosa LINN. *Gen. plant.* 294. Stigmata tria. Bacca unilocularis, trisperma.

## 1. SAMBUCCUS cymis tripartitis, stipulis foliaceis.

LINN. *Spec. plant.* p. 269.

*Sambuccus caule herbaceo simplici.* LINN. *Virid. Cliff.* p. 25. H. *Cliff.* p. 110. *Fl. Svec.* 251. *Mat. Med.* 149. ROYEN. *Lugdb.* p. 245.

*Sambuccus herbacea, floribus umbellatis.* HALL. *Helv.* p. 466. BOEHM. *Lips.* 60.

Carniol. *Herbath. Hbat.*

Habitat in sterilibus, sylvaticis, apricis locis.

Corollæ segmenta cum marginibus erecta, acuta, rubra. Filamenta nodosa, erecta; antheris purpureis: luteo polline. Bacca nigra.

Roob in Carniola cathartico syrupo magis domesticum & in hydropæ ac languoribus ventriculi avide expetitur, dum recens est, alvum blande movet, adultum vero abstergit leniter atque resolvit. Cortex medicus & recens validius hydragogum est, robustissimis duntaxat & ubi viscera liberrima fuerint, exhibendum. Purgat enim cum molestia, ventriculum subvertit, vomitum nonnunquam promovet, interioraque viscera omnia perturbat. GEOFFROY. *Mat. Med.*

## 2. SAMBUCCUS cymis quinquepartitis, caule arboreo.

LINN. *Spec. plant.* p. 269.

*Sambuccus arborea, umbellatis floribus.* HALL. *Helv.* p. 466. BOEHM. *Lips.* 61.

*Sambuccus caule arboreo ramoso, floribus umbellatis.* ROYEN. *Lugdb.* p. 243. LINN. *Fl. Svec.* 250. *Mat. Med.* 148.

*Sambuccus caule ramoso perenni.* LINN. *H. Cliff.* p. 109.

Carniol. *Bisouz, Crobesg.*

Habitat in sylvis, &amp; circa Domos.

Nulla tubercula ad originem folii. Flores corymbosi. Stigma immaculatum. Bacca nigra.

Inter purgantia retulit HIPPOCRAT. de *diæt. Lib.* 2. v. 308, & quidem hydragoga, de *nat. mul. Sect. 1.* v. 27. & *Sect. 3.* v. 15. ebulo validior. Dosis corticis mediî infusi, uncia; pulveris radicis, drachma; seminis eadem; succi vero baccarum, uncia; sed corrigere oportet pharmaci acrimoniam sale absynthii aut tartari, vel leni aromate, ne cum virium detrimento nimias turbas excitet. Ex baccis Roob efficitur ex quo præsertim cum pulvere Chinæ Chinæ confectum Ellectuarium in febribus periodicis, Celeberr. HOFFMANNNO duce, feliciter hucusque sum usus.

3. SAMBUCCUS racemis compositis ovatis, caule arboreo. LINN. *Spec. plant.* p. 270.

*Sambucus arborea, floribus spicatis.* HALL. Helv. p. 467.

*Sambucus caule arboreo ramoso, floribus racemosis.* ROYEN. Lugdb. p. 243.

Habitat in sylvis.

Petoli, & folii nervus, rubri. Racemus ovatus; racemulis patentissimis trifidis, dichotomis. Pedunculi fructu breviores. Corolla alba; segmentis reflexis. Stigma nigra notatum macula. Bacca rubra.

## VIBURNUM.

LINN. *Spec. plant.* p. 232.

Calyx quinquedentatus persistens. Petalum campanulatum, quinquefidum. Stamina quinque. Stylus nullus, ejusque loco glandula. Bacca subrotunda, monosperma.

1. VIBURNUM foliis cordatis ferratis venosis, subtus tomentosus. LINN. *Vir. d. Cliff.* p. 25. *Fl. Upsal.* 68. *Spec. plant.* p. 268. ROYEN. Lugdb. p. 242.

*Viburnum foliis ovatis, crenatis, subtus tomentosus.* HALL. Helv. p. 467.

Habitat ad sepes, & colles.

Folia

Folia cordata. Flores cymosi. Corolla alba. Stamina erecta, segmentis corollæ longiora. Bacca ovata, flavescens, dein rubra, demum nigra, pōstice umbilicata, receptaculo coronata, monosperma; feminis superficie undulata.

2. **VIBURNUM** foliis lobatis, petiolis glandulosis.

LINN. *Spec. plant.* p. 268.

*Opulus.* TOURNEF. *Inst.* p. 607. LINN. H.

Cliff. p. 109. Fl. Svec. 249. ROYEN. Lugdb.

p. 243. HALL. Helv. p. 249. qui summam

Opuli cum Viburno adfinitatem jam ante LINNÆUM agnovit perspicax.

Habitat ad sepes, & in sylvis.

Folia triloba; lobis dentatis. Bractææ lineares duo. Glandulæ binæ, non visæ BOEHMERO *Lips.* 58, folii basim ornant. Umbella terminalis, nuda; Floribus radiantibus, majoribus, sterilibus. Bacca subrotunda rubra, maculata.

## CORNUS.

TOURNEF. *Inst.* p. 641. *Tab.* 410.

Calyx quadridentatus, deciduus E. Petala quatuor. Stamina quatuor A. B. stylus unicus; stigmate obtuso, simplici. Drupa subrotunda F; nuce biloculari H.

1. **CORNUS** arborea floribus umbellatis, foliis ovatis.

*Cornus arborea, umbellis involucrium æquantibus.* LINN. H. Cliff. p. 38. Fl. Upsal. p. 29.

*Spec. plant.* p. 117. ROYEN. Lugdb. p. 249.

DALIB. Paris. p. 52. BOEHM. *Lips.* 258.

Habitat ad sepes, & colles.

Pedunculi post effusum pulverem antherarum involucri tetraphyllo longiores, quod KRAMERVS florem imum appellavit & pinxit *Fig.* 77.  $\Delta$ . Stamina petalis breviora. Fructus ovatis, colore fructum rosæ.

utrim.

utrinque umbilicatus. Nux oblonga, quatuor angulis ad medium usque notata, crassitiem fructus sua longitudine adæquans.

Fructus a Rusticis *Dernou le* dictus, ubique colligitur, exsiccat, & in appetitu diminuto decoctum ejus assumitur stiptica aciditate fere intolerabile.

2. CORNUS arborea, floribus cymosis.

*Cornus arborea, cymis nudis.* LINN. Spec. plant. p. 117.

*Cornus umbellis involucro multoties longioribus.* LINN. H. Cliff. p. 38. ROYEN. Lugdb. p. 249. HALL. Helv. p. 463. BOEHM. Lips. 257. quale est hoc involucrum?

Habitat ad vias & sepes, non raro bifera.

Cymæ terminales, nudæ. Folia opposita, elliptica, integerrima. Flos albus. Drupa nigra, sphaerica, stylo & calyce coronata, apice umbilicata.

## VACCINIUM.

LINN. Gen. plant. 434.

Calyx quadrifidus, persistens. Petalum campanulatum, quadrifidum, subglobosum. Stamina octo ex receptaculo. Stylus unicus. Bacca globosa, umbilicata, quadrilocularis, polysperma.

1. VACCINIUM pedunculis unifloris, foliis serratis ovatis deciduis, caule angulato. LINN. Spec. plant. p. 349.

*Vaccinium florum petiolis unifloris pendulis, foliis serratis.* BOEHM. Lips. 68.

*Vaccinium caule angulato, foliis serratis annuis.* LINN. Fl. Lapp. 143. H. Cliff. p. 148. Fl. Svec. 113. Mat. Med. 184. ROYEN. Lugdb. p. 239. HALL. Helv. p. 415.

Carniol. *Baraunitze* fructus.

Habitat in omnibus sylvis, sed uberius circa *Seirach*.

Rami etiam angulati. Folia acuta, tenuia, serrulata. Gemmæ folia quatuor subrubra, expallescentia. Antheræ crocæ, bilabiata: labiis fetaceis, bifidis. Pedunculus reflexus, ex ala infimi folii, sub calyce ruber, ut basis corollæ.

Stiptica est bacca, ventriculo minus amica; sæpius enim ex immodico horum fructuum usu, ventris inflationes, tormina, aliaque mala observavi, quæ sanant emesis tempestiva alvi ductio, absorbentia, edulcorantia.

2. *VACCINIUM* racemis terminalibus nutantibus, foliis obovatis revolutis integerrimis subtus punctatis. LINN. *Spec. plant.* p. 351.

*Vaccinium florum petiolis racemosis, pendulis, foliis integris.* BOEHM. *Lips.* 67.

*Vaccinium foliis perennantibus obverse ovatis.* LINN. *Fl. Lapp.* 145. H. Cliff. p. 148. *Fl. Svec.* 314. *Mat. Med.* 185. ROYEN. *Lugdb.* p. 239. HALL. *Helv.* p. 414.

Habitat in elatioribus fylvis, & in alpihus.

Caulis repens, cum ramis subrectis, teres. Folia obtuso, emarginato sine, integerrima, nitida, crassa. Racemus folio oppositus, pendulus. Bacca rubra; oculis pentaspermis. Semina subovata, ruffa.

## CLASSIS XII.

### BLATTARIÆ.

**C**alyx persistens. Corolla monopetala, tubulosa, germen continens; limbo sæpius regulari, minime figurato.

## ARBUTUS.

LINN. *Gen. plant.* 488.

Differt a *Vaccinio*, corolla quinquefida, staminibus decem, receptaculi situ, seminibus quinis.

I. *ARBUTUS* caulibus procumbentibus, foliis integerrimis. LINN. *Fl. Lapp.* 162. *Tab. 6. fig. 3. Fl. Svec.* 339. *H. Cliff.* p. 163. *Mat. Med.* 211. *Spec. plant.* p. 395. HALL. *Helv.* p. 415.

*Una Urſi.* CLUS. *Hiſt.* 1. p. 63. TOURNEF. *Inſt.* p. 599. SEGUIER. *Veron.* 2. p. 275, qui eam, poſt me, circa *Tridentum*, in M. *Spizbondon*, copioſe reperit.

*Arctofaphyllon.* SIEGESBEK, *Fl.* p. 13. quod idem eſt, ac racemus, ſeu *Uva Urſi*.

Habitat in M. *Grindowitz*.

Veriſſimas deſcriptiones dederunt CLUSIUS, HALLERUS, & nuper præmaturo fato Botanicorum cætui, ut audio, ereptus *Lucas Miſley* apud Celeberr. de HAEN. *Rat. Med. P. 2. Cap. 12.*

Eximias *Uvæ Urſi* vires in calculis vaſorum urinariorum, ſolidis & repetitis experimentis præcipue detexit prælaudatus Ill. ANTONIUS DE HAEN in *Univerſitate Vindobonenſi Medic. Præſt. Profeſſor Primarius Celeberrimus*, ſuadente Illuſtriſſ. *Facultatis Medicæ per Austriam Præſide*, & *Archiatrorum S. C. R. A. Majeſt. utriuſque Principe*, *Lib. Bar. VAN-SWIETEN*, *Cujus ego nomen* (ita olim de ſuo SYDENHAMIO ſcripſit MAGNUS BOERHAAVIUS in *Orat. de Stud. Hipp.*) *ſine honorifica præſatione memorare erubeſcerem: quem quoties contemplor, occurrit animo vera Hippocratici Viri ſpecies, de cujus erga Rempublicam meritis nunquam ita magnifice dicam, quin ejus id ſit ſuperatura dignitas.* Sed ut redeam ad *Uvam Urſi*, *Dofiſ* ejus in pulverem redactæ eſt a drachma dimidia ad drachmam unam, ſemel aut bis de die aſſumptæ per decem pluresve hebdomadas, ſic enim vel mitigat tormenta morbi, ut vita tolerabiliter tranſigatur; vel omnia ſymptomata aufert, ut ſe curatos putent. Cl.

de HÆRN. l. c. Utinam Medici, similibus experimentis, genuinas aliarum etiam stirpium vires, detegerent seduli; hoc enim studium, majorem, intra unicum annum, humano generi adferet utilitatem, quam omnes per integra sæcula elaborati Algebristarum calculi, vel operosæ remediorum compositiones, quibus Dispensatoria, ad nauseam usque, abundant.

## I. *Monostyla.*

### ERICA.

TOURNEF. *Inst.* p. 602. *Tab.* 373.

Calyx tetraphyllus, coloratus, persistens. Petalum quadrifidum A. B. stamina octo receptaculo inserta, æqualia. Stylus unicus. Capsula quadrilocularis F, quadrivalvis E, polysperma G. LUDWIGIUS partium omnium numerum quinarium posuit. DEFIN, *Gen.* 139.

1. ERICA antheris bifidis simplicibus exertis, corollis ovatis sublongioribus, foliis quaternis triangularibus patentibus. LINN. *Spec. plant.* p. 355.

*Tetralix foliis planis, patentibus, petiolatis, solitariis, glabris, spicis foliosis.* HALL. *Helv.* p. 418.

Habitat in arenosis collibus abunde.

Folia marginibus subciliatis, brevi petiolo. Flores heteromalli, binati, laterales, e calyce sicco brevissimo geniti. Calyx coloratus inæqualis.

2. ERICA antheris bicornibus inclusis, corollis inæqualibus campanulatis mediocribus, foliis oppositis sagittatis. LINN. *Spec. plant.* p. 352.

*Erica foliis imbricatis, glabris.* HALL. *Helv.* p. 419.



*Erica foliis quadrifariam imbricatis triquetris glabris erectis, corollis inæqualibus calyce brevioribus.* LINN. H. Cliff. p. 146. Fl. Svec. 309. ROYEN. Lugdb. p. 442.

Carniol. *Artezha, Crashiza*, hæc vel prior.

Folia in tetragonam columnam imbricata, angulis scabris. Flores heteromalli. Calyx duplex; unus tetraphyllus, corolla minor, foliolis lacerociliatis; alter corolla longior. Stamina corollis breviora; antheris ruffis, filamenti incurvi longitudine, basi in binas, acutas, antice protentas albidas fetas, desinentes. Stylus purpureus, calycis longitudine.

## RHODODENDRON.

LINN. *Spec. plant.* p. 484.

Calyx quinquefidus, persistens. Petalum varium. Stamina octo & decem ex receptaculo. Stylus unicus. Capsula quinquelocularis, quinquevalvis.

I. RHODODENDRON foliis ciliatis nudis, corollis infundibuliformibus. LINN. *Spec. plant.* p. 392.

*Ledum foliis glabris, ciliatis, ovatis, flore tubuloso.* HALL. Helv. p. 418.

*Chamærhododendros alpina villosa.* TOURNEF. Inst. p. 604.

Habitat circa rupes sylvarum elatiorum.

Rami minores erecti, nudi. Folia exiguis, albis foveolis cicatrizata, glandulis superne adspersa, ciliata. Racemus terminalis. Pedunculi uniflori, ex ala squamæ ovatæ paleacæ, glandulosi, subrubri. Corolla purpurea, glandulis adspersa, segmentis duobus superioribus brevioribus; tubo angulato. Stamina infra medium villosa, Stylus glaber, longior.

## DAPHNE.

LINN. *Gen. plant.* 436.

Calyx nullus. Petalum infundibuliforme, quadrifidum. Stamina octo; alterna breviora. Stylus nullus. Bacca subrotunda, unilocularis, monosperma.

1. DAPHNE floribus sessilibus ternis caulinis, foliis lanceolatis deciduis. LINN. *Spec. plant.* p. 356.

*Thymelæa floribus spicatis, sub foliis ellipticis, modice acuminatis, levibus, mollibusque, HALL. Helv. p. 188. BOEHM. Lips. 66.*

*Daphne floribus sessilibus, infra folia elliptico-lanceolata. LINN. Fl. Lapp. 40. H. Cliff. p. 147. Fl. Svec. 311. Mat. Med. 179. ROYEN. Lugdb. p. 201.*

*Thymelæa lauri folio deciduo. TOURNEF. Inst. p. 595.*

Habitat in sylvis,

Gemmæ in ramorum apicibus. Folia decidua. Flores terni, rubri, infra gemmas orti; segmentis rugosis, alterne longioribus; tubo villosa. Bacca rubra; saporis acerrimi, intolerabilis, cujus pulvere acetariis, loco piperis, ex errore, insperso, sævissima tormina & diarrhæam abortam fuisse, audio; nefanda certe est acrimonia, linguam urens pertinaciter, ut ipsemet expertus sum Anno 1742. circa *Oenipontum in Zirlensium* pascuis e censu plantarum Officinalium jure merito releganda.

2. DAPHNE racemis axillaribus, foliis lanceolatis glabris. LINN. *Spec. plant.* p. 357.

*Thymelæa floribus inter folia acuminata, levia, duraque. HALL. Helv. p. 188.*

*Daphne racemis lateralibus, foliis lanceolatis integris. LINN. H. Cliff. p. 147. H. Upsal, p. 94. Mat. Med. 180.*

Habitat

Habitat in fylvis elatioribus, umbrosis.

Racemi simplices, recti, laterales; floribus exterioribus bracteatis. Folia persistentia, apicibus reflexis. Corolla virens; segmentis non rugosis, tubo glabro duplo brevioribus. Bacca pedunculo longior.

## SANGUISORBA.

LHDWIG. *Defin. Gen.* 19.

Calyx bifolius, deciduus. Petalum planum, quadrifidum. Stamina numero variantia, sola, aut una cum stylis. Fructus ex ovato - quadratus, bilocularis. Semina oblonga.

I. SANGUISORBA spicis subrotundis, floribus polygamis.

*Sanguisorba polyanthera, foliis ovatis, spica brevi.* BOEHM. *Lips.* 17.

*Poterium inerme.* LINN. *H. Cliff.* p. 446. *Fl. Upsal.* p. 288. *Caulibus subangulosis.* *Spec. plant.* p. 994.

*Pimpinella polystemon, pinnis ovatis, serratis, spica brevi.* HALL. *Helv.* p. 470.

*Poterium inerme, filamentis longissimis.* ROYEN. *Lugdb.* p. 129. DALIB. *Paris.* p. 291.

Habitat in ficcis, sterilibus.

*Mari.* Stamina ultra octo, filamentis longis purpureis & albis. *Femine.* Styli duo, purpurei. Stigmata plumosa. *Hermaphrodite.* Filamenta pauca. Styli duo, & unicus. Vidi etiam stores staminibus & stylis destitutos; aliquando hermaphroditum defunctum.

Vino in doliis, & cyathis in Carniola & Styria infunditur passim quale in deliciis habetur, diciturque *Kreut'wein*, a quo cavendum est illis qui doloribus capitis, vertigini, apoplexiæ obnoxii sunt. Pulverem radicis in Dysenteriis sub finem morbi ad duos

scrupulos & drachmam in vino rubro datam, profuisse sæpius observavi.

2. SANGUISORBA spicis subrotundis, floribus hermaphroditis.

*Sanguisorba tetraslemon, foliis oblonge cordatis, spica brevi.* HALL. Helv. p. 469. idemque est Synon. BOEHM. Lips. 16.

*Sanguisorba spicis ovatis.* LINN. H. Cliff. p. 39. Fl. Svec. 130. Mat. Med. 51. Spec. plant. p. 116. ROYEN. Lugdb. p. 240.

Habitat in pratis circa Planinam, & Cramburg.

Corollæ color orchis montanæ odoratissimæ. Antheræ flavæ.

## PLANTAGO.

LINN. Gen. plant. 133.

Calyx profunde quadrifidus, persistens. Petalum quadrifidum, marcescens. Stamina quatuor. Stylus unicus. Capsula ovata, horizontaliter dehiscens, unilocularis, polysperma.

1. PLANTAGO foliis ovatis glabris, scapo nudo tereti, spica flosculis imbricatis. LINN. Spec. plant. p. 117.

*Plantago foliis ovatis glabri.* LINN. H. Cliff. p. 43. Fl. Svec. 122. Mat. Med. 49. ROYEN. Lugdb. p. 401. HALL. Helv. p. 472. DALIB. Paris. p. 50. BOEHM. Lips. 18.

*Plantago major, seu septinervia.* GEOFFROY. Mat. Med. p. m. 124.

Carniol. *Trapotez.*

Habitat ad vias & in pratis omnibus vulgatissima.

Scapus teres, Spica oblonga. Calyx regularis, glaber. Bractea glabra, concolor. Filamenta rubra; stylo triplo longiora.

Vim adstringentem in Plantagine Græci, Arabes, & Latini Medici omnes agnoverunt, quæ in terrea & fixa parte residet nulla ignis efficacia in destillatam aquam transfiguram. Ergo in substantia utantur Medici foliis, succo, femine, quocumque modo.

2. PLANTAGO foliis lanceolatis, spica subovata. LINN. *H. Cliff.* p. 36. ROYEN. *Lugd.* p. 401. HALL. *Helv.* p. 471. DALIB. *Paris.* p. 50. BOEHMER. *Lips.* 19. nuda, scapo angulato. LINN. *Spec. plant.* p. 113.

Habitat cum priore.

Scapus angulatus. Spica sæpius subovata. Bractea dorso virente & villosa. Calyx inæqualis, subhirsutus.

Vires medicæ eadem, quæ in priore; unica itaque in Officinis necessaria est.

3. PLANTAGO foliis linearibus, spica oblonga. HALL. *Helv.* p. 471.

*Plantago foliis linearibus, spica oblonga, erecta.*

LINN. *Spec. plant.* p. 114.

Habitat in *M. Ortea*, *Anas*, circa *Pot. quelb*, *Zirchnitz*.

Scapus teres, villosus. Corollæ segmenta apicibus fuscis. Folia hinc plana, inde convexa, angulis breviter ciliatis. Spica junior cernua, florentiæ tempore erecta. Antheræ sublutæ. Capsula oblonga.

## ANAGALLIS.

TOURNEF. *Inst.* p. 142. *Tab.* 59.

Differt a *Lysimachia* staminibus inferne hirsutis LINN. *Gen. plant.* 150; ovario horizontaliter dehiscente; placenta rugosa, alveolata, in alveolis continente semine fere hemisphærica. HALL. *Helv.* p. 481.

1. **ANAGALLIS** foliis indivisis, caule procumbente.

LINN. *Spec. plant.* p. 148.

*Anagallis foliis ovatis, flore phæniceo.* BOEHM.

Lips. 33.

*Anagallis foliis ovatis.* LINN. H. Cliff. p. 52.

Habitat in cultis.

Folia sessilia, subtus maculosa. Corollæ segmenta ovata; apicibus glandulosis. Barba purpurea filamentorum. Pollen flavum antherarum. Succulenta oleracea & innocens plantula miris encomiis adversus terribiles morbos Maniam, Phrenitidem, Epilepsiam, Melancoliam & Morsum rabidi canis, prædicatur a multis, quæ utinam vera essent.

## LYSIMACHIA.

TOURNEF. *Inst.* p. 141. *Tab.* 59.

Calyx profunde quinquefidus, persistens D. Petalum rotatum A. B. Stylus unicus. Stamina quinque. Capsula globosa F, unilocularis H. decemvalvis. Semina multa thalamo rotundo affixa. I.

1. **LYSIMACHIA** racemis lateralibus, caule fulcato.

*Lysimachia paniculata, racemis terminalibus.*

LINN. *Spec. plant.* p. 146.

*Lysimachia foliis ovato-lanceolatis, floribus ad summos ramos spicatis.* HALL. *Helv.* p. 480.

*Lysimachia foliis lanceolatis, racemo composito terminali.* LINN. H. Cliff. p. 415. *Fl. Svec.* 166.

ROYEN. *Lugdb.* p. 416.

*Lysimachia foliis lanceolatis, corymbo terminali.* LINN. *Fl. Lapp.* 81.

Habitat in aquosis & circa fluvios.

Racemi nudi. Calycis margo ruber, exiguis pilis adpersus. Filamenta basi connata, & glandulis capitatis instructa. Antheræ polline flavo. Glandulæ in stylo & germine ut in filamentis.

2. **LYSIMACHIA** racemis lateralibus , caule tereti.

Habitat cum priore.

Diversa caule tereti , villoso. Flore minore.

Corollæ fundo purpurascente, an fatis ?

3. **LYSIMACHIA** pedunculis axillaribus angulatis solitariis, foliis ovatis, caule repente.

*Lysimachia foliis subcordatis , floribus solitariis , caule repente.* LINN. H. Cliff. p. 52. Fl. Svec. 168. Mat. Med. 67. Spec. plant. 148. ROYEN. Lugdb. p. 416. HALL. Helv. p. 481.

*Lysimachia humifusa, folio rotundiore, flore luteo.* TOURNEF. Inst. p. 141.

Carniol. *Vinersca Schleshe,*

Habitat circa hortos.

Caulis tetragonus. Folia opposita. Flores solitarii. Pedunculus petiolo longior, angulatus. Calycis segmenta cordata. Filamenta villis lateralibus capitatis adspersa.

Sola hæc folia extrinsecus applicata ulcerosam tibiam sanaverunt in quadragenario Sacerdote.

4. **LYSIMACHIA** pedunculis axillaribus teretibus unifloris, foliis ellipticis, caule erecto.

Habitat in *Carniola* frequens ad vias, in apricis collibus circa *Godovitsch, Planinam &c.*

Caulis erectus, brachiatus, sulcatus, villosus. Folia terna & quaterna, elliptica, breviter petiolata, villosa. Flores binati ex alis inferioribus, solitarii ex superioribus. Pedunculi teretes, unciales, distincti, hirsuti. Calyx villosus; segmentis linearibus. Corolla *Lysimachiae* majoris; segmentis lanuginosis, oris villosis: villis plurimis, capitatis. Stamina subhirsuta. Stigma villosum.

## VERBASCUM.

LINN. *Gen. plant.* 217.

Calyx quinquefidus, persistens. Petalum rotatum, limbo irregulari. Stamina quinque, inæqualia sæpius & barbata. Stylus unicus. Capsula, subrotunda, bilocularis, polysperma. Semina angulata.

1. VERBASCUM foliis decurrentibus utrinque tomentosis. LINN. *Virid. Cliff.* p. 13. *Fl. Svec.* 136. *Mat. Med.* 90. *Spec. plant.* p. 177. ROYEN. *Lugdb.* p. 421. DALIB. *Paris.* p. 71. BOEHM. *Lips.* 152.

*Verbascum foliis ovato-acutis, utrinque tomentosis.* HALL. *Helv.* p. 509.

*Verbascum caule simplici, superne floribus sessilibus clavato, foliis utrinque lanigeris.* LINN. *H. Cliff.* p. 55.

Habitat in agro Labacensi, prope vias.

Flores sessiles, in longam spicam digesti.

Flores egregie emolliunt & dolorem temperant inflammatoriis tumoribus applicati, etiam si fauces occupaverint. Acrimoniam quoque temperant in colicis doloribus, dysenteria, lymphæ fauces stimulantæ, tenesmo,

2. VERBASCUM foliis cuneiformi-oblongis. LINN. *Fl. Upsal.* p. 45. *Spec. plant.* p. 177.

*Verbascum foliis serratis, superne rugosis, petiolis ramosis.* HALL. *Helv.* p. 510.

*Verbascum foliis ovato-acutis subtus villosis crenatis, spicis laxis lateralibus & terminalibus.*

LINN. *H. Cliff.* p. 54.

Habitat abunde ad viam inter templum pagi Gartschereutz & prata circa S. Geltrudem.

Planta tripedalis, pyramidis figura. Folia congesta, crenulata, sessilia, amplexicaulia, subtus tomento albo pulverulento copioso adspersa. Caulis plerumque simplex, tomentosus. Panicula terminalis & late.



laterales, foliosæ. Pedunculi aggregati, quinque & sex, simplices, cum calyce tomento obducti. Calycini dentes lineares. Corolla flava. Filamentorum barba alba; antheris cum filamento fulvis. Stylus virens.

3. **VERBASCUM** foliis glabris, imis petiolatis sinuatis, superioribus sessilibus, floribus solitariis.

*Verbascum foliis amplexicaulibus oblongis glabris, pedunculis solitariis.* LINN. Fl. Upsal. p. 46.

Spec. plant. p. 178.

*Verbascum foliis glabris serrato-dentatis, radicalibus sinuatis.* ROYEN. Lugdb. p. 421. HALL.

Helv. p. 571. DALIB. Paris. p. 72.

*Verbascum annuum, foliis oblongis sinuatis obtusis.* LINN. Virid. Cliff. p. 15.

Habitat in agro Labacensi ad vias, & circa Idriam.

Suprema tantum folia per caulem decurrunt eumque amplectuntur. Pedunculus hirsutus. Antheræ pollen effundunt ante corollæ explicationem.

## PHYSALIS.

LINN. Gen. plant. 223.

Calyx dum flos viget campaniformis, quinque-dentatus, exiguus Tournef. Inst. Tab. 64. C. per maturitatem abit in amplam, coloratam, clausam, pentagonam vesicam H. in qua fructus laxè continetur. Hall. Helv. p. 508. Petalum rotatum A. Stamina quinque. Stylus unicus. Bacca spherica, polysperma E F, bilocularis.

1. **PHYSALIS** foliis geminis. LINN. Spec. plant. p. 183.

*Alkekengi foliis cordatis, calyce rubente.* HALL.

Helv. p. 506.

*Physalis caule simplici annuo, foliis integerrimis geminatis, floribus solitariis.* LINN. H. Cliff.

p. 62.

p. 62. Fl Upsal. p. 49. Mat. Med. 93. DALIB. Paris. p. 73.

*Physalis radice perenni, foliis lanceolato-cordatis.* LINN. Virid. Cliff. p. 16. ROYEN. Lugdb. p. 426.

*Alkekengi Officinarum.* TOURNEF. Inst. p. 151.

GERFFROY. Mat. Med. ZANICHEL. Ven. p. 6.

ICON. 235. SEGUIER. Veron. 1. p. 248.

Carniol. *Judouske Zeshue*, aut *Zhreshe*.

Habitat circa *Idriam* in *Struk*, & circa fornaces mercuriales.

Pedunculus solitarius, petiolo paulo longior. Corolla villosa.

Baccæ expediunt vasa renum secretoria, si facta muco aut sabulo urinam non transmiserint.

## SOLANUM.

LINN. Gen. plant. 224.

Calyx semiquinquefidus, persistens. Petalum rotatum. Stamina quinque; antheris circa stylum coalescentibus. Stylus unicus. Bacca subrotunda, bilocularis, polysperma. Semina subrotunda.

1. SOLANUM caule inermi fructuoso terete, foliis superioribus hastatis, racemis dichotomis oppositis.

*Solanum caule inermi fructescente flexuoso, foliis superioribus hastatis.* LINN. H. Cliff. p. 60. Fl. Svec. 189. Mat. Med. 95. ROYEN. Lugdb. p. 424. DALIB. Paris. p. 73. BOEHM. Lips. 54. *racemis cymosis.* LINN. Spec. plant. p. 185.

*Solanum foliis aliis trifidis, aliis simplicibus.*

HALL. Helv. p. 507.

Habitat in saxosis & ruderatis.

Folia elliptico-acuminata, superiora hastata, integerrima. Racemi folio oppositi, nudi, bis dichotomi; pedunculis alternis, e bulbo natis; floribus uno

verso

verfu dispositis. Calycis segmenta acuta, brevia, fusco-rubra. Corolla pendula, violacea; segmentis reflexis. Stylus staminibus longior. Bacca rubra, ovata. Semina 20.

Decoctum sarmentorum utile observavi in mucosa colluvie, scabie, arthritide, ac venereis quoque morbis, si diu & copiose adsumptum fuerit.

2. SOLANUM caule inermi herbaceo ancipiti, foliis ovatis angulatis, umbellis solitariis cernuis.

*Solanum caule inermi herbaceo, foliis ovatis dentato-angulatis, umbellis nutantibus.* LINN. Spec. plant. p. 186.

*Solanum foliis angulosis, undulatis, caule levi.* HALL. Helv. p. 507.

*Solanum caule inermi herbaceo, foliis ovatis angulatis.* LINN. H. Cliff. p. 60. Fl. Upsal. p. 48. Fl. Svec. 188. Mat. Med. 94. ROYEN. Lugdb. p. 433. DALIB. Paris. p. 72. BOEHM. Lips. 53. Habitat in cultis.

Caulis anceps. Folia subvillosa, laxe & obtuse dentata. Racemus solitarius. Pedunculi simplices, reflexi, subumbellati. Calycis segmenta subrotunda, longiora, pedunculi colore. Corolla alba. Stamina pilosa. Stylus staminibus minime longior. Bacca nigra.

## ATROPA.

LINN. Gen. plant. 222.

Calyx quinquefidus, persistens. Petalum infundibuliforme; brevi tubo. Stamina quinque; antheris cordiformibus. Fructus globosus, bilocularis, polyspermus. Semina reniformia.

1. ATROPA caule herbaceo, foliis ovatis integris. LINN. Spec. plant. p. 181. fructu baccato.

*Belladonna majoribus foliis & floribus.* TOURNEF. Inst. p. 77. PONTEDER. Anthol. p. 70.

Habitat

Habitat in omnibus fylvis circa *Idriam* abunde.

Calyx profunde quinquefidus, post delapsam corollam patens. Corollæ segmenta reflexa; interior superficies glabra. Bacca nigra, bilocularis, dementans.

Infusum ex foliis apta dosi datum, purulentam diathesim sanguini ingenerat. *Celeberr.* DE HAEN. rat. med. cap. 2.

Parochus quidam apposuit hospitibus amicis, inter cætera, hæc baccas a rustico eadem die collectas. Pulchritudo inusitati fructus impulit ignaros ut ederent abunde. Sed vix aliquæ elabuntur horæ, jam domus illa in fatuorum Xenodochium commutata est; mente enim capti omnes, & furore perciti, quidam de fenestris præcipites se dederunt, alii vero ejulatibus vicinas domos terrore implebant omnes. Vomitu tamen & usu aceti communis expugnavit deliria sapiens Medicus, qui mihi hunc casum communicavit.

2. *ATROPA* caule herbaceo, foliis ovatis integris, calycibus erectis, fructu capsulari.

Habitat in omnibus fylvis circa *Idriam*.

Convenit cum priore; caule herbaceo, erecto, terete, glabro, trichotomo, foliis ovatis, integris. Calyce quinqueidentato. Pedunculo petiolis longiore, solitario, laterali. Corolla campanulato-oblonga, luride rubra, calycibus longiore, quinqueidentata, tubulosa. Filamentis basi hirsutis. Stylo staminibus longiore. Germine sessili. Fructu subrotundo, biloculari, polyspermo, calyce excepto.

Differt vero caule vix pedali, non colorato. Foliis imis oppositis; aliis alternis, sparsis: petiolis decurrentibus. Calyce cyathiformi, venoso, breviter dentato. Pedunculo corolla longiore. Flore ex primis ramis semper abortiente, ex secundis sæpe, ex supremis nunquam. Corolla interius holosericea,

flaves-

flavescente; extus glabra, cylindræa. Stigmate subrotundo, minime labiato. Capsula spherica, calyce erecto & longiore excepta, transversim dehiscente, cum pedunculo decidua. Seminibus 40. in uno loculo, quæ lente inspecta, uvæ racemo similia videntur, plurimis nempe globulis cohærentibus facta.

## HYOSCIAMUS.

TOURNEF. *Inst.* p. 117. *Tab.* 42.

Calyx quinquedentatus, campaniformis, basi ventricosus, persistens. E. C. Petalum infundibuliforme; limbo irregulari, quinquefido A. Stamina quinque, inæqualia. Stylus unicus; stigmate capitato. Capsula bilocularis, horizontaliter dehiscens. G. H. K, polysperma.

1. HYOSCIAMUS foliis amplexicaulibus. LINN. *H. Cliff.* p. 56. *Fl. Svec.* 184. *Mat. Med.* 86. *Spec. plant.* p. 179. ROYEN. *Lugd.* p. 422. HALL. *Helv.* p. 512. DALIB. *Paris.* p. 70. BOEHM. *Lips.* 154.

Carniol. *Sobnik.*

Habitat in ruderatis.

Venenatam hyosciami naturam indicat lurida plantæ & floris facies, odor ingratus & virosus, exempla denique multa WEPFER. *de cicut.* p. 230. EPHEM. NAT, *cur. an.* 4. & 5. *Dec.* 1. *Obs.* 124. *Dec.* 2. *ann.* 9. 10. p. 178. *in apend. Decur.* 3. p. 106. *ann.* 7. 8. ACADEM. SCIENT. ACT. 1737. *Obs.* 1. ACT. HAFNIENS. 1. *Obs.* 14. LIND. *de venen.* p. 560. HALL. *Helv.* p. 512. 513. Delirium vero, ex hyosciamo speciatim ad jurgia & altercationes disponit, GEOFFROY. *Mat. Med.* cerebro videlicet peculiari-ter affecto, vide *dissertationem nostram de affect. anim. Theor.* X. unde ex imperceptili illa harmonia corpus inter & animam a Deo stabilita *Theor.* VI, certæ

T

etiam

etiam ideæ, indeque motus musculorum iis respondentes, oriuntur *Theor.* XI.

## DATURA.

LINN. *Gen. plant.* 218.

Calyx pentagonus, quinquedentatus, tubulosus, persistens, TOURNEF. *Tab.* 43. C. Petalum infundibuliforme A. angulis quinque in cornua desinentibus. HALL. *Helv.* p. 489. Stamina quinque. Stylus unicus; stigmate bilamellato. Capsula quadrivalvis, bilocularis; loculo quolibet supra medium septo distincto, ut quadrilocularis appareat G. X. LUDWIG. *Defin. Gen.* 57. Semina reniformia. H.

1. DATURA pericarpis spinosis erectis ovatis. LINN. *H. Cliff.* p. 55. *H. Upsal.* p. 43. *Fl. Svec.* 185. *Spec. plant.* p. 179. ROYEN. *Lugdb.* p. 422. DALIB. *Paris.* p. 70.

*Stramonium fructu erecto, calyce pentagono.*

HALL. *Helv.* p. 489.

Habitat ad vias circa *Labacium*.

Hæc hyosciamo deterior est, cujus venenum acutum expugnat. KRAMER. *coment. litterat.* 1733. n. 32, præcipua tamen salus in vomitu est. Sed quid opus venenatis stirpibus & mineralibus in Officinis, ævo nostro in tanta copia tutissimorum remediorum. Mallem ergo in bonum Generis humani exulare toxica ex Officinis, quæ ex ministrorum erroribus funesta fata toties intulerunt.

## CONVOLVULUS.

TOURNEF. *Inst.* p. 82. *Tab.* 17.

Calyx quinquepartitus LINN. *Gen. plant.* 157. quinquefolius. HALL. *Helv.* p. 488. quinquefidus, externo bifolio interdum accedente. LUDWIG. *Def.*

*Gen.*

*Gen.* 66. Petalum campaniforme, plicatum A, vix dentatum. Stamina quinque. Stylus unicus; duplici stigmatē C. Capsula subrotunda, varie dehiscens. Semina angulosa.

1. CONVULVULUS foliis sagittatis utrinque acutis, pedunculis unifloris. LINN. *Fl. Svec.* 173. *Spec. plant.* p. 153. DALIB. *Paris.* p. 65. BOEHM. *Lips.* 49.

*Convolvulus sagittatis foliis, mucrone longissimo caute, petiolo unifloro.* HALL. *Helv.* p. 489.

Habitat in cultis.

Filamenta glandulis sessilibus adspersa ut in specie sequenti, sed antheræ concolores.

2. CONVULVULUS foliis sagittatis, postice truncatis, pedunculis unifloris. ROYEN. *Lugdb.* p. 427. LINN. *Fl. Svec.* 174. *Spec. plant.* p. 153. DALIB. *Paris.* p. 65. BOEHM. *Lips.* 50.

*Convolvulus foliis sagittatis angulosis, petioliis unifloris.* HALL. *Helv.* p. 488.

Habitat ad sepes, & in hortis nimium frequens.

Succus inspissatus, ad viginti grana & ultra datus, scammonæ vires habet. HALL. l. c.

## SOLDANELLA.

TOURNEF. *Inst.* p. 82. *Tab.* 16.

Calyx profunde quinquefidus C, persistens. Petalum campanulatum A, quinquefidum; segmentis lacero-partitis. Stamina quinque. Stylus unicus. Capsula oblonga, teres, oblique striata E, unilocularis, apice multidentato, F, polysperma G.

1. SOLDANELLA. LINN. *H. Cliff.* p. 49. *Spec. plant.* p. 144. ROYEN. *Lugdb.* p. 414. HALL. *Helv.* p. 488.

Habitat in Alpibus *Carniola superioris.*

Folia subrotunda, crassa; petiolis radicalibus, teretibus, longis. Pedunculus simplex, subnudus, uni- & multiflorus. Corolla pendula. Capsula erecta, convergens.

## CYCLAMEN.

TOURNEF. *Inst.* p. 154. *Tab.* 68.

Calyx campanulatus, quinquefidus persistens I. Petalum ex subrotundo tubo B. proferens segmenta quinque, ovato-lanceolata. Stamina quinque; antheris subsessilibus, bilocularibus, apice dehiscentibus. Stylus unicus. Capsula globosa K. unilocularis, polysperma M.

I. CYCLAMEN corolla retroflexa. LINN. *Spec. plant.* p. 145.

*Cyclamen foliis cordatis, corolla reflexa.* LINN.

H. Upsal. p. 47. *Mat. Med.* 65.

*Cyclamen.* LINN. H. Cliff. p. 40. ROYEN.

Lugdb. p. 414. HALL. *Helv.* p. 499.

Carniol. *Svenske Krah.*

Habitat in ficcis & umbrosis.

Folia obiter crenata, cordata, obtusa, subtus rubra. Pedunculi radicales. Calyx dentibus denticulatis, venulis arbusculam referentibus atris pictis. Segmenta corollæ reflexa, spiralia; tubus calyce minor. Antheræ flavæ, conniventes.

Radicis usus internus minime tutus est; externe ad resolvendum inter cætera, emplastri aut unguenti forma, commode applicari potest.

## ANDROSACE.

TOURNEF. *Inst.* p. 123. *Tab.* 45.

Calyx pentagonus, semiquinquefidus, persistens. Corolla hypocrateriformis; tubo sæpius ovato; fauce glandulosa. Stamina quinque. Stylus unicus; stigmate



stigmatate globofo. Capsula globofa, plana, calyci infidens, unilocularis, quinquevalvis, polysperma.

1. ANDROSACE foliis pilosis, perianthiis hirsutis.

LINN. *Spec plant.* p. 142.

*Aretia villosa, floribus umbellatis.* HALL. Helv.

p. 486.

Habitat in alpidibus *Carniolæ superioris.*

Folia plana, oblonga, integerrima, sessilia, acuta, ciliata. Scapus teres, villosus. Flores umbellati. Involucrum pentaphyllum, pedunculis brevius. Corolla alba; segmentis subovatis, calyce nihilo longioribus; flavescentibus glandulis; tubo ventricoso. Stamina calyce duplo breviora: antheris flavis.

## PRIMULA.

LINN. *Gen. plant.* 180.

Differt ab *Androsace* calyce tubuloso, quinque-dentato, acuto. Corollæ tubo cylindrico; fauce per-  
via & nuda. Capsula, in plures quam quinque val-  
vas dehiscente.

1. PRIMULA pedunculis radicalibus unifloris.

*Primula foliis rugosis, hirsutis, scapo unifloro.*

HALL. Helv. p. 482.

*Carniol. Goutshiza.*

Habitat circa *Ilriam, Labacium, &* alibi frequens.

Indoles non alpina. Scapi radicales, uniflori.

Corollæ limbus calycis longitudinem tota diametro superans, venoso - rugosus; tubus transversis rugis asper, subvillosus.

Si quid cardiaci aut cephalici in primulis latet, id non in hac specie, quæ in Officinis nostris unice prostat, sed in primulæ sequentis varietate flava & odora residet, quam in *Carniola* nondum reperi.

2. PRIMULA floribus subumbellatis, foliis rugosis hirsutis.

*Primula foliis rugosis, hirsutis, spica inclinata, flore pallido, majori, inodoro & flavo minori, odoro.* HALL. Helv. p. 483.

Habitat odora varietas ad alpium radices herbidas, inodora vero elatiora & sterilia earumdem loca degit.

Utamque speciem conjungit LINNÆVS, cui nullo modo adsentiri possum, attenta utriusque diversissima facie, inflorescentia & indole, nulla unquam cultura mutabili.

3. PRIMULA foliis ferratis glabris. LINN. H. Upsal. p. 36. Spec. plant. p. 143. ROYEN. Lugdh. p. 415.

*Primula foliis ferratis carnosis glabris.* LINN.

H. Cliff. p. 50. HALL. Helv. p. 484.

Habitat in fissuris summarum rupium M. Storchitsch.

Flores umbellati, erecti, flavi; limbo concavo. Calyx longitudine capsulæ.

4. PRIMULA foliis glabris, carnosis, integerrimis. HALL. Helv. p. 485.

*Primula foliis integerrimis glabris oblongis, calycibus tubulosis obtusis.* LINN. Spec. plant. p. 144.

Habitat circa Idriam in Struk infra aquæductus ad rupem oppositam lacui.

Descriptio brevis Halleriana nostræ plantæ aptari nequit, quæ folia gerit digitum fere longa, pauca, caule breviora; Scapum nihilo breviorum primula Officinali; Pedunculos semiunciales; Calyx tubo corollæ duplo breviorum; Corollæ segmenta cæruleo-rubra, prope faucem farinosa, tubo nihilo breviora; Antheras fulvas; Stylum rubrum; stigmatibus luteo-viridi; Capsulam vertice rubram; Semina ad 90.

*Primulam foliis glabris, rugosis, subtus farinosis, umbelliferam.* HALL. Helv. p. 484. audio nasci circa Lok, ego vero nondum vidi.

## MENYANTHES.

LINN. *Gen. plant.* 185.

Calyx quinquefidus, persistens. Petalum infundibuliforme; segmentis reflexo-patulis, superne barbatis. Stamina quinque. Stylus unicus; stigmate diviso. Capsula ovato, unilocularis, bivalvis, polysperma.

I. MENYANTHES foliis ternatis. LINN. *Fl. Lapp.* 80. *H. Cliff.* p. 52. *Fl. Spec.* 163. *Mat. Med.* 66. *Spec. plant.* p. 145. ROYEN. *Lugd.* p. 430. HALL. *Helv.* p. 487. DALIB. *Paris.* p. 62. BOEHM. *Lips.* 40.

*Menyanthes palustre latifolium & triphyllum.*

TOURNEF. *Inst.* p. 117.

Habitat circa Lok in pratis, quæ frigidi fontis aqua rigat.

Scapus nudus. Flores racemosi. Bractea obtusa brevis sub pedunculo simplici & flore longiore. Calyx 6-7. fidus corollæ tubo duplo brevior; segmentis obtusis, erectis: uno longiore. Corolla alba non sine rubore, sexfida; segmentis lanceolatis, superne barbatis. Antheræ flavo-rubræ. Germen pyriforme. Stylus longus; stigmate quadrifido. Capsula binos ordines seminum continet, more bilocularium.

In morbis diuturnis, humorum discrasia, præsertim vero in quartanis contumacioribus profuit non paucis, ut hætenus observavi.

## HOTTONIA.

BOERRHAV. *Lugdb.* p. 206.

Calyx in quinque lacinias lineares profunde fectus, persistens. Petalum fauce colorata; tubo postice dilatato. Stamina quinque. Stylus unicus;

T 4

stigmate

stigmatate orbiculato. Capsula globofo-acuminata, unilocularis, polysperma. Semina globosa.

1. HOLLONIA. BOERRH. *loc. cit.* LINN. *H. Cliff.* p. 51. *Fl. Svec.* 164. *Spec. plant.* p. 145. ROYEN. *Lugdb.* p. 41. HALL. *Helv.* p. 487. DALIB. *Paris.* p. 63. SEGUIER. *Veron. supplem.* p. 94.

Habitat in fossis agri *Labacensis*. Majo M.

Caules teretes, ramosi, aquis immerfi. Rami verticillati. Folia verticillata, pinnata: pinnis compressis, subulatis, fetaceis, indivisis. Scapus nudus, basi crassior. Flores verticillati; bracteis linearibus. Calycis segmenta pedunculi longitudine. Corolla alba & rubra; segmentis ovatis; fauce flava; tubo segmentis brevior. Stamina erecta, flava, tubo breviora. Germen sphaericum.

## GENTIANA.

LINN. *Gen. plant.* 285.

Calyx in tot dentes, quot corollæ segmenta, divisus, acutus, persistens, cum fructu non crescens, sed ab eo ruptus uno latere. Petalum varium, tubulosum, marcescens. Stamina quinque. Stylus unicus; binis stigmatibus. Capsula oblonga, teretiuscula, acuta, unilocularis, bivalvis polysperma.

1. GENTIANA corollis quadrifidis imberbibus verticillatis sessilibus. LINN. *Spec. plant.* p. 231.

*Gentiana floribus verticillatis, floris tubulosi segmentis brevissimis.* HALL. *Helv.* p. 474.

*Gentiana floribus confertis terminalibus, corollis quadrifidis imberbibus, interjecto denticulo.* LINN. *H. Cliff.* p. 81. ROYEN. *Lugdb.* p. 432. DALIB. *Paris.* p. 80.

Habitat circa vias & in sterilibus.

Caules diffusi, simplices. Folia lanceolata, basi connata, patula. Pedunculi laterales, triflori, quibus

in alis superioribus flos additur solitarius; donec in supremis alis omnes solitarii sint. Calyx quadridentatus, flore duplo brevior, absque plicis; dentibus inæqualibus. Corolla cæruleo-virens, quadrifida, dentibus plica divisis. Filamenta basi canaliculata.

Defectu *Gentianæ punctatæ* *Officinalis*, hæc comode substitui potest.

2. *GENTIANA* corollis quadrifidis, margine ciliatis.

LINN. *Spec. plant.* p. 231.

*Gentiana segmentis florum quaternis, per oram barbatis.* HALL. *Helv.* p. 473.

*Gentiana corollis hypocrateriformibus, laciniis margine barbatis.* LINN. *H. Cliff.* p. 81.

Habitat in aridissimis collibus circa *Idriam*, autumnii tempore.

Folia linearia, sessilia, inferne rubra. Calyx tetragonus, dentibus rubris. Corolla cærulea; segmentis crenulatis, basi utrinque barbatis. Filamenta infra medium villosa.

3. *GENTIANA* corolla quinquefida campanulata caulem excedente. LINN. *Spec. plant.* p. 228.

*Gentiana corolla campanulata, caulem longitudine excedente.* LINN. *H. Cliff.* p. 81. ROYEN.

*Lugdb.* p. 432. HALL. *Helv.* p. 477.

Habitat in adscensu *M. Storshitsch*, aliarumque alpium.

Caulis prostratus, subtetragonus, brevior flore, binis foliorum paribus.

4. *GENTIANA* corollis quinquefidis campanulatis, foliis subovatis mononerviis.

Reperi abunde in pratis paludosis *agri Reifnizensis*; Autumno.

Caulis erectus, semipede brevior ramosus. Folia ovato-oblonga, connato-sessilia, unico nervo inferne donata. Flores ex alis superioribus sparsi, erecti, cærulei, immaculati, pedunculati.

5. GENTIANA corollis quinquefidis campanulatis, foliis linearibus.

*Gentiana corollis quinquefidis campanulatis oppositis pedunculatis.* LINN. Spec. plant. p. 228.

*Gentiana foliis longis & angustis, floribus in alis caulis sessilibus.* HALL. Helv. p. 477. Corolla campanulata quinquefida. BOEHM. Lips. 55.

*Gentiana floribus terminalibus raris, corollis erectis plicatis, foliis linearibus.* LINN. H. Cliff. p. 80. Fl. Svec. 202. ROYEN. Lugdb. p. 432. DALIB. Paris. p. 81.

Habitat in udis & sterilibus circa Reifnitz, cum priore.

Folia linearia, canaliculata, oris reflexis. Calyx sessilis, denticulis linearibus, erectis. Corolla cærulea, folio longior, maculis sphaericis, subluteis interne picta.

6. GENTIANA corollis quinquefidis campanulatis sessilibus solitariis oppositis, foliis cruciformibus.

*Gentiana corollis quinquefidis campanulatis oppositis sessilibus, foliis amplexicaulibus.* LINN. Spec. plant. p. 227.

*Gentiana foliis ovato-lanceolatis, floribus campanulatis, in alis sessilibus.* HALL. Helv. p. 478.

*Gentiana floribus lateralibus solitariis sessilibus, corollis erectis.* LINN. H. Cliff. p. 80. ROYEN. Lugdb. p. 432.

Habitat in sylvis æstate frequens.

Caulis germine crassior. Folia & floribus cruciatim oppositi. Calyx corolla minime brevior; angulis vix manifestis.

7. GENTIANA corollis quinquefidis campanulatis sessilibus solitariis secundis, foliis bifariis.

Vegetat cum priore, a qua separo.

Caullem enim habet germine tenuiorem, debilem. Folia in arcuatum mucronem desinentia, bifariam versa,

sa, & fere secunda. Flores heteromallos, imbricatos. Calycem alis manifestis rugosisque instructum, corolla duplo brevior. Si hæ notæ non sufficiunt, conjungenda est cum priore, cum qua alioquin convenit loco natali, florendi tempore, magnitudine, flore.

8. GENTIANA corolla quinquefida hypocrateriformi: segmentis crenulatis, caule simplici.

*Gentiana corolla quinquefida infundibuliformi caulem excedente, foliis radicalibus confertis majoribus.* LINN. Spec. plant. p. 228.

*Gentiana flore unico, tubuloso, foliis ad terram congestis, acutis.* HALL. Helv. p. 476.

Habitat primo vere in pratis & collibus.

Folia ima congesta, caulina breviora. Calyx tubo corollæ brevior. Corollæ limbus rotatus; segmentis tubo duplo brevioribus, crenulatis; tubus basi virens. Plicæ bicornes inter segmenta.

9. GENTIANA corollis quinquefidis hypocrateriformibus glabris, calycibus plicatis.

*Gentiana corollis quinquefidis hypocrateriformibus, calycibus inflatis plicatis.* LINN. Spec. plant. p. 229.

*Gentiana calycis pentagoni alis maximis.* HALL. Helv. p. 476.

Habitat in *M. Planina*, & circa *S. Catherinam* prope *Kadiedrousza*.

Radix flavescens. Caulis semipedalis, tetragonofulcatus, ramosus. Folia ovata, basi decurrentia. Rami uniflori, foliosi, solitarii. Flores erecti. Calyx non inflatus, sed tubo floris accomodatus, alis vero quinis, magnis, viridibus, integerrimis, in dentem erectum desinentibus, plicatus. Corollæ segmenta patula, lanceolata, integerrima, eleganter cærulea; tubus calyce paulo longior, albo-virens; auriculæ bifidæ. Antheræ flavo polline.

10. GENTIANA corollis quinquefidis hypocrateriformibus, fauce barbatis. LINN. *Spec. plant.* p. 230.

*Gentiana floribus confertis, faucibus membrana laciniata clausis, foliis ovato-acuminatis.* GUETTARD. *Stamp.* p. 303.

*Gentiana foliis amplexicaulibus, floris fauce barbata* HALL. *Helv.* p. 473.

Habitat circa *Voiska*, & *Bekerishe* in pratis & colibus frequens

Caulis spithamæus, ruber, compressus, ramosus. Rami multiflori. Folia amplexicaulia. Corolla rubrocærulea, fauce barbata, sine plicis, tubo calyce duplo longiore.

11. GENTIANA corollis quinquefidis rotatis verticillatis, calycibus spathaceis. HALL. *Helv.* p. 479. LINN. *Spec. plant.* p. 227.

*Gentiana floribus lateralibus confertis pedunculatis, corollis rotatis.* LINN. *H. Cliff.* p. 80. *Fl. Svec.* 201. *Mat. Med.* 110. ROYEN. *Lugdb.* p. 432.

Carniol. *Entzian.*

Habitat in *M. Aras*, & circa *Potquelb.*

Descriptionem vide apud Cl. HALLERUM. *loc. cit.* & *Opusc. bot.* p. 209. Aromatica & amarissima radix, debili ventriculo, bilis inertæ, & mucii copię medetur optime. Hinc chronicos lentosque morbos, febres periodicas, ipsamque Podagram curasse visa est. Ex ea in Tyrolensi Comitatu spiritum parant Rustici quidam, ad flatum dissipandos & ventriculum roborandum, optimum.

12. GENTIANA corollis quinquefidis infundibuliformibus, ramis unifloris alternis. LINN. *Spec. plant.* p. 229.

*Gentiana corollis infundibuliformibus quinque-*  
*dentatis, ramis alternis.* LINN. *Fl. Svec.* 204.

Gen-



*Gentiana humillima*, caule ramoso, tubo floris longissimo. HALL. Helv. p. 475. Tab. 7. fig. 5. Habitat in M, A as.

Caulis angulatus, digito minor, ramosus. Rami alterni. Folia ima congesta. Corollæ segmenta caulinis foliis nihilo longiora, tubus calyce longior, auriculæ lineares.

13. GENTIANA corollis quinquefidis infundibuliformibus, caule dichotomo. LINN. Spec. p. nt. p. 229.

*Centaurium corolla quinquefida*, foliis lanceolatis. BOEHM. Lips. 57.

*Gentiana foliis trinerviis*, ovatis, floribus umbellatis, tubo strictissima. HALL. Helv. p. 475.

*Gentiana foliis lineari-lanceolatis*, caule dichotomo, corollis infundibuliformibus quinquefidis. LINN. H. Cliff. p. 81. Fl. Svec. 205. Mat. Med. 112. ROYEN. Lugdb. p. 437. DALIB. Paris. p. 81.

Carniol. *taushent roshe*.

Habitat circa *Idriam* in apricis, ficcis collibus & fylvis.

Rami nunc oppositi, nunc alterni. Flores corymbosi. Calycis pentagoni segmentum unum cæteris longius. Corollæ limbus suave purpureus, sine auriculis; tubus subluteus, striatus, calyce longior. Stamina antheræ, & stigma flavescent.

Europæis omnibus notissima summisque encomiis celebrata planta, amaritie summa bilis inertiam acuit, sale vero & oleo, quo scatet, acri, vasa & viscera abdominalia sarcta lentis humoribus, potenter expedit, solidorum robur auget, fluida attenuat, excretionem auget, suppressas promovet, hinc morbis diuturnis, & febribus intermittentibus præcipue medetur, peruviano tamen cortice longe debilior.

## VERONICA.

LINN. *Spec. plant.* p. 25.

Calyx monophyllus persistens. Petalum divisum in partes tot quot calyx. Stamina duo. Stylus unicus, declinatus. Capsula bilocularis, apice dehiscentis.

1. VERONICA racemo terminali subspicato, foliis ovatis glabris crenatis. LINN. *Spec. plant.* p. 12.

*Veronica floribus solitariis, foliis ovatis glabris crenatis.* LINN. *Fl. Svec.* 14. DALIB. Paris. p. 4. BOEHM. Lips. 90.

*Veronica foliis ovatis, raro crenatis, floribus longe spicatis, glabris, fructu bifido.* HALL. Helv. p. 533.

*Veronica foliis inferioribus oppositis ovatis, superioribus alternis lanceolatis, floribus solitariis.* LINN. *H. Cliff.* p. 9. ROYEN. *Lugdb.* p. 302.

*Veronica floribus sparsis, foliis ovatis crenatis glabris.* LINN. *Fl. Lapp.* p. 6.

Habitat in pratis, circa hortos & agros.

Flores alterni. Pedunculi folio breviores, villosi: villis capitulo ovato, continuo, concolore terminatis. Corolla albida, cæruleis lineis exarata; segmento minore immaculato; fauce villis inflexis, sæpius capitatis pubescente. Capsula hirsuta.

2. VERONICA racemo terminali, foliis ovatis crenatis glabris pedunculo brevioribus.

*Veronica foliis ovatis, raro crenatis, fructu ovali, minor, floribus in summo caule cæruleis.* HALL. Helv. p. 532.

Habitat in M. *Storshitsch.* Septemtrionem versus.

Caulis repens. Rami erecti. Folia crassa, opposita, crenulata. Calycis segmenta apicibus dilatata; pedunculo erecti, folio longiore. Corolla ampla, cærulea, prope tubum virens,

- 3, VERONICA racemo terminali subspicato, foliis ellipticis subhirsutis obtusis crenatis.

*Veronica spica terminali, foliis oppositis crenatis obtusis, caule ascendente simplicissimo.* LINN. Spec. plant. p. 10.

*Veronica foliis obtusis, caule non ramoso, spica nuda terminato.* HALL. Helv. p. 531.

*Veronica spicata minor.* Bauhin. Pin. p. 247. Vaillant. par. Tab. 33. fig. 4. ZANICHELL. Ven. p. 273. Tab. 73. SEGUIER. Veron. I. p. 234.

Habitat in aridis pascuis circa *Heidenshafft*.

Caulis simplex. Flores pedunculati, dense imbricati, cærulei, in racemum teretem, acutum, biuncialem, terminalem, spicæformem congesti. Folia omnia opposita, rigida, subhirsuta, obtusa, crenata. Corollæ faux barbata.

4. VERONICA racemo terminali, calycibus quinquefidis corollæ tubo postice dilatato brevioribus.

Habitat circa *Idriam* in muris, & in *Struk*, ad originem aquæductuum in rupe laterali, ubi ex ampla crypta rivulus defluit. Alibi etiam collegi, ut in magno saxo inter viam & fluvium *Hydriam* posito prope *Fodinas*; nec non in rupibus sylvarum udis & umbrosis.

Convenit cum *Bonarota* MICHELII *Gen. plant.* p. 19. Tab. 15. fig. 1. 2.

Radice perenni, fibrosa. Caule tereti. Foliis oppositis serratis. Racemo terminali. Calyce quinquefido; segmentis linearibus. Corolla bilabiata; labio superiore brevioris & integro; inferiore trifido; segmentis æqualibus. Staminibus duobus. Germine subrotundo. Capsula oblonga, glabra.

Differt vero Caule simplicissimo. Foliis superioribus lanceolatis, ubique & crebre dentatis. Floribus flavis. Pedunculis brevissimis. Calyce irregulari.

lari. Corollæ labio superiore latiore; tubo ad basim ventricoso, calycis longitudinem superante. Filamentis ad basim pilosis. Capsula apice bivalvi, sed valvis denuo bifidis, excusso semine reflexa.

5. VERONICA racemis oppositis erectis ex summis alis, foliis subovatis patulis dentatis rugosis.

*Veronica racemis lateralibus, foliis ovatis rugosis dentatis, caule debili.* LINN. Spec. plant. p. 13.

*Veronica floribus racemosis lateralibus, foliis ovatis plicatis dentatis.* LINN. Fl. Svec. 12. DALIB. Paris. p. 4.

*Veronica foliis cordatis, supericoribus majoribus, acutioribus, ex alis racemosa.* HALL. Helv. p. 529.

*Veronica foliis oppositis plicatis dentatis, scapis ex alis inferioribus laxè spicatis.* LINN. H. Cliff. p. 8.

Habitat ad sepes & versuras.

Folia ima subrotunda, reliqua subovata. Racemi longi, oppositi, erecti, ex supremis alis. Calycis margo villis capitatis hispidus. Stigma albidum, papillis cylindraceis asperum.

6. VERONICA racemis lateralibus, foliis cordatis, rugosis dentatis, caule stricto. LINN. Spec. plant. p. 13.

*Veronica foliis cordatis, longe mucronatis, ex alis racemosa.* HALL. Helv. p. 529.

*Veronica foliis oppositis plicatis dentatis, scapis ex alis superioribus laxè spicatis.* LINN. H. Cliff. p. 9.

Habitat in sylvis saxosis, & muris.

Folia opposita, cordata, reflexa, subhirsuta. Racemi patuli, nudi. Calycis lacinia subjecta bractea nihilo latiores. Corolla carneâ, demum expallescens; margine villosa. Antheræ rubræ. Capsula inflexa.

7. *VERONICA* racemis lateralibus, pedicellis pendulis, foliis linearibus integerrimis. LINN. *Fl. Svec.* 9. *Spec. plant.* p. 12. DALIB. *Paris.* p. 7. BOEHM. *Lips.* 86.

*Veronica foliis lineari-lanceolatis integris, racemis laxe floriferis.* LINN. *Fl. Lapp.* 9. H. Cliff. p. 10. ROYEN. *Lugdb.* p. 302. HALL. *Helv.* p. 525.

Habitat in fossis agri *Labacensis.*

Cauliculi angulosi. Folia opposita, uncialia. Pedunculi folio breviores. Calyx glaber, exiguus. Capsulæ locula sæpius pentasperma.

8. *VERONICA* racemis lateralibus oppositis laxis, foliis planis glabris.

*Veronica racemis lateralibus, foliis ovatis planis, caule repente.* LINN. *Fl. Svec.* 11. *Spec. plant.* p. 12. DALIB. *Paris.* p. 7. BOEHM. *Lips.* 85.

*Veronica aquatica, foliis ovatis, ex alis racemosa.* HALL. *Helv.* p. 528.

*Veronica foliis oppositis lævibus crenatis, floribus racemosis lateralibus.* ROYEN. *Lugdb.* p. 302.

*Veronica foliis oppositis lævibus crenatis, floribus laxe spicatis ex alis.* LINN. H. Cliff. p. 8.

*Veronica aquatica minor & major, folio subrotundo.* TOURNEF. *Inst.* p. 145.

Carniol. *Boboungk.*

Habitat circa rivos, & fontes.

Caules glabri, floriferi erecti. Folia plana, crassa, nitida, ferrulata, petiolata, opposita. Pedunculi patentissimi, calyce longiores, bractea breviores. In-  
sipida planta ignis tortura dat oleum, sal acidum, au-  
sterum & alkalinum GEOFFROY. *Mat. Med.* Sed ignis  
corpora valde mutat adsociatus BOYLE *Hist. sang.*  
p. 2. exp. 4. LANCISIUS. *Oper. Tom. 2. Diss. 4.* &  
omnia alkalescens. Dein certum est, corpus huma-

num aliter affici a mixto, & denuo aliter a chemicis principiis. Sola ergo experientia est optima Analysis, quæ vires stirpium detegit.

9. VERONICA racemis lateralibus subspicatis solitariis, foliis oppositis villosis ficcis, caule repente.

*Veronica spicis lateralibus pedunculatis, foliis oppositis, caule procumbente.* LINN. Mat. Med. 11. Spec. plant. p. 11.

*Veronica floribus spicatis, foliis oppositis. caule procumbente.* LINN. Fl. Svec. 8. DALIB. p. 3. BOEHM. 89.

*Veronica foliis ficcis, ovatis, ferratis, caule procumbente, ex alis racemosa.* HALL. Helv. p. 530.

*Veronica caule repente, scapis spicatis, foliis oppositis ovatis integris.* LINN. Fl. Lapp. 5. H. Cliff. p. 8. ROYEN. Lugdb. p. 302.

Habitat in sylvis.

Folia elliptica, ferrata, hirsuta. Caules radicati e geniculis, dein adscendentes. Racemi ex unica ala, eaque superiore. Corolla pallide cærulea, lineata. Pedunculus bractea brevior. Villi subulati in caule, & fauce corollæ, capitati vero in racemis & calyce.

Sal & oleum, quo abundat, potenter expedit, stimulatque vasa fœcta lentis humoribus. Unde in Catharrhis, nervorum laxitate, & mucosa colluvie, egregie prodest. Decocti Veronicæ paucis aceto commixti vapore per infundibulum ore excepto in catharrhali suffocatione nihil præstantius est. Hoc uno remedio sanavi Amicum, cui aggesta, in bronchiis pituitosa colluvies *Α'πνοια* minabatur. Eadem planta in inflammationibus impetum auget, ut mirer tam facile in Pleuritide præscribi a Medicis.

10. VERONICA floribus solitaris, foliis cordatis incisis pedunculo brevioribus. LINN. Fl. Svec. 17. Spec. plant. p. 13. DALIB. Paris. p. 6. BOEHM. Lips. 91.

*Veronica foliis alternis cordatis, floribus solitariis.* LINN. H. Cliff. p. 9. ROYEN. Lugdb. p. 303. HALL. Helv. p. 534.

*Veronica Chamædrios folio.* RIVIN. Mon. Tab. 96.

Habitat circa hortos.

Hæc prima est, quæ florem profert.

11. VERONICA floribus solitariis, foliis cordatis incisifis pedunculo longioribus. LINN. Fl. Svec. 16. Spec. plant. p. 13. DALIB. Paris. p. 5.

*Veronica foliis subrotundis, crenatis, petiolis calyce brevioribus.* HALL. Helv. p. 533. BOEHM. Lips. 94.

*Veronica foliis oppositis cordatis crenatis, floribus solitariis sessilibus.* LINN. H. Cliff. p. 9. ROYEN. Lugdb. p. 303.

Habitat in pratis siccioribus.

Differt a priore, caule erecto; foliis imis subrotundis, alternis supremis opposita; integris Corolla pallidiore, calycibus minore. Pedunculo lineam vix longo.

12. VERONICA floribus solitariis, foliis quinquelobis, corollis calyce brevioribus.

*Veronica floribus solitariis, foliis cordatis planis quinquelobis.* LINN. Fl. Svec. 18. Spec. plant. p. 13. DALIB. Paris. p. 6. BOEHM. Lips. 92.

*Veronica foliis latis, quinquelobis, calycis segmentis sagittatis.* HALL. Helv. p. 534.

*Veronica foliis alternis cordatis quinquelobis, floribus solitariis.* LINN. H. Cliff. p. 9. ROYEN. Lugdb. p. 303.

*Veronica cymbalariae folio, verna.* TOURNEF. Inst. p. 145. SEGUIER. Veron. 1. p. 238.

Habitat in hortis & arvis.

Folia superiora alterna & triloba.

13. VERONICA floribus solitariis, foliis digitato-partitis pedunculo brevioribus. LINN. *Fl. Svec.* 19. *Spec. plant.* p. 14. DALIB. *Paris.* p. 6.

*Veronica foliis trifidis & quinquefidis.* HALL. *Helv.* p. 534.

*Veronica foliis alternis, inferioribus quinquepartitis, superioribus tripartitis, floribus solitariis.* LINN. *H. Cliff.* p. 9. BOEHM. *Lips.* 93.

*Veronica verna trifido vel quinquefido folio.* TOURNEF. *Inst.* p. 145.

Habitat in arvis circa *Labacium* abunde. Majo M. Caules debiles, ramosi. Fructus subrotundus.

## LIGUSTRUM.

TOURNEF. *Inst.* p. 596. *Tab.* 367.

Calyx exiguus, quadridentatus D. Pentalum infundibuliforme, quadrifidum A. Stamina duo. Stylus unicus; stigmatibus clavatis, bifidis. Bacca globosa, bilocularis.

1. LIGUSTRUM. LINN. *Spec. plant.* p. 7. HALL. *Helv.* p. 527.

Habitat ad sepes, & montium radices.

Bacca autumni tempore maturans, nigra; septo membranaceo. Semen oblongum, hinc gibbum, inde planum, sulcatum, nigrum, intus album.

## II. *Distylæ.*

### CUSCUTA.

LINN. *Gen. plant.* 156.

Calyx pentagonus, quinquefidus, succulentus. Petalum ovatum, quinquefidum. Stamina quinque. Styli duo. Fructus bilocularis, horizontaliter dehiscens. Ita MECUM TOURNEFORTIVS *Tab.* 422. A. D.

qua-



quaternarium numerum habent. LINN. *loc. cit.* HALL. *Helv.* p. 468. LUDWIG. *Defin. gen.* 26.

1. *CUSCUTA* floribus sessilibus. LINN. *Spec. plant.* p. 124.

*Cuscuta nuda repens filiformis.* LINN. *Fl. Svec.* 138. *Mat. Med.* 55. DALIB. *Paris.* p. 53.

*Cuscuta aphyllus.* HALL. *Helv.* p. 469.

Habitat circa hortos, & in pratis siccioribus, aliis plantis circumposita.

Cauliculi subangulati, rubri aut flavescentes, nudi, filiformes. Flores conglomerati, sessiles, campanulati. Calyx quinquefidus, corollæ concolor; segmento uno longiore. Stamina quinque. Styli purpurei. Semina ovata. Inter aperientia usus sum hucusque feliciter, eodemque effectu, sive Urticæ, sive Rubiæ, sive Lino, adnata fuerit. Ut enim sanguis animalium non sequitur naturam pabuli, quo nutriuntur, sic neque succi plantarum.

## CLASSIS XIII.

### ASCYROIDEÆ.

**C**alyx polyphyllus, plerumque deciduus. Corolla polypetala; petalis deciduis, fructui circumpositis, nunquam pluribus quam folia calycis, neque paucioribus quam sunt stamina.

Classẽm hanc Naturalissimam esse non contendo. Satius tamen esse duxi stirpes aliquas communibus quibusdam notis instructis in unam Classẽm ex arbitrio congregare, quam aliis fociare, cum quibus nullam prorsus adfinitatem habent.

### HYPERICUM.

LINN. *Gen. plant.* 808.

Calyx regularis. quinquefolius. Petala quinque.

Stamina plurima. Styli tres. Capsula trilocularis. Semina plurima. HALL, *Helv.* p. 360.

1. *HYPERICUM* floribus tryginis, staminibus confusis, foliis amplexicaulibus, caule tereti.

*Hypericum alpinum, minus, non perforatum & caule tereti.* PONTED. compend. p. 114.

Habitat in alpibus *Carniolæ superioris.*

Caulis simplex, teres. Folia erecta, non punctata, subovata, amplexicaulia. Petala glandulifera. Stamina ad 90. in phalanges minime distributa. Germen circa stigma maculatum.

2. *HYPERICUM* floribus tryginis, calycibus ferrato-glandulosis, foliis petiolatis ovato-lanceolatis, caule tereti.

*Hypericum floribus tryginis, calycibus ferrato-glandulosis, caule erecto, foliis ovatis.* LINN. Spec. plant. p. 786.

*Hypericum foliorum ora punctata, calyce serrato.* HALL. *Helv.* p. 361. BOEHM. *Lips.* 407.

*Hypericum floribus tryginis, calycum ferraturis capitatis, caule tereti.* LINN. H. Cliff. p. 380. Fl. Svec. 626. ROYEN. *Lugdb.* p. 474. DALIB. Paris. p. 234.

*Hypericum villosum, erectum, caule rotundo.* TOURNEF. *Inst.* p. 255. SEGUIER. *Veron.* 1. p. 457.

Habitat in sterilibus locis & aspersis.

Caulis villosus, paniculatus, teres. Folia villosa, ovato-oblonga, petiolata. Calycis ferraturæ stylis capitatis terminatæ; capitulis sphagni umbilicatis & obtusis. Petala integerrima. Stamina 10-12. in una cohorte. Thalamus seminum, calycis longitudine.

Planta in senio calva fit.

3. *HYPERICUM* floribus tryginis. petalis uno latere crenatis, caule ancipiti.

*Hype-*

*Hypericum floribus tryginis, caule ancipiti, foliis obtusis pellacido-punctatis.* LINN. H. Cliff. p. 380. Fl. Svec. 625. Mat. Med. 365. Spec. plant. p. 385. ROYEN. Lugdb. p. 474. HALL. Helv. p. 360. DALIB. Paris. p. 233. BOEHM. Lips. 406.

Carniol. Svet. *Janesheve roshe.*

Habitat ad vias, & cultis in locis.

Calyx integerrimus, non glandulosus. Folia ovata, cum caule glabra, angulo usque ad subjectam conjugationem ubique decurrente. Petala calyce duplo longiora, uno tantum latere crenulata. Stamina ultra 10. in una cohorte. Antheræ interius prope septum glandulam gerit, similem illis, quæ petalorum crenis insident.

Tota planta, præsertim glandulæ, oleo scatent terebinthineo GEOFFROY. *Mat. Med.* mirifice vulnerario. Ego in sanandis vulnusculis non alio utor balsamo, quam oleo olivarum, cui flores hyperici infusi & solis radiis diu expositi fuerint.

4. **HYPERIUM** floribus tryginis, caule quadrato herbaceo. LINN. H. Cliff. p. 380. Fl. Svec. 624. ROYEN. Lugdb. p. 473. DALIB. Paris. p. 234.

*Hypericum caule quadrangulo, foliis profortis, flore non punctato.* HALL. Helv. p. 362.

Habitat in pratis humidioribus, & circa aquas.

Anguli alati. Folia amplexicaulia. Flores corymbosi. Calyx acutus, integer; apice glandulosus. Petala calyce paulo longiora, supra medium ad oras glandulosa, integerrima. Septum antheræ glandulam sustinet. Stamina 12. in una cohorte.

## CISTUS.

LINN. *Gen. plant.* 598.

Calyx pentaphyllus, persistens; foliolis duobus minoribus. Petala quinque. Stamina multa. Stylus

unicus. Capsula triquetra, trivalvis. Semina subrotunda, pedicellata, angulo cuilibet longitudinaliter affixa.

1. *Cistus suffruticosus*, procumbens exstipulatus, foliis alternis linearibus, pedunculis unifloris. LINN. *Spec. plant.* p. 225.

*Cistus caule procumbente, foliis alternis.* LINN. *Fl. Svec.* 435.

*Cistus fruticosus procumbens, foliis aciformibus nudis.* SAUVAGES. *Monsp.* p. 45.

*Helianthemum foliis alternis, angustissimis.* HALL. *Helv.* p. 359.

*Helianthemum tenuifolium, glabrum, luteo flore, per humum sparsum.* BAUHIN. *Hist.* 2. p. 18. TOURNEF. *Inst.* p. 249. VAILLANT. *Paris.* p. 96. ZANICHELL. *Ven.* p. 136. Tab. 116. SEGUIER. *Veron.* 1. p. 443.

Habitat circa *S. Vittum*.

Radix nigra, longa, descendens. Caulis procumbens. Folia alterna, acerosa. Flores solitarii; pedunculis folio brevioribus. Petala flava, calyce minora.

2. *Cistus suffruticosus* procumbens, stipulis lanceolatis, foliis oblongis revolutis subpilosis. LINN. *Spec. plant.* p. 528.

*Cistus stipulis quaternis, foliis oblongis utrinque nudis, caule procumbente.* LINN. *H. Cliff.* p. 206.

*Fl. Svec.* 433. ROYEN. *Lugdb.* p. 476.

*Helianthemum foliis subhirsutis, omnibus longe ellipticis.* HALL. *Helv.* p. 358. BOEHM. *Lips.* p. 398.

Habitat in asperis & incultis.

Folia villosa, verrucosa. Racemus terminalis. Flos unus post alium, dum floret, erigitur, prius vero & postea pendet. Petala subcrenata, rugosa. Stamina ad 100. Germen villosum. Stylus staminum lon-

longitudine. Semina ovata, ad unum angulum 4-5. tunicæ interioris duplicatura tecta, & in tres veluti cameras distributa.

## TILIA.

TOURNEF. *Inst.* p. 611. *Tab.* 381.

Calyx coloratus, deciduus, pentaphyllus. Petala quinque. Stamina multa. Stylus unicus. Capsula coriacea, globosa, quinquelocularis, quinquevalvis, basi dehiscens. LINN. *Gen. plant.* 508.

I. TILIA floribus nectario destitutis. LINN. *Spec. plant.* p. 514.

*Tilia foliis amplioribus, mollioribus, subhirsutis*

HALL. *Helv.* p. 357. BOEHM. *Lips.* 397.

*Carniol. Lippa. Lipau drevu.*

Habitat in Sylvis, sed frequentior circa *Garst-schereutz.*

Ex cortice interiore fimbriatim diviso, pallia sibi parant Pastores rustici. Flores suaveolentes & anodynæ inter anti Epileptica præcipua numerantur, dum nervos firmiores, nec tam facile irritabiles reddunt. Ex ligni carbone Epileptico pulveri color ater, ex auro pretium, fulgor, æstimatio cæca; utrumque inutile. Unde tanta farrago remediorum contra Epilepsiam? & unde tot decoro specifici antiepileptici titulo in Officinis superbæ pyxides? non aliunde, nisi ex neglecta, aut ignota causâ cerebrum nervasque irritante.

## PAPAVER.

LINN. *Gen. plant.* 573.

Calyx bifolius, caducus. Petala quatuor. Stamina plurima. Stylus nullus. Capsula coronata pliocis longitudinalibus numero radiorum stigmatis, femina

na. retinentibus, sub stigmate foraminulis dehiscens, effundens semina plurima.

1. **PAPAVER** capsulis glabris globosis, caule piloso multifloro, foliis pinnatifidis incis. LINN. *Spec. plant.* p. 507.

*Papaver foliis pinnatifidis hispidis, fructu ovato.*  
LINN. H. Cliff. p. 201. Fl. Svec. 428. HALL. Helv. p. 303. ROYEN. Lugdb. p. 478. DALIB. Paris. p. 151. BOEHM. Lips. 303.

*Papaver caule multifloro folioso hispido, foliis pinnatifidis, capsulis levibus.* LINN. H. Upsal. p. 136. Mat. Med. 251.

Carniol. *Perpeluze.*

Habitat inter fegetes, ubique.

Rami uniflori. Foliorum pilosorum dentes aristati. Petala coccinea. Ungue nigro. Stamina non ultra 90. Capsula divergens.

Flores visciduli & molles obtundunt acrimoniam vellicantem organa respirationis, tenasque membranas ex inflammatione relaxant. Nullus certe potus theiformis præstantior in pleuritide & in catharrhis addita Veronica.

## CHELIDONIUM.

LINN. *Gen. plant.* 572.

Calyx bifolius caducus. Petala quatuor. Stamina multa. Stylus nullus ut in Papavere; sed siliqua teretiuscula, unilocularis, bivalvis. RAYUS tamen utrumque conjunxit. *Meth. emend.* p. 104.

1. **CHELIDONIUM** pedunculis umbellatis. LINN. *Spec. plant.* p. 505.

*Chelidonium lobis subrotundis.* HALL. Helv. p. 305. BOEHM. Lips. 305.

*Chelidonium pedunculis multifloris umbellatis.*  
LINN. H. Cliff. p. 201. Fl. Svec. 430. H. Upsal.

fal. p. 137. Mat. Med. 252. ROYEN. Lugdb.  
p. 478. DALIB. Paris. p. 152.

Carniol. *Kriunca Mlecka*.

Habitat in ruderatis, versuris, hortis.

Calyx staminum longitudine. Filamenta obfubulata; antheris pedicellatis. Flos primus petalis unitatem numeri facile addens. Stamina non ultra 30. Acerrimus succus, plurima aqua dilutus, nubem oculi dissipat, verrucas absumit, faciei maculas eluit. Foliorum recentium pugillus in sero lactis, aut aqua infusus, & cum cremore tartari ad uncias quatuor & quinque assumptus prodest in Ictero, ex viscida biliosa colluvie biliaris ductus obstruente, econtra vero ab eo & omni alio stimulo cavendum si Icterus oriatur ab hepate inflammato, schirrhoso, corrupto, a spasmis nervorum & viscerum abdominalium, a viperæ morfu, a sanatis ulceribus, ab ingestis affatim post inediam, a reliquiis morborum acutorum.

## N Y M P H Æ A.

LINN. *Gen. plant.* 579.

Calyx persistens. Petala multa. Stamina plurima. Stylus nullus. Fructus coronatus stigmatibus radiato, plano; loculis pluribus numero radiorum.

I. NYMPHÆA calyce magno pentaphyllo. LINN.

*Fl. Lapp.* 218. *H. Cliff.* p. 203. *Fl. Svec.* 426.

*Mat. Med.* 258. *Spec. plant.* p. 510. ROYEN.

*Lugdb.* p. 480. fructu pyriformi. HALL. *Helv.*

p. 302.

Carniol. *beu blusthkick*, a *Pluzhe*, seu pulmone ideo dicta, quia bobus pulmonicis morbis laborantibus opem attulit sæpius, dato cochleari uno aliove pulveris florum exsiccorum.

Habitat in lacu *Zirchnice* si celeberrimo, cujus longitudo duarum horarum, latitudo dimidiæ, profundi-

tas

tas vero maxima est quinque pedum. Hic Julio Mense potissimum omnino exsiccat, ita ut plantas, ac præcipue Charam, metere & pro animalium pabulo in acervos congerere queant Rustici. Non eodem tamen tempore, quolibet anno, lacus exsiccat, sed modo serius, modo citius, prout uberiores vel rariores pluviae decidunt. Magna piscium & cancrorum copia in eo degit dicata præcipue Celeberrimo Vallis jucundæ *Cænobio Cystericiensi*. Piscatura eo tempore copiosissima jucundum oculis spectaculum exhibet, simulque stuporem excitat perpendiculari omnino exhaustas quovis anno piscibus aquas, brevi denuo, restituto lacu, eadem copia scaterere. Absoluto scensio, ingruentibus pluviis, lacus denuo renascitur inter viginti quatuor horas, imo etiam intra noctem, non ex defluentibus rivulis, sed ex antris subterraneis majoribus minoribusque, nec non innumeris invisibilibus foraminulis, aquas magno impetu undequaque eructantibus. Antra vero illa majora, siccitatis tempore, diligenter perlustrata, post varios microscopos gyros labyrinthiformes, modo in præcipientes vias, modo in cæcos fines desinunt, modo vero amplissimis, aqua plenis, & pulcherrime fornicatis cavernis inferuntur, in quarum adversis lateribus similes viæ denuo conspici possunt. Ex his equidem aliisque antris affatim erumpentibus aquis lacus denuo restituitur, sed quænam vis urget in subterraneis ductibus latentes aquas? unde tanta copia piscium? quo refluunt reduces in terram aquæ? O *Jebova!* quam ampla sunt tua opera! quam ea omnia sapienter fecisti!

2. *NYMPHÆA* foliis cordatis integerrimis, calyce quadrifido. LINN. *Spec. plant.* p. 510.

*Nymphæa calyce tetraphyllo, fructu rotundato.*  
HALL. *Helv.* ibid.



*Nymphaea calyce tetraphyllo, corolla multiplici.*

LINN. Fl. Lapp. 219. H. Cliff. p. 203. Fl.

SVEC. 427. ROYEN. Lugdb. p. 480. DALIB.

Paris. p. 150. BOEHM. Lips. 545.

Habitat cum priore.

Utraque refrigerans est & anodyna, utilis proinde ad ardores febrium, urinæ, & seminis temperandos.

## ACTÆA.

LINN. Gen. plant. 568.

Calyx tetraphyllus, caducus. Petala quatuor. Stamina multa. Stylus nullus. Bacca ovata, seu potius Pomum, capsulam continens unilocularem, decem feminibus foetam.

I, ACTÆA racemo ovato, fructibus baccatis. LINN.

Spec. plant. p. 504.

*Cristophoriana.* HALL. Helv. p. 306.

*Actæa caule inermi.* LINN. Fl. Lapp. 217.

Habitat in sylvis.

Caulis bifidus, spongiosa medulla, ramo longiore florifero. Racemus ovatus, apice foliosus, infra folia ternata genitus. Bractæ lineares, pedunculo erecto simplici breviores. Petala alba, staminibus breviora, limbis ovatis, unguibus tenuissimis. Stamina alba ad 30. Fructus niger, ovatus.

## RUTA.

TOURNEF. Inst. p. 257. Tab. 133.

Calyx quadrifidus, persistens. Petala quatuor. Stamina bis tot. Stylus unicus. Germen cruce insculptum, punctis octo ad basim. Capsula quadrilobularis, quadrifariam dehiscens. Semina multa. LINN.

Gen. plant. 374.

1. *RUTA* foliis decompositis. LINN. *H. Cliff.* p. 145.  
*H. Upsal.* p. 102. *Mat. Med.* 209. *Spec. plant.* p.  
 383. ROYEN. *Lugd.* p. 461.

*Ruta foliis incis, lobulis linearibus, acutis.*

HALL. *Helv.* p. 411.

Carniol. *Weinrutiza.*

Habitat supra S. *Vittum*, in adscensu *M. Anas.*

Petala staminum longitudine, oris rugosis.

Rutæ triginta tribus vicibus in scriptis suis meminit HIPPOCRATES, eamque ad mulierum morbos præcipue commendat. Certe graveolens odor & acerrima amarities, activa valde principia prodit, quæ liquida potenter incitant, sudores exprimunt, flatu discutiunt, menses urgent & vermes enecant.

## PYROLA.

TOURNEF. *Inst.* p. 256. *Tab.* 132.

Calyx quinquefidus, persistens; Petala quinque. Stamina decem. Stylus unicus, persistens. Capsula quinquelocularis, pentagona, angulis dehiscens, effundens semina plurima, minutissima. LINN. *Gen. plant.* p. 425.

1. *PYROLA* scapo unifloro. LINN. *Fl. Lapp.* 167.  
*Fl. Svec.* 334. *Spec. plant.* p. 397. HALL. *Helv.*  
 p. 420. *Opusc. bot.* p. 121.

*Pyrola monanthes, odore lilii convallium.*

VOLKAM. *Norimb.* p. 347. EX HOFFMAN.

*Pyrola minima.* BESL. *Eystett. Veron. O.* 11.

*Tab.* 12. *fig.* 2.

*Pyrola flore singulari.* RIVIN.

Habitat in sylvis, circa *Idriam*, in *Badersgraben.*

Scapus teres, nudus, ad basim quatuor squammis septus, quinta sub calyce. Folia subrotunda, crenata. Calyx albus; segmentis ovatis, patulis. Peta-

la ora undulatis. Stamina patula; antheris bicornibus, deflexis. Stylus rectus.

2. *PYROLA* racemo unilaterali. LINN. *Fl. Svec.* 352. *Spec. plant.* p. 396.

*Pyrola pistillis rectis, folio mucronato, serrato.* HALL. *Opusc. bot.* p. 195.

*Pyrola foliis ex ovatis acuminatis serratis, spica unilaterali.* HALL. *Helv.* p. 420.

*Pyrola floribus uno versu dispositis.* LINN. *Fl. Lapp.* 164.

Habitat cum priore.

Scapus anceps, subnudus. Folia elliptica, acuminata, dentata. Flores latiore folio suffulti. Calycis segmenta immaculata. Stylus rectus. Antheræ tenuissimo & fumi adinstar ad stigmâ adscendente poline plenæ.

3. *PYROLA* floribus racemosis dispersis, staminibus pistillisque rectis. LINN. *Fl. Svec.* 331. *Spec. plant.* p. 396.

*Pyrola foliis obiter serratis, subrotundis, floribus racemosis, tuba recta.* HALL. *Helv.* p. 420. *Opusc. bot.* p. 82.

*Pyrola folio subrotundo, leviter crenato.* MICHEL. apud TILL. *H. Pis.* p. 141.

*Pyrola rotundifolia, minor.* RUF. *Ien.* p. 236. Habitat ibidem.

Scapus angulatus, nudus, purpurascens. Calyx acutus, fusca macula ad apices notatus. Bractea linearis. Petala dorso leniter purpurascente. Stylus rectus.

*Pyrolæ* omnes æqualiter adstringunt & vulnerariæ sunt.

## TAMARIX.

LINN. *Gen. plant.* 337.

Calyx quinquefidus, persistens. Petala quinque. Stamina numero variantia. Stylus nullus. Stigmata tria.

tria, revoluta, plumosa. Capsula acuta, -unilocularis, trivalvis. Semina simplici pappo prædita.

- I. TAMARIX floribus decandris. LINN. *H. Cliff.* p. 111. *Spec. plant.* p. 271. ROYEN. *Lugdb.* p. 436. HALL. *Helv.* p. 419.

Carniol. *Tamarisch.*

Habitat circa fluvium *Savam.*

Fructus calyce triplo longior, ad basim usque dehiscens.

Inter aperientia usus sum hucusque feliciter, eandemque efficaciam Narbonensi inesse puto, quem tamen adstringere & obstipare ait LINN. *Mat. Med.* 154.

## MONOTROPA.

LINN. *Gen. plant.* 477.

Calyx nullus. Petala (in flore terminali) decem. Stamina decem. Stylus unicus. Stigma foliaceum, infundibuliforme. Capsula sulcis, loculis & valvis quinque. Semina plurima, minutissima.

- I. MONOTROPA floribus lateralibus octandris, terminali decandro. LINN. *Fl. Svec.* 329. *Spec. plant.* p. 387.

*Hypopitiis spica nutante.* HALL. *Helv.* p. 411.

Habitat in sylvis acerosis, & faginis.

Scapus tussilaginis vulgaris, floribus concolor. Flos terminalis major. Petala imbricata, erecta, flava, oblonga. Stylus villosus; stigmatibus scutellato, coronula villosa ad basim cincto. Capsula oblonga, flava, terminalis sulcis quinque prædita.

## PARIS.

Numerus foliorum calycis persistentis, petalorum, styli, fulcorum angulorum & loculorum baccæ polyspermæ idem. Stamina bis tot.

1. PARIS. LINN. *Spec. plant.* p. 367.

*Paris foliis quaternis.* LINN. *Fl. Lapp.* 155.  
H. Cliff. p. 153. *Fl. Svec.* 326. ROYEN. *Lugdb.*  
p. 461. HALL. *Hely.* p. 412. BOEHM. *Lips.*  
302.

Habitat in sylvis, frequens.

Longiora sunt folia calycina petalis, petala staminibus, stamina styli, styli denique fructu.

Bohemicæ mulieres vana superstitione fœdatæ, manu linteo probe tecta colligunt baccas, & instar amuletti collo appensas maleficiis opponunt. Virtus arsenico adversa, solius Lobelii experimentis confirmata, apud omnes fidem non invenit Gallinas certe necant & inter utiles fructus locum hætenus non invenerunt. Interim pulchritudo, frequentia & magnitudo succulenti fructus, allicit stirpium cupidos, ut vires detegant, sedulis experimentis.

## RUSCUS.

TOURNEF. *Inst.* p. 79. *Tab.* 15.

Flores masculi & feminei in diversis plantis. Corolla, aut calyx hexaphyllus; foliolis alterne minoribus. *Mari* antheræ patentés, insidentes vaginæ. *Femine*, vagina stylium continens; Bacca monosperma.

Ratione calycis huc retuli *Ruscum Convallariæ* alioquin adfinem.

1. RUSCUS caule simplici, floribus pedunculatis foliolo tectis.

RUSCUS *foliis subtus floriferis sub folio'o.* LINN.  
H. Cliff. p. 466. H. Upsal. p. 300. *Mat. Med.*  
469. *Spec. plant.* p. 1041. ROYEN. *Lugdb.*  
p. 227.

*Laurus alexandrina*, fructu pediculo insidente.  
BAUHIN. *Pin.* p. 304.

Habitat circa *Idriam* in asperis, umbrosis & elatioribus sylvis.

Facies sigilli Salamonis. Caulis sulcatus, simplex, folio concolor. Folia heteromalla, laurina, inermia; ima verticillata, superiora opposita, sessilia, perennia, nervosa. Flores duo aut tres e nido squamoso paleaceo prodeuntes, pedunculis teretibus, flore longioribus, fructu brevioribus, folio lanceolato tecti, unico aut duobus fertilibus. Calycis foliola linearia, violacea, planiuscula. Nectarium violaceum. Bacca ovata, coccinea, monosperma, stylo terminata, alio anno maturans. Semen aut femina bina, hemisphærica, ossea, tecta carne molli, albida, spongiosa, insipida. Decoctum ingreditur ad Gargarisma, ad uvulæ prolapsum a LINNÆO etiam commendatus.

## HEDERA.

TOURNEF. *Inst.* p. 612. *Tab.* 384.

Petala quinque; apicibus incurvis, liberis. Stamina quinque. Stylus breve tuber est. HALL. *Helv.* p. 165. Bacca unilocularis. LINN. *Gen. plant.* 200. quinquelocularis HALL. *ibid.*

I. HEDERA foliis ovatis lobatis. LINN. *Fl. Lapp.* 91. *H. Cliff.* p. 74. *Fl. Svec.* 190. *Mat. Med.* 98. *Spec. plant.* p. 202. ROYEN. *Lugdb.* p. 223. HALL. *Helv.* p. 165. BOEHM. *Lips.* 352.

Carniol. *Barshlan, Prschlen.*

Habitat in arboribus, muris, rupibus.

Hederæ foliis clavos pedum extrahi posse credit bonus RIVERIUS. Eadem fonticulis applicantur & ad puerilem atrophiam laudant. EPHEM. NAT. CUR. vol. 5. *obs.* 120. late ninis. Vulnerariam stirpem esse credo, quod sapor foliorum & resinæ natura demonstrat.

## RHUS.

LINN. *Spec. plant.* p. 331.

Calyx quinquesidus, persistens. Petala quina. Stamina totidem. Styli tres. Bacca unilocularis, monosperma.

1. RHUS foliis simplicibus obovatis. LINN. *loc. cit.* p. 267.

*Cotinus foliis obverse ovatis.* LINN. H. Cliff. p. 111. ROYEN. Lugdb. p. 247.

Habitat circa S. Vittum.

Frutex nodosus, humilis, cortice fusco-rubro. Folia firma, integerrima, subrotunda, glabra; marginibus pellucidis, albidis. Panicula terminalis, filamentis plumosis, rubris, pedunculis glabris. Bacca glabra, compressa, filiculam bursæ pastoris per medium quasi dissectam referens.

Tota planta adstringit. Fructus in Carniola ad debitam maturitatem pervenit, secus ac in Galliis. TOURNEF. *Inst.* p. 610.

## BERBERIS.

TOURNEF. *Inst.* p. 614. *Tab.* 385.

Calyx coloratus, hexaphyllus, deciduus; foliis alternis minoribus. Petala sex. Glandulæ duæ, oblongæ, basi singuli petali adnatæ. Stamina sex. Stylus nullus. Bacca oblonga, unilocularis, disperma. LINN. *Gen. plant.* 351.

1. BERBERIS pedunculis racemosis. LINN. *Mat. Med.* 290. *Spec. plant.* p. 330.

*Berberis spicis triplicibus.* LINN. H. Cliff. p. 122. Fl. Svec. 290. ROYEN. Lugdb. p. 438.

HALL. Helv. p. 424.

Habitat ad sepes & vias.

Spinæ supremæ simplices, alibi triplices. Petala foliolis calycinis majoribus minora. Stamina filamenta ex interiore lamina petalorum & exteriori tunica receptaculi facta. Antheræ globulis albis plenæ.

Si in morbis acutis putredo instat, succus ex bacis aut syrupus aqua dilutus æstum febrilem temperat & alkalinam acrimoniam enervat, nihilo segnius quam hesperides.

## EVONYMUS.

TOURNEF. *Inst.* p. 617. *Tab.* 388.

Numerus laciniarum calycis persistentis, petalorum, staminum, angulorum loculorum, valvarum capsulæ coloratæ & seminum naturalis quaternarius.

1. EVONYMUS pedunculis solitariis, petalis oblongis, fructibus glabris.

*Evonymus vulgaris, granis rubentibus.* BAU-

HIN. *Pin.* p. 428. TOURNEF. *Inst.* l. c. C.

Habitat ad sepes passim, diciturquæ ab Incolis *Farshe capzales*.

Pedunculi diflori & multiflori, rubri, infra folia geniti. Corollæ sæpius quadridæ, ut mirer inter flores pentapetalos referri a BOEHMERO *Lips.* 353; petalis ovato-oblongis, subvirentibus. Capsula rubra; seminis cortex miniatus, substantia alba, nucleus virens & compressus.

Pulvis capsularum vestibis aut capiti inspersus, pediculos enecat. Lignum sculptoribus expetitur, scalpello obediens, buxi colore. Seminum involucra tinctoria. HALLERVS. Tota planta purgans. TOURNEF.

2. EVONYMUS pedunculis lateralibus, petalibus, subrotundis, fructibus glabris.

Habitat in asperis, sylvestribus circa *Idriam*.



Differt a fociis, trunco & ramis verrucosis, patulis. Folia parva, ovata, acuta, spinula terminata, binis conjugationibus. Pedunculis bifloris, trifloris, & simplicibus, ex ala primi folii minoris, plerumque deciduis, uncialibus. Corolla obsolete rubra; petalis subrotundis, perpetuo quaternis.

Calycinis segmentis hemisphaericis. Floribus raro fertilibus. Capsula vero convenit cum specie prima TOURNEF. K.

3. *EVONYMUS* pedunculis lateralibus, petalis subrotundis, fructibus alatis.

*Evonymus*. HALL. Helv. p. 424.

*Evonymus latifolius*. CLUS. Hist. p. 94. TOURNEF. REY. SCHEUCHZERI, aliorumque.

Habitat in sylvis.

Folia oblonga, glabra, breviter petiolata, racemo longiora. Racemus ex alis foliorum terminalium, nudus; pedunculis patulis, ex eodem puncto genitis, quatuor: duobus brevioribus simplicibus, aliis vero trifidis. Calyx plerumque quinquefidus, virens; segmentis subrotundis, marginibus albicantibus. Petala tot, quot laciniae calycis, ampliora, subrotunda, ex rubro & viridi varia, oris reflexis. Capsulae anguli acuti, alati. TOURNEF. G. H.

LINNÆVS conjungit omnes & vocat *Evonymum foliis oblongo-ovatis*. H. Cliff. p. 38. Fl. Svec. 133. ROYEN. Lugdb. p. 436. HALLERVS *Evonymum latifolium* pro vera specie cum dubio proposuit, planta ipsa destitutus. Ego collatis sæpius invicem speciminibus, tantas diversitatis notas reperi, ut separaverim.

## ACER.

TOURNEF. Inst. p. 615. Tab. 386.

Calyx quinquefidus, coloratus, persistens. Petala quinque. Stamina octo. Capsulae binæ, basi coalitæ, alatæ, monospermæ.

1. ACER foliis lobatis obtusis emarginatis. LINN.  
*Spec. plant.* 1055.

*Acer folius semitribobis, lobis obtuse incisis.*  
 HALL. *Helv.* p. 421. BOEHM. *Lipf.* 363.

*Acer foliis tripartito-palmatis; laciniis utrinque emarginatis obtusis, cortice sulcato.* LINN. H.  
 Cliff. p. 147. ROYEN. *Lugdb.* p. 459.

Carniol. *Artezhe Mezizhuia.* Borouç, Borou  
*drevu.*

Habitat in sylvis.

Stamina e thalamo tuberculoso, balsamifero genita. Styli duo. Ergo adfinis umbelliferis. HALL.

## CLASSIS XIV.

### UMBELLIFERÆ.

MORISONI. HERMANNI. RAY. BOERRHAVII. TOURNEFORTII. PONTEDERÆ. ROYENII. LINNÆI.  
 HALLERI.

Corolla pentapetala, decidua, fructui imposita. Stamina quinque ex receptaculo convexo, tumido. Styli duo. Stigmata simplicia. Fructus ficcus, constans binis seminibus, medio axi affixis. Flores aggregati. Vires mediæ terrestrium in radice aromaticæ, diureticæ, acriores; in semine carminativæ; aquaticarum suspectæ, venenatæ.

#### I. *Umbellis compositis.*

A. *Involucro universali & partiali.*

### DAUCUS.

LINN. *Gen. plant.* 296.

Involucrum universale pinnatifidum, ut in *Ami* & *Arteria*.

I. DAU-

1. *DAUCUS* seminibus hispidis. LINN. *H. Cliff.* p. 89. *H. Upsal.* p. 59. *Fl. Svec.* 223. *Mat. Med.* 142. *Spec. plant.* p. 242. ROYEN. *Lugdb.* p. 97. HALL. *Helv.* p. 450. DALIB. *Paris.* p. 85. SEGUIER. *Veron.* 2. p. 9.

*Daucus.* BOEHM. *Lipf.* 496.

*Daucus vulgaris.* TOURNEF. p. 307. BOERRHAV. *Ind* 1. p. 62.

Hæc genuit sativum, *Corene* dictum, lutea, dulci, sapida, fusiformi radice.

Habitat ubique in pratis aridioribus.

Umbella plana, marginales umbellulas ita sensim inflectit, ut cava fiat, & avis nido similis. Flores exteriores majores, plerumque steriles. Involucris communis folia, ad basim, margines albos, elevatos, membranaceos & undulatos gerunt; partialia vero apice trifido sunt. Fructus ovatus. Semen quodlibet quatuor angulos rubros, aculeis patulis rectis inæqualibus hispidos gerit.

## CAUCALIS.

TOURNEF. *Inst.* p. 323. *Tab.* 171.

Flores polygami. Semina aculeata.

1. *CAUCALIS* involucro regulari pentaphyllo, petalo exteriori maximo.

*Caucalis involucris latifoliis, petalo extremo maximo.* HALL. *Helv.* p. 448.

*Caucalis involucris singulis pentaphyllis: foliolo unico duplo majore.* LINN. *H. Cliff.* p. 91. *Spec. plant.* p. 240. 241. ROYEN. *Lugdb.* p. 95.

Habitat ad sepes *agri Labacensis.*

Involucrum generale regulare, parziale econtra. Seminis anguli villis subulatis, adscendentibus, hirti.

2. CAUCALIS involucri exteriori angustifolio, laciniis foliorum latis obtusis. HALL. *Helv.* p. 449. BOEHM. *Lips.* 497.  
Habitat cum priore.

## LIBANOTIS.

HALL. *Helv.* p. 450.

Involucri utriusque foliola linearia. Semina villosa.

1. LIBANOTIS foliis bipinnatis: pinnis incisis confluentibus lanceolatis villosis.

*Libanotis foliis tenuissime pinnatis, laciniis petiolatis.* HALL. *Helv.* p. 451.

Habitat in sylvis.

Caulis striatus, asper, altus 4-5 pedes. Folia filicina, decomposita, vaginis parvis, pinnis lanceolatis, pinnatifidis, villosis, laciniis in tenuem spinulam desinentibus. Flores exteriores majores. Involucri generalis erecti, foliola tot quot radii. Fructus ova-  
tus, subruher, pilis albidis erectis hispidus.

## LASERPITIUM.

TOURNEF. *Inst.* p. 324. Tab. 172.

Petala fere æqualia. Semen oblongum, quatuor alis instructum.

1. LASERPITIUM foliis lanceolatis integerrimis sessilibus. LINN. *H. Cliff.* p. 96. ROYEN. p. 102.

Habitat in sylvis circa rupes.

Folia decomposita, pinnata: pinnis lanceolatis, sessilibus, integris. Involucrum generale triphyllum, lineare; parziale polyphyllum. Radii ad septem. Alæ seminum subrubræ.

## PEUCEDANUM.

LINN. *Gen. plant.* 302.

Petala regularia. Semina compressa, ovalia, ala cincta.

2. PEUCEDANUM pinnis duplicato - pinnatis, foliis latiusculis longe trifidis. HALL. *Helv.* p. 442.

*Peucedanum foliis pinnatifidis, laciniis oppositis.*

LINN. H. Cliff. p. 94. *Spec. plant.* p. 246.

ROYEN. *Lugdb.* p. 98.

Habitat in Fagetis & sylvis asperis umbrosis.

Caulis angulato-striatus. Folia tripinnata vaginis oblongis, viridibus; pinnis suberectis, in eodem plano cum costa sitis; pinnulis incilis, venosis; laciniis lanceolatis, in rubram spinulam desinentibus. Involucris communis folia linearia, oris albis, nervo virente. Germen ovatum, glabrum, fertile in floribus exterioribus, sterile in interioribus floribus & umbellulis. Fructus tribus striis utrinque fulcatis, tubis divaricatis reflexis, stigmatibus semen contingente. Semen ala marginali, compressum, oblongum.

## BUPLEURUM.

TOURNEF. *Inst.* p. 309. *Tab.* 163.

Involucrum universale magnum, pentaphyllum. Fructus subrotundus, striatus. Corolla flava: Folia integra. HALL. *Helv.* p. 436. 437.

1. BUPLEURUM foliis linearibus, involucellis pentaphyllis aristis rigidis.

*Bupleurum foliis gramineis, calyce peculiari quinquefolio, aristato, rigido.* HALL. *Helv.* p. 438.

Habitat in agro *Vipacensi*.

Radix annua? Caulis ramosus. Rami divaricati. Folia graminea, nervosa. Involucra pentaphylla,

trinervia, aristata. Umbellulæ floribus ad 12. æqualiter elevatis.

## HERACLEUM.

LINN. *Gen. plant.* 307.

Semen emarginatum, striatum, compressum, foliaceum.

1. **HERACLEUM** foliis pinnatifidis. LINN. *H. Cliff.* p. 103. *Fl. Svéc.* 231. *Spec. plant.* p. 249. ROYEN. *Lugdb.* p. 113. GMELIN. *Sibir.* 1. p. 213.

*Sphondilium pinnatum, pinnis hirsutis, semi-quinquefidis.* HALL. *Helv.* p. 447. BOEHM. *Lips.* 474.

Habitat in pratis, vulgare.

Loco Acanthi, seu Brancæ Ursinæ, inter emollientes herbas receptum est in Officinis &, quod magis detestandum est, a Medicis ipsis toleratum, iis tamen qui Botanicen nesciunt vel non curant. Branca ursi glutinosa est, fatui saporis & vere emolliens; Heracleum vero subamarum, calidum, acre, irritando magis quam demulcendo idoneum.

## SIUM.

LINN. *Gen. plant.* 310.

Umbellulæ planæ. Semen subrotundum striatum.  
1. **SIUM** foliis pinnatis, umbella terminali. LINN. *H. Cliff.* p. 98. *Fl. Svéc.* 235. *Spec. plant.* p. 251. ROYEN. *Lugdb.* p. 104. HALL. *Helv.* p. 435.

Habitat in fossis agri *Labacensis*.

## ANGELICA.

LINN. *Gen. plant.* 309.

Umbellulæ globosæ. Semen ovatum, striatum, marginatum,

I. *ANGELICA* foliis æqualibus ovato lanceolatis ferratis. LINN. *H. Cliff.* p. 97. *Fl. Svec.* 234. *Mat. Med.* 121. *Spec. plant.* p. 251. ROYEN. *Lugdb.* p. 203. HALL. *Herb.* p. 445. BOEHM. *Lips.* 472. Habitat circa aquas, & aquæductus.

Radii ad 40. Pedunculi ad 80. Petala subæqualia, rubella, ovato-acuta, apicibus inflexis. Totus fructus quatuor quasi alis & tribus striis utrinque instructus. Styli albi, cum receptaculo demum rubri. Seminis margo ruber.

Debilior est sativa, cujus defectu substitui potest. Radix fragranti acrimonia linguam stimulans ad arcenda acutorum morborum contagia utiliter masticatur ad eliciendam salivam; intus sumpta movet valide humores, utilis propterea in hydropis initio, si sitis non intensa & viscera sana fuerint, econtra vero cautissime usurpanda in febribus continuis & tunc unice, cum vis vitæ deficiens exanthemata ad cutim pellere non potest, duce tamen SYDENHAMIO.

## ATHAMANTA.

LINN. *Syst. Nat.* 301.

Fructus ovatus, glaber, striatus, stylis & calyce coronatus.

I. *ATHAMANTA* foliis supradecompositis refractis patulis; pinnis suberectis: pinnulis subovatis incisis ferratis.

Habitat in herbidis, sterilibus in *Struk* prope *Idriam*.

Caulis glaber, teres; Folia costis ad quamlibet pinnarum conjugationem retrorsum flexis ac veluti infractis, supra medium striatis; vaginis subrotundis, rubris, amplexicaulibus; pinnis primis canaliculatis, basi rubris adscendentibus. Inter pinnas secundas & tertia; foliola oriuntur bina, integerrima aut incisa,  
pin-

pinnulis similia. Pinnæ ultimæ pedunculo herbaceo, denuo pinnatæ; pinnulis satore virentibus, venosis, planis, incisus; laciniis acutis, lanceolatis, in rubrum mucronem desinentibus. Umbellæ radii 18-24. Involucrum primum polyphyllum; foliolis linearibus, oris albidis. Petala alba, fere æqualia. Receptaculum coronatum calyce parvo, quinquentato. Styli divaricati, demum rubri. Fructus ovatus, striatus, glaber, modice compressus, calyce & tubis coronatus.

B. *Involucro partiali tantum.*

## IMPERATORIA.

LINN. *Gen. plant.* 321.

Semen ovatum, læve, marginatum.

1. IMPERATORIA. LINN. *H. Cliff.* p. 103. *H. Upsal.* p. 65. *Mat. Med.* 122. *Spec. plant.* p. 259. ROYEN. *Lugdb.* p. 110. HALL. *Helv.* p. 445.

Habitat in Alpium pascuis.

Angelica fortior, carminativa est & emmenagoga, solida stimulat, circuitum auget, hinc in hydrope, quartana, ventriculi debilitate, colica flatulenta, aliisque frigidis morbis, valde prodest. Eadem radix masticata, schneideri tunicam mucosam gravatam expedit, contagiis resistit & dentium doloribus non raro medetur. Absit autem in acutis & ubi genus nervosum spasmi affectum est.

## CHÆROPHYLLUM.

LINN. *Gen. plant.* 320.

Semen oblongum, acuminatum, læve.

1. CHÆROPHYLLUM caule scabro: geniculis tumidis. LINN. *Spec. plant.* p. 258.

*Cherophyllum caule maculato geniculis tumidis.*

LINN. *H. Cliff.* p. 102. *Fl. Svec.* 244. ROYEN. *Lugdb.* p. 112.

*Myr-*



*Myrrhis pinnulis semipinnatis, ordinatim decre-  
scentibus.* HALL. Helv. p. 453.

Habitat in pratis pinguibus, non rarum.

2. **CHÆROPHYLLUM** flosculis omnibus fertilibus,  
caule æquali. LINN. Svec. plant. p. 258.

*Cherophyllum feminibus lævibus nitidis, petio-  
lis rameis æqualibus.* LINN. H. Cliff. p. 101. Fl.  
Svec. 243. Mat. Med. 134. ROYEN. Lugdb.  
p. 112.

*Cherophyllum feminibus lævibus nitidis, nervo  
foliorum subhirsuto.* HALL. Helv. p. 452.

Habitat in pratis humidioribus, abunde.

Utriusque descriptionem lege apud Cl. HAL-

LERVM.

3. **CHÆROPHYLLUM** caule lævi, foliis bipinnatis  
glabris: pinnis incisissimis serratis.

Habitat circa *Voiska*, in sylvis.

Radix repens. Caulis teres, substriatus, pedalis.

Folia palmaria, bipinnata, glabra; pinnarum paribus  
duobus, cum impare, hæ porro sublanœolata, serra-  
ta. Radii umbellæ pauci, floribus plerumque steri-  
libus. Involucrum breve, reflexum. Fructus re-  
ceptaculo hemisphærico coronatus.

## SESELI.

LINN. Gen. Plant. 322.

Fructus ovatus, sulcatus (subhirsutus in nostris.)

Petala subinæqualia.

1. **SESELI** foliis triplicato-pinnatis: pinnulis linea-  
ribus, involucris subvillosis umbellula brevio-  
ribus.

Habitat in M. *Anas*.

Radix perennis. Caulis cubitalis, teres. Vaginæ  
unciales, glabræ, strictæ. Costæ foliis teres, triplicato-  
ramosa. Foliola simplicissima, linearia. Umbella ter-  
minalis

minalis involucro bifolio communi quandoque prædita, laterales autem partiali tantum eoque duodecim facto foliis, erectis, acutis, ad apicem ciliatis, pedunculo brevioribus. Pedunculi in una umbellula ultra 40. Petala alba, fere æqualia. Styli suberecti. Germen hirsutum.

2. *SESELI* foliis duplicato-pinnatis, foliolis incisis acutis, involucris setaceis umbellula longioribus.

LINN. *Spec. plant.* p. 261.

*Seseli caule vix ramoso, umbella purpurea, pinnulis acute multifidis.* HALL. *Helv.* p. 431.

*Phellandrium alpinum, umbella purpurascente.*

TOURNEF. *Inst.* p. 307.

Habitat in asperrimis saltibus M. *Ahas.*

Involucrum, quod coram habeo, fit foliis lanceolatis, patulis: marginibus rubris.

## CICUTA.

LINN. *Gen. plant.* 316.

Flores interiores regulares. Fructus subovatus, sulcatus; sulcis crenulatis. Receptaculum bifidum. HALL. *Helv.* p. 433. 434.

1. *CICUTA* umbellis folio oppositis, petiolis emarginatis. LINN. *Spec. plant.* p. 255.

*Cicuta.* LINNÆI. HALLERI, aliorumque.

Habitat in agro *Labacensi.*

De *Cicutæ* natura & effectibus lege Eruditissimum HALLERVM ad *loc. cit.*

C. *Involucro nullo.*

## ÆGOPDIUM.

LINN. *Gen. plant.* 330.

Petala inæqualia. Styli longi. Semina magna, crassa, semiovalia, sulcata. HALL. *Helv.* p. 427. de *Podagrar.*

1. *ÆGO-*

1. *ÆGOPodium* foliis caulinis summis ternatis. LINN.  
*H. Cliff.* p. 107. *Fl. Svec.* 247. *Spec. plant.* p. 265.  
 ROYEN. Lugdb. p. 115.

Habitat in hortis, ad calamitatem usque.

## CARUM.

LINN. *Gen. plant.* 327.

Differt ab *Ægopodio* Involucro uniphyлло. LINN.  
*Syst. nat.* petalorum dorso eminente; styliis reclina-  
 tis; fructu minore. HALL. *Helv.* 428.

1. *CARUM* omnium scriptorum vide LINN. *H. Cliff.*  
 p. 106. HALL. *Helv.* loc. cit.

Habitat in pratis.

Oleo fragranti & aromatico scatens semen, aci-  
 dam acrimoniam in primis viis enervat & flatibus di-  
 stenta intestina solatur extus etiam applicatum calide  
 quocumque modo.

## PIMPINELLA.

LINN. *Gen. plant.* 328.

Figura fructus eadem quæ *Ægopodio* & *Caro*;  
 Flores vero exteriores irregulares, interiores vero  
 econtra.

1. *PIMPINELLA* foliis pinnatis: foliolis radicalibus  
 subrotundis: summis linearibus. LINN. *Spec. plant.*  
 p. 263. complectens *Tragoselina*. 1. 2. 3. Cl.  
 HALLER.

Habitat in herbis ficcioribus, cultisque.

Caulis (nostræ) sulcatus. Pinnæ sessiles, lanceo-  
 latæ, glabræ, impare semitrifida. Fructus subo-  
 vatus.

Radix acerrima valde movet, caute ergo usurpan-  
 da si febris, plethora aut magna nimis in visceribus  
 transfluenti sanguini obstacula fuerint.

PASTI-

## PASTINACA.

TOURNEF. *Inst.* p. 319. *Tab.* 170.

Semen planum, marginatum D.

1. PASTINACA foliis simpliciter pinnatis. LINN. *H. Cliff.* p. 105. *H. Upsal.* p. 66. *Mat. Med.* 130. *Spec. plant.* p. 262. ROYEN. *Lugdb.* p. 114. HALL. *Helv.* p. 446. BOEHM. *Lips.* 469.

Habitat circa vias, & ruderata, frequens.

Caulis amplis angulis & sulcis exaratus. Petala flava.

II. *Umbellis simplicibus.*

## ASTRANTIA.

Umbellæ simplicis involucrum universale factum foliis lanceolatis, patulis, integerrimis. Flores masculi & feminei in eadem umbella. Petala inflexa. Semen angulatum. Vires vulneriæ *Saniculam* & *Astrantiam* in unicum naturale genus conjungunt.

1. ASTRANTIA floribus sessilibus, seminibus aculeatis.

*Sanicula foliis radicalibus simplicibus, flosculis omnibus sessilibus.* LINN. *Fl. Svec.* 222. *Mat. Med.* 115. *Spec. plant.* p. 235.

*Sanicula Officin.* BAUHIN. *Pin.* p. 319. GEOFROY. *Mat. Med.*

Carniol. *Suanichl.*

Habitat in sylvis.

Caulis sulcatus, trifidus; ramis semel trifidis floriferis: uno longiore; pedunculo medio simplici, brevioris, inter ramos. Umbella seu capitulum subrotundum. Flores sessiles. Corollæ uniformes, albo-rubra. Semen aculeis uncinatis hirtum.

Vulneribus consolidandis aptissima est.

2. **ASTRANTIA** floribus masculis pedunculatis, feminis sessilibus, feminum angulis obtusis glabris.

*Helleborine sanicula folio minor.* TABERNEM.

Icon. non descriptio.

Habitat ad montium radices circa *Idriam* abunde, primo vere.

Scapus radicalis, simplex, nudus, angulatus, digitum longus. Folia ternata, nitida; folio medio trilobo: lateralibus bilobis; petiolis triquetris, canaliculatis, radicalibus. Flores flavi, in capitulum subrotundum collecti, Masculi pedunculati; Feminei vero sessiles & petala citius demittentes. Involucrum pentaphyllum; foliis subovatis, nitidis, supra medium ferratis: ferrulis in setam pellucidam sæpius desinentibus. Fructus subrotundus seminibus pentagonis: angulis obtusis & ad lentem vitream tuberculosis. Ergo non est *Astrantia minor* LINNÆI.

3. **ASTRANTIA** floribus pedunculatis, feminum angulis denticulatis.

*Astrantia foliis quinquelobis: lobis tripartitis.*

HALL. Helv. p. 439. LINN. Spec. plant. p. 235.

Habitat circa *Kramburgum* in pratis passim, & circa *S. Catharinam* prope *Hothedraschza*.

Umbella terminalis femineos flores plures gerit, quam sunt folia involucri, contra vero inferiores. Apex caulis tres quatuorve umbellas, seu ramulos simplices edit. Pedunculi umbellarum minorum, & subnudarum albi, majoris vero & nudæ rubri, longiores quæ in masculis floribus. Involucrum fit duodecim foliis venosis, aristatis, pedunculis longioribus. Flori masculino antheræ rubræ; Femineo styli calyce duplo longiores, anguli feminum denticulati.

4. **ASTRANTIA** floribus pedunculatis, feminum angulis alato-plicatis.

Habitat ad montium udas, siccas & sabulosas radices, passim.

Caulis striatus, pedalis, foliosus. Facies *Imperatorie nigrae* TABERNEM.

Rami quatuor, ramosi. Folia glabra, triloba, lobis acutis dentatis: inferioribus bifidis. Involucrum album, avenium; foliorum apicibus virentibus, & molli arista terminatis. Flores pedunculati, feminei centrales. Petala alba. Semina octo plicis inernibus alata.

Umbella *Astrantiae secundae* conjungit primam cum tertia & quarta. Semina glabra *Astrantiae* ejusdem per gradus scabra, & tandem alata, fiunt. Nulli ergo veri limites inter *Saniculam* & *Astrantiam* reperiuntur.

## ERYNGIUM.

TOURNEF. *Inst.* p. 327. *Tab.* 173.

Receptaculum paleaceum, sustinens flores hermaphroditos.

1. **ERYNGIUM** foliis radicalibus pinnatis tripartitis. LINN. *H. Cliff.* p. 87. *Mat. Med.* 114. *Spec. plant.* p. 233. ROYEN. *Lugdb.* p. 93.

*Eryngium ramosissimum*, pinnis foliorum alatis, pinnatisque. HALL. *Helv.* p. 455.

Habitat in sterilibus & siccis circa *Reifnitz*, *Labadium*. *Zirchnitz*; diciturque *Bodizhuie perpode*.

Color amethystinus. Capitula subrotunda, dipacea. Flores sessiles. Paleae lanceolatae, aristatae. Petala alba, oblonga. Antherae virides. Germen hirsutum.

Radix inter quinque aperientes minores collocata, diuretica est, seu stimulum in renibus excitat, unde major lotii quantitas a sanguine arterioso in renum vasa secretoria secedit, eodem modo ac stimulus in intestinis diarrhoeam, in ore ptyalismum, in oculis lacrymas facit. Vis haec irritans & gustum fallens, non est occulta qualitas inhærens corpori, ut ex rigidis Peri-

pateticorum placitis Galenica schola docuit, sed quemadmodum colores a peculiari particularum radium lucidum efficientium, & certa medii refrangentis densitate dependent, ita vires remediorum, non a solo pondere aut figura partium componentium, sed etiam a propria visceris cujusque fabrica & reactione oriuntur. Viperæ venenum ventriculo innocuum, si cutem morfu læsam attigerit, inflammationem, Icterus, hydropem infert. Arsenicum dulci sapore linguæ gratum, in Ventriculo & intestinis sævissima tormina, inflammationes, gangrænam efficit. Eodem modo medicamenta diuretica dicta solos renes afficiunt, stimulant, oscula vasorum reducentium arctant, fibrarum oscillationes augent, quibus aggestum, secretum fluidum, una cum arenulis forte latentibus, in pelvim, uretheres & vesicam demandatur. Hæc annotavi, ut monerem aliquos methodi ignaros, qua stirpes in homine urinam uberius eliciunt.

## CLASSIS XV.

## STELLATÆ.

RAY. *Meth. emend.* p. 56.

**U**mbelliferis accedunt fructu didymo, sub flore posito; styli duobus, aut unico bifido; differunt vero corollis monopetalis, plerumque quadrifidis, Staminibus quatuor. Caulibus tetragonis. Foliis verticillatis.

Viribus diureticis. LINN. *Phil. Bot.* 339. adstringentibus. HALL. *Helv.* p. 456.

## GALIUM.

Inter *Sherardiam*, *Asperulam*, *Valantiam*, *Galium* & *Rubiam* nullos limites invenio. *Sherardia* differt ab *Asperula* solo fructu coronato, quam notam non

sufficere docent Valeriana. Scabiosa, aliaque Genera. Asperitas quoque fructuum per gradus ita minuitur, ut *Aparines* ad *Gallia* post secundas cogitationes re- tulerit etiam Ill. LINNÆVS aliorum generum exem- plis edoctus v. g. Daturæ, Dauci, Euphorbiæ, Rosæ, Ranunculi &c. Sed neque fructus mollis aut ficcus Genera diversa constituit inter plantas, quæ floris fa- brica omnino conveniunt. Sexum vero nullibi di- versa Genera facere docent Rhamnus, Lychnis, Ru- mex, Urtica, Gramina &c. Ergo *Sherardiam*, *Asperu- lam*, *Valantiam*, *Galium* & *Rubiam* in unum genus na- turale conjungo, *Galii* nomine, cujus notæ sunt. Pe- rianthium exiguum, persistens, germiini impositum.

Corolla monopetala, tubulosa; limbo patente. Filamenta quatuor, antheris simplicibus. Fructus globosus, infra receptaculum, uno semine utrinque foetus.

(\*) *Fructu sicco.*

1. GALIUM floribus umbellatis terminalibus, semini- bus coronatis.

*Sherardia foliis omnibus verticillatis, floribus terminalibus.* LINN. Spec. plant. p. 102.

*Asperula foliis senis, semine dentato.* BOEHM. Lips. 14.

*Aparine supina, pumila, flore cæruleo.* TOUR- NEF. Inst. p. 114. VAILLANT. Paris. p. 14.

Habitat in cultis, & hortorum rejectaneis.

Caules asperi, humifusi. Folia sena, lanceolata, superne villosa, oris & nervo molliter spinosis. Flo- res sessiles. Calycini dentes villosi. Corollæ tubus calyce longior. Semen tridentatum, glabrum, apice dilatatum, nucleo foetum.

2. GALIUM floribus umbellatis terminalibus, semi- nibus nudis.

*Asperula*



*Asperula foliis senis, floribus sessilibus aggregatis terminalibus.* LINN. H. Upsal. p. 27. Spec. plant. p. 103.

*Asperula foliis senis, longis & obtusis.* HALL. Helv. p. 457.

*Asperula foliis pluribus, floribus sessilibus.* LINN. H. Cliff. p. 33. ROYEN. Lugdb. p. 255. DALIB. Paris. p. 47. BOEHM. Lips. 15.

*Asperula cærulea erecta.* BOERRHAV. Ind. I. p. 149.

*Aparine segetalis erecta, flore cæruleo.* VAILLANT. Paris. p. 15.

*Galium arvense, flore cæruleo.* TOURNEF. Inst. p. 115.

Habitat in cultis.

Folia sena, ciliata. Flores septi foliis subtus maculosis. Fructus glaber, unica capsula fertili, altera abortiente. Semina aliquot.

3. **GALIAM** floribus paniculatis, foliis octonis linearibus sulcatis glabris, caule ancipiti.

*Galium foliis octonis, gracilissimis, confertissimis, spica flava caulem terminante.* HALL. Helv. p. 461.

*Galium foliis octonis linearibus sulcatis, ramis floriferis brevibus.* LINN. H. Cliff. p. 34. Fl. Svec. 116. Mat. Med. 46. Spec. plant. p. 107. ROYEN. Lugdb. p. 256.

Habitat in ficcioribus pratis.

Caulis glaber, anceps. Folia linearia, reflexa, nitida in caule 9. in ramis. 7. 5. Flos flavus.

Odoratum est, sicco quodam odore, lac separat admixtum. HALL. *ibid.*

4. **GALIAM** floribus paniculatis, foliis octonis linearibus patulis, pedunculis brevissimis.

*Galium foliis verticillatis linearibus, pedunculis brevissimis.* LINN. Spec. plant. p. 107.

Habitat in siccis circa *Heidenschafft*, Augusto M. florens.

Radix multicaulis, cortice rubro. Caules glabri, subrubri, semipedales, firmi. Folia glabra in caule 7. 8. 9. in ramis semper pauciora. Corolla rubra, lineata. Pedicelli folio breviores, ternati ex invo. lucro bifolio. Antheræ flavæ. Fructus glaber.

5. **GALIMUM** floribus paniculatis, racemis trifidis patulis, foliis octonis subserratis, caule flaccido.

*Galium foliis octonis ovatis linearibus subserratis patentissimis mucronatis, caule flaccido, ramis patentibus.* LINN. Spec. plant. p. 107.

*Galium foliis pluribus acutis, caule flaccido, ramis patentissimis.* LINN. H. Cliff. p. 34. Fl. Svec. 117. ROYEN. Lugdb. p. 257.

Habitat ad sepēs, & in fylvis.

Planta hæc varie ludit, nam 1. Caulis flaccidus. Folia reflexa, brevia, lineari-lanceolata, spinula terminata. Paniculæ rami pluries trifidi. Flos parvus, non semper fertilis, an hæc *Galium caule quadrangulo, foliis octonis, glabris, acuminatis.* HALL. Helv. p. 461. omnino. 2. Caulis firmior, crassior. Folia lanceolata, patula, spinula terminata. Rami paniculæ tot quot ibidem folia. Corolla major, segmentis acutioribus. 3. Caulis debilior, angulis minus extantibus; Ramis trifidis, basi tuberosis. Folia lanceolato-linearibus, acuta, inermia.

6. **GALIMUM** floribus paniculatis, foliis octonis lanceolatis scabris retrorsum aculatis.

*Galium foliis octonis lanceolatis carinatis scabris retrorsum aculeatis, geniculis villosis, fructu hispido.* LINN. Spec. plant. p. 108.

*Galium caulis angulis, foliisque ora & nervo serratis, fructu hispido.* HALL. Helv. p. 459.

*Aparine foliis lanceolatis acuminatis, scaberrimis, corollis fructu minoribus.* ROYEN. Lugdb. p. 455. LINN. Fl. Svec. 120.

*Aparine foliis lanceolatis.* LINN. H. Cliff. p. 34. Habitat ad sepes.

Folia in spinulam rectam desinentia. Flos albus; segmentis germine longioribus. Fructus hispidus.

7. **GALIUM** floribus paniculatis, foliis octonis lanceolatis, caule glabro simplici.

*Asperula foliis octonis lanceolatis, florum fasciculis pedunculatis.* LINN. Fl. Svec. 114. Mat. Med. 45. Spec. plant. p. 103. DALIB. Paris. p. 46.

*Rubeola foliis octonis, seminibus hispidis, ex summo caule paniculata.* HALL. Helv. p. 457.

*Asperula foliis pluribus, floribus pedunculo elevatis.* LINN. H. Cliff. p. 33. ROYEN. Lugdb. p. 255.

*Aparine latifolia humilior, montana.* TOURNEF. Inst. p. 114.

Habitat in sylvis.

Radices albæ, repentes. Caules erecti, simplices, scabri. Folia octo, in verticillo terminante & florifero novem, lanceolata, brevissime ciliata. Panicula laxissima, trifida, bifida. Flores albi. Semina villis uncinatis hirta.

8. **GALIUM** floribus paniculatis: racemis diphyllis, foliis quaternis trinerviis lanceolatis.

*Galium foliis quaternis lanceolatis trinerviis glabris, caule erecto, seminibus hispidis.* LINN. Fl. Lapp. 60. Fl. Svec. 118. H. Cliff. p. 64. Spec. plant. p. 108. ROYEN. Lugdb. p. 257. HALL. Helv. p. 459.

Habitat in pratis circa *Planina, Zirchnitz.*

Caulis glaber, pedalis, erectus. Paniculæ laterales, diphyllæ. Flores albi. Antheræ flavæ. Germen albo villo tectum.

9. **GALIAM** floribus paniculatis: racemis dichotomis, foliis quaternis ovatis glabris.

*Galium foliis quaternis ovatis lævibus obtusis, panicula dichotoma, seminibus hispidis.* LINN. Spec. plant. p. 108.

*Galium foliis quaternis, ex ovato-lanceolatis, seminibus hirsutis, longe petiolatis.* HALL. Helv. p. 458.

Habitat in sylvis abjectinis.

Caulis basi repens, semipedalis, glaber. Rami alterni. Folia prædicta, oris laxè villosis. Panicula laxa. Flores albi. Corollæ segmenta leniter reflexa. Germen villis albis, uncinatis hispidum.

10. **GALIAM** pedunculis trifloris corymbosis, foliis quaternis linearibus: summis oppositis.

*Asperula foliis inferioribus senis, intermediis quaternis subulatis triquetris, floribus quadrifidis,* LINN. Spec. plant. p. 104.

*Rubeola foliis quaternis, seminibus glabris, floribus umbellatis.* HALL. Helv. p. 458.

*Asperula foliis linearibus quaternis, summis oppositis.* ROYEN. Lugdb. p. 255.

*Rubeola vulgaris, quadrifolia, lævis, floribus purpurascens.* TOURNEF. Inst. p. 130. ZANNICHEL. Ven. p. 227. SEGUIER. Veron. I. p. 208.

Habitat in aridis, & muris.

Caulis repens, tenuis, glaber. Folia setacea, florescentiæ tempore arida. Rami dichotomi, diphylli. Flos subruber; corollæ segmentis subtus dente notatis, subbifidis. Germen papillis asperum, glabrum.

11. **GALIAM** floribus polygamis, racemis lateralibus binatis nudis, foliis quaternis lanceolatis glabris.

*Galium latifolium glabrum.* BAUHIN. Prodr. p. 146.

Habitat in herbis sylvestribus locis.

Caulis magnitudine *Aparines semine lævi* VAILLANTII, simplex, glaber, ortus ex antiquo, repente, & foliis subrotundis prædito. Folia elliptica, trinervia, oris ciliata. Racemi duo, laterales, divaricati, nudi, folio breviores, bis ramosi. Corolla flava. Stylus semibifidus. Germen glabrum. Fructus glaberrimus, quo apparente racemi introflectuntur.

12. GALIUM floribus polygamis, racemis lateralibus ternatis diphyllis foliis quaternis villosis.

*Valantia floribus masculis quadrifidis, pedunculis diphyllis.* LINN. H. Upsal. p. 303. Spec. plant. p. 1052. DALIB. Paris. p. 305.

*Galium foliis quaternis, flosculis in alis confertis.* LINN. H. Cliff. p. 34. ROYEN. Lugdb. p. 227. HALL. Helv. p. 462. BOEHM. Lips. 7.

Habitat ad sepes, passim.

Caules simplices, supra verticilla atro-rubri, glabri, nitidi; alibi foliis concolores & villosi. Racemi tres, laterales, diphylli. Folia hirsuta, trinervia: medio nervo decurrente. Corollæ flavæ. Fructus glaber, quo tempore racemi, ut in priore specie sese sub reflexis foliis recipiunt & abscondunt.

(\*) *Fructu succulento.*

13. GALIUM floribus paniculatis, foliis senis, fructu baccato.

*Rubia foliis senis.* LINN. H. Cliff. p. 35. H. Upsal. p. 28. Mat. Med. 44. Spec. plant. p. 109. ROYEN. Lugdb. p. 254.

*Rubia foliis senis, radice perenni.* HALL. Helv. p. 462.

Habitat circa *Labacium*, non frequens.

Flores paniculati, flavescentes. Baccæ sphaericae, gemellæ, nigrae.

Vi tenuissima, diuretica & summe penetrabili gaudet, hinc in contusionibus & casibus ab alto præcipue laudabilis.

## CLASSIS XVI. GYMNOMONOSPERMÆ.

HALL. *Helv.* p. 662.

**C**onveniunt cum *Stellatis*, corollis monopetalis fructui impositis; differunt vero unico, nudo, oblongo semine sub singulo flore. Corollis variis. Stylo unico. Floribus sæpius aggregatis & receptaculo communi præditis. Sapore amaro. Facie diversissima.

### I. *Staminibus liberis.*

## V A L E R I A N A.

LINN. *Gen. plant.* 43.

Corolla monopetala, tubulosa, quinquefida. Stamina tria. Semen paposum aut nudum, varie figuratum.

I. VALERIANA floribus triandris, foliis omnibus pinnatis. LINN. *Spec. plant.* p. 31.

*Valeriana foliis omnibus pinnatis.* LINN. H. Cliff. p. 15. Fl. Svec. 30. Mat. Med. 21. ROYEN. Lugdb. p. 234. HALL. *Helv.* p. 662. DALIB. Paris. p. 11. BOEHM. Lips. 97.

Habitat ad sepes, diciturque *Mertuize*.

Caulis fistulosus, sulcatus. Panicularum racemi oppositi, bis trifidi, bis terque dichotomi, corymbosi. Pinnarum paria in imis foliis ad 10, in medio caule 9, in apice 5. Radii decem plumosi ex apice feminis.

Epilepticis variæ ætatis, quibus pulverem radicis hujus ex consilio sapientum Virorum, sæpius & caute dedi, profuit hucusque nihil. De eadem efficacia mecum dubitant BRESLAVIENSES. 1718.

Cum ad curandam Epilepsiam, radicis hujus pulverem, bis de die, ad denarium unam, assumptum, summis quidam efferant encomiis, sic data occasione, tentare volui, quid efficeret; obtulit enim mihi sese hoc anno Juvenis ex vehementi terrore ante aliquot annos, Epilepticus factus, ita, ut ter, quater, & pluries intra hebdomadam, Epilepticis insultibus vexaretur. Dedi huic itaque, nullis aliis præmissis, unciam unam pulverisatæ radicis Valerianæ hujus in sexdecim partes divisam, ut, mane & sero, unam dosim assumeret. Post octiduum ad me rediit, lætusque narravit, se, eo tempore, quo iis pulveribus usus esset, nec semel quidem se expertum esse morbi sævitiem. Jussi itaque, ut adhuc per octiduum, pulveribus uteretur, quod cum fecisset, liber pariter a morbo, & eo tempore, vixit. Decima quinta die, tam prospero eventu lætus, vinum bibit, ad ebrietatem usque, eademque die Paroxismo Epileptico crudeliter agitatur. Decima sexta, ut pulveres denuo darem, ad me venit, variis in locis misere fœdato vultu. Dedi itaque sexdecim alias doses, jussique præterea, ut post quamlibet, biberet libram unam decocti radicis ejusdem, cum æquali parte florum Tiliæ permixtæ. Obtemperavit denuo Juvenis, & neque hoc tempore, quo his utitur, in Epilepticum morbum, vel semel, incidit. Tam felix successus, in morbo adeo inveterato, & ab animi pathemate genito, excitare debet Medicos, ut aliis in ægris eandem methodum instituant, nec desperent adeo facile in chronicis & pertinacibus morbis.

2. VALERIANA floribus triandris Dioicis. LINN.

*Spec. plant.* p. 31.

*Vale-*

*Valeriana foliis imis ovalibus, superioribus plerumque pinnatis, sexu distincta.* HALL. Helv. p. 663. BOEHM. Lips. 98.

*Valeriana foliis caulinis pinnatis, polygama.* LINN. Virid. Cliff. p. 5. ROYEN. Lugdb. p. 235.

*Valeriana foliis caulinis pinnatis, sexu distincta.* LINN. H. Cliff. p. 16.

Habitat in udis sabulosis.

Caulis subfructicosus; furculis foliosis & floriferis. Folia ima longe elliptica, acuminata, dentata, petiolata; caulina pinnata: pinnarum unico pari. Paniculæ ex supremis alis trifidæ; racemis novemfloris. Corolla regularis, alba. Seminis radii duodecim. Sexus varians, modo enim hermaphroditis triandris & monandris immixti sunt feminei; nunc sola staminum rudimenta in plerisque videntur. Modo ergo Dioica, & modo Polygama: Viribus medicis non differt a priore, ut docent sensus.

3. VALERIANA floribus triandris, foliis ovato-oblongis subdentatis, caule simplici. LINN. *Spec. plant.* p. 32.

*Valeriana foliis omnibus integris, ex ovato-acuminatis, leviter dentatis.* HALL. Helv. p. 664.

It. Helvet. n. 9.

Habitat in Alpibus, & humilioribus etiam sylvarum rupibus.

Setæ unciales, tabidæ ad basim caulis. Folia radicalia plantaginis acutæ forma, petiolis fulcatis, in alpibus subvillosa, infra easdem glabra. Par unicum foliorum linearium caulem supra medium vestit simplicem obiter sulcatum, semipedalem. Panicula terminalis; racemis horizontalibus, foliolo fultis lineari. Flores corymbosi, in uno racemo ad sex. Corolla alba, regularis. Antheræ isabellæ colore.



4. VALERIANA floribus triandris, caule dichotomo, foliis linearibus. LINN. *Fl. Svec.* 32. *H. Upsal.* p. 14. *Spec. plant.* p. 33. DALIB. *Paris.* p. 12.

*Valeriana caule dichotomo foliis linearibus integris.* LINN. *Virid. Cliff.* p. 15.

*Valerianella caule dichotomo, foliis oblongis, rariter incisus, seminibus mucrone simplici.* HALL.

*Helv.* p. 666. BOEHM. *Lips.* 99.

Habitat in hortis & arvis frequens.

Corolla irregularis, parva; fauce subhirsuta. Flores hermaphroditi, non omnes fertiles. Semen nudum; ovatum, raris villis pubescens, apice quasi trifidum, segmentis obtusis emarginatis, longiore uno.

A Valeriana libentius separassem, nisi nomen displicuisset diminutivum.

*Nardum Celticam*, quam an. 1753. in summis Alpibus Styriae superioris supra *Knittelfeld* & *Wasserperg* abunde collegi, & collectam in fasciculos emi ab hominibus *Speichgraber* dictis, audio equidem nasci in Monte *Grindovitz*, ego vero nondum vidi.

## GLOBULARIA.

TOURNEF. *Inst.* p. 466. *Tab.* 265.

Essentiam constituit Calyx proprius, (qui capsula dicitur TOURNEFORTIO) continens semen, RAY. *meth. emend.* p. 44. praeter naturam Gentis Dispaceae, a qua tamen divelli non potest, ut docent Inflorescentia, Corolla, Thalamus, nulli Generi magis quam Scabiosis adfines.

- I. GLOBULARIA caule herbaceo, foliis radicalibus tridentatis, caulinis lanceolatis. LINN. *Fl. Svec.* 109. *Spec. plant.* p. 96. DALIB. *Paris.* p. 43.

*Globularia caule folioso, foliis ovatis integerrimis.* LINN. *H. Cliff.* p. 490. ROYEN. *Lugdb.*

p. 190. HALL. *Helv.* p. 667.

*Globu-*

*Globularia vulgaris*. TOURNEF. *Inst.* p. 467.  
 VAILLANT. Paris. p. 80. PONTED. *Differt.* p.  
 120. ZANICHELL. Ven. p. 114. Tab. 33. SE-  
 GUIER. Veron. 2. p. 184.

Habitat in collibus siccis apricis sterilibus.

Flores primo sessiles dein pedunculos efferunt.  
 Segmenta corollæ tubi longitudine: uno breviora;  
 tubus albus, incurvus, villosus. Semen oblongum,  
 glabrum, in calyce fauce villis clausa prædito. Tha-  
 lamus subrotundis, raris villis pubescens.

## SCABIOSA.

TOURNEF. *Inst.* p. 463. Tab. 264.

Calyx imbricatus, polyphyllus. Germen coro-  
 natum calyce duplicato. Receptaculum paleaceum  
 aut pilosum. LUDWIG. *Defin. Gen.* 289.

1. SCABIOSA corollis quadrifidis, receptaculis pilo-  
 sis, foliis imis ovatis: superioribus pinnatifidis.

*Scabiosa corollulis quadrifidis radiantibus, cau-  
 le hispido*. LINN. H. Cliff. p. 31. Fl. Svec. 110.  
 Mat. Med. 40. Spec. plant. p. 99. ROYEN.  
 Lugdb. p. 138. DALIB. Paris. p. 44.

*Scabiosa corollulis quadrifidis, foliis inferiori-  
 bus pinnatifidis, caulinis dentatis*. BOEHM. Lipf.  
 160.

*Scabiosa caule & foliis subhirsutis, imis ovatis,  
 superioribus semipinnatis*. HALL. Helv. p. 669.

Habitat in pratis abunde.

Caulis villosus. Folia ima ovata, superiora pin-  
 natifida. Corolla quadrifida, pallida; segmentis acu-  
 tioribus. Semen villosum, compressum; corona vi-  
 ridi, dentata, villosa: denticulis aristatis. Thalamus  
 hemisphæricus, pilosus.

*Scabiosa* dicitur ab usu Medico LINN. *Phil. bot.*  
 p. 169. in scabie TOURNEF. *Inst.* p. 466. an vere?  
 mollis

mollis est utique, & leniter detergens, ac proinde ad mundanda organa respirationis pure gravata, ab omnibus fere Medicis commendata. Leniter etiam stagnantibus liquidis motum & fluorem conciliat ita, ut Floribus in sævissima quoque Pleuritide tutissime liceat uti.

2. SCABIOSA corollis quadrifidis, receptaculis pilosis, foliis ovato-lanceolatis ferratis hispida.

*Scabiosa foliis ovata lanceolatis, per oram ferratis & subhirsutis, caule hispido.* HALL. Helv.

p. 671.

Habitat sterilia & sylvestria loca.

Folia ovata-lanceolata, hispida, dentata, sessilia, rugosa. Calyx cum caule villosus, ut in priore. Flosculorum segmenta majora, apicibus rotundatis, rubris. Germen villosum; apice tetragono, margine foliato, eminente, centro convexo, umbilicato, pedicellum calyciflorum educente: margine denticulato: denticulis aristatis: aristis usque decem, ramosis, rubris. Thalamus pilosus, exiguus, subovatus.

3. SCABIOSA corollis quadrifidis, receptaculis foliaceis, foliis ovato-lanceolatis.

*Scabiosa corollulis quadrifidis æqualibus, caule simplici, ramis approximatis, foliis lanceolato-ovatis.* LINN. H. Cliff. p. 30. Fl. Svec. 112. Mat. Med. 41. Spec. plant. p. 98. ROYEN. Lugdb. p. 188.

*Scabiosa corollulis quadrifidis, foliis ovato-lanceolatis, integris.* BOEHM. Lips. 159.

*Succisa foliis ad terram ovatis, ad caulem oblongis, parum dentatis.* HALL. Helv. p. 671.

Habitat sub finem æstatis in udis herbidis argillosis.

Perianthii communis folia majora ad basim, minor ubique ciliata. Proprium tetragonum, villosum, quadridentatum; dentibus ciliatis, continens germen  
 coro-

coronula foliacea ornatum, e qua quatuor setæ rubræ, ferrulatæ, basi ciliatæ prodeunt. Thalamus ovatus, pilosus, paleis distinguentibus, basi & apice attenuatis, ciliatis, ornatus.

In Angina serosa, radix decocta, & gargarismatis forma usurpata, prodest.

4. SCABIOSA corollis quinquefidis, receptaculis foliaceis, foliis caulinis pinnatis: pinnis linearibus.

*Scabiosa corollulis quinquefidis, foliis radicalibus ovatis crenatis, caulinis pinnatis setaceis.* LINN. H. Cliff. p. 31. Fl. Svec. III. Spec. plant. p. 99. ROYEN. Lugdb. p. 139. DALIB. Paris. p. 45. BOEHM. Lips. 161.

*Asterocephalus foliis ad terram ovalibus serratis, ad caulem pinnatis, angustissimis.* HALL. Helv. p. 668.

Habitat ad vias, passim.

Folii basis rubra caulem ambiens, costa media subrubra, per quam pinnæ lanceolatæ & lineares, incisæ, glabræ, decurrunt. Tumores rubri inter bases ramorum & caulem positi. Perianthii communis foliola linearia, patentia. Corona seminis integra, lineis rubris picta. Semen ipsum hirsutum, octo angulis instructum obtusis. Thalamus subovatus, glaber, foliolis distinguentibus ornatus.

## DIPSACUS.

TOURNEF. *Inst* p. 466. *Tab.* 265.

Calyx polyphyllus; foliis spinosis. Germen calyce integro, tetragono, coronato. Thalamus paleis rigidis longisque armatus. Ergo sola fere facie a *Scabiosa* tertia & quarta differens.

1. DIPSACUS foliis laciniatis asperis, capitulis subrotundis.

*Dipsa-*

*Dipsacus foliis cornato-sinuatis.* LINN. Spec. plant. p. 97.

*Dipsacus folio lacinato.* BAUHIN. Pin. 385. TOURNEF. Inst. p. 466. TILLI. H. Pis. p. 55. HERMAN. Lugdb. p. 221. HALL. Opusc. bot. p. 316. SEGUIER. Veron. 2. p. 183.

Habitat ad vias, & sabulosa ac sterilissima loca. *Schetizhuie* dictus.

Folia ad nervum usque in lacinias inermes secta, amplas, connatas vaginas cauli circumponentia, aspera, spinis curvis ubique armata. Capitula subrotunda. Flores unica palea distincti, albi; staminibus albis, antheris subrubris.

2. *DIPSACUS* foliis integerrimis glabris, capitulis subovatis.

*Dipsacus foliis sessilibus serratis.* LINN. Spec. plant. p. 97.

*Dipsacus capitulis ovalibus; calycis foliis sulcatis, dentatis, aristis glumarum rectis.* HALL. Helv. p. 673.

*Dipsacus sylvestris, sive Virga Pastoris major.* BAUHIN. Pin. p. 385. TOURNEF. l. c. Till. l. c. VAILLANT. Paris. p. 37. VOLKAMER. Fl. Norimb. p. 143. HERMAN. Lugdb. l. c. PONTEBER. Diss. p. 178. ZANICHELL. Ven. p. 87. Tab. 163. SEGUIER. l. c.

*Dipsacus I.* TABERNEM. p. 1070.

Habitat cum priore.

Folia integerrima, laxioribus & minoribus vaginis caulem abientia, glabra, nervo longioribus rectioribusque spinis armato; verum superiora basi minime connata sunt. Capitula subovata. Spinæ caulinae rectæ. Flores subrubri, binis squamis distincti. Antheræ rosæ; filamentis violaceis.

Semen utriusque est *Carduelis vulgaris* optimum & gratissimum pabulum. LINNÆVS in *H. Cliffort.*

utramque speciem conjunxit, separavit autem in *Speciebus plant.* quod jampridem fecit III. HALLER. *Opusc. bot.* p. 316.

## II. *Staminibus coalitis.*

A. *Capitata* RAY. *Meth. emend.* p. 41.

Flosculi monopetali; tubo angusto & longo: limbo campanulato quinquefido præditi, nudi, germi-  
mini impositi, unico, squamoso, subrotundo, im-  
bricato, communi calyce excepti.

## ARCTIUM.

LINN. *Gen. plant.* 830.

Calycinae squamæ hamatae. Semen papposum; pappo simplici. Thalamus pilosus. LUDWIG. *Defin. Gen.* 324. paleaceus. LINN. *loc. cit.*

I. ARCTIUM foliis cordatis inermibus petiolatis. LINN. *Spec. plant.* p. 816.

*Lappa capitulis & foliorum facie inferiori tomentosis.* HALL. *Helv.* p. 675. BOEHM. *Lips.* 201.

Carniol. *Repie.*

Habitat in ruderatis, circa rivos, & in hortis neglectis.

Calycinae squamæ inferiores modo reticulo araneaceo, modo raro tomento conjunctæ, modo vero liberrimæ. Stamina violacea.

Bardanae radicis decocto utitur Puella diu & copiose. Inde contracta redditur toto corpore miserum in modum. Quæ ratio phænomeni? An ex sale & oleo acri, siccante, irritante solida, tentio nervorum? An heterogena humoribus immixta aromaticis radicis efficacia, mala metastasi, nervis impacta morbum produxerunt? An noxium quid inest plantæ.

CAR-

## CARDUUS.

VAILLANT. & HALL. *Helv.* p. 676.

Calycinæ squamæ aculeatæ. Seminis pappus simplex. Thalamus pilosus.

1. **CARDUUS** foliis spinosis semidecurrentibus, floribus cernuis, squamis calycinis superne patentibus.

LINN. *Fl. Spec.* 655. *Spec. plant.* p. 821.

*Cardus foliorum laciniis complicatis & spinosis, capitulo spinoso, nutante.* HALL. *Helv.* p. 676.

*Cardus foliis sinuatis decurrentibus, margine spinosis, floribus solitariis nutantibus.* LINN. *H.*

*Cliff.* p. 393. BOEHM. *Lips.* 191.

*Carniol. Botizhuie.*

Habitat in ficcis & sterilibus.

Caulis angulatus, araneacea lanugine tectus. Folia semipede breviora, pinnatifida, nervis pinnarum lanuginosis. Rami uniflori. Capitulum nutans, araneacea lanugine ad basim cinctus. Flosculi limbus ruber, regularis; tubus albus; odor Leucoij.

## CIRSIIUM.

VAILLANT. & HALL. *Helv.* p. 679.

Differt a *Carduo* seminis pappo plumoso.

1. **CIRSIIUM** foliis spinosis decurrentibus pinnatifidis: laciniis alternis erectis, calycibus reticulatis ovatis.

*Cardus foliis decurrentibus hastato-pinnatis spinosis: laciniis divaricatis, calycibus ovatis spinosis villosis, caule piloso.* LINN. *Spec. plant.* p. 821.

*Cirsium foliis spinosis, hirsutis, pinnis, semibilibis, capitulis tomentosis, turbinatis, pungentibus.* HALL. *Helv.* p. 681.

*Carduus foliis sinuatis decurrentibus, denticulis & superficie spinosis.* LINN. H. Cliff. p. 392. Fl. Svec. 654. ROYEN. Lugdb. p. 132. DALIB. Paris. p. 247.

Habitat ad vias frequens.

Foliorum lacinia lanceolata, minores ascendentes, majores descendentes & quasi triloba. Calyx subovatus, erectus, basi rete obductus. Plumulae in pappo longae, remotae, oppositae. Receptaculum conicum.

2. **CIRSIVM** foliis spinosis semipinnatis: laciniis alternis erectis, calycibus lanigeris subrotundis.

*Carduus foliis sessilibus bifariam pinnatifidis: laciniis alternis erectis, calycibus globosis villosis.* LINN. H. Upsal. p. 249. Spec. plant. p. 823.

*Cirsium foliis spinosis, hirsutis, semipinnatis, pinnis semitrilobis, capite ringente, tomentoso, sphaerico.* HALL. Helv. p. 680.

*Carduus foliis sinuatis decurrentibus: denticulis superficiei spinosis, calycibus lanigeris.* ROYEN. Lugdb. p. 133. DALIB. Par. p. 247.

Habitat in Monte S. Catharinae, circa templum Voiskae, & alibi.

Folia prioris, subtus tomentosa, in aculeum unice desinentia. Calyx basi planus, quasi truncatus; squamis linearibus, lanugine copiosa ad basim cinctis: arcu glabro, latiore, viridi.

3. **CIRSIVM** foliis spinosis decurrentibus dentatis, floribus erectis aggregatis, calycibus inermibus.

*Carduus foliis dentatis decurrentibus: margine spinosis, floribus racemosis erectis, pedunculis-inermibus.* LINN. Spec. plant. p. 822.

*Cirsium caule pene nudo, alis crispis obducto, capitulis mitibus, in vertice congestis.* HALL. Helv. p. 681.



*Carduus foliis linearibus dentatis spinosissimis, caule crispo spinoso ramoso, floribus erectis.* ROYEN. Lugdb. p. 134. LINN. Fl. Svec. 659. DALIB. Paris. p. 249. BOEHM. Lipf. 198.

Habitat ad sepes in pratis paludosis.

Caulis angulatus; angulis spinosis. Folia oblonga, decurrentia, subtus tomentosa, denticulis spinosis. Pedunculi in summitatibus ramorum caulisque congesti, inermes, plerumque ramosi. Calyx erectus, subovatus, inermis, vilcidus; squamis dorso graniferis, apice cristatis, basi lateraliter tomentosis.

Est *Carduus palustris* BAUHIN. Pin. p. 377. Prodr. p. 156 non vero *Carduus pratensis polycephalos* ejusdem, ut censet *Doctiss.* HALLERVS, huic enim caulis est inermis & rotundus, rami semipalmares, capitula spinosa.

4. *CIRSIVM* foliis lanceolatis dentatis spinosis, calycibus tomentosis inermibus aristatis.

*Serratula foliis dentatis spinosis.* LINN. Fl. Svec. 662. Spec. plant. p. 820. DALIB. Paris. p. 246.

*Cirsium foliis semipinnatis, spinosis, capitulis oblongis, mitioribus.* HALL. Helv. p. 680.

*Carduus radice repente, foliis lanceolatis dentatis margine aculeatis.* LINN. Fl. Lapp. p. 293. ROYEN. Lugdb. p. 133.

Habitat in cultis, nimium frequens.

Caulis sulcatus, inermis. Folia sessilia, molliter spinosa. Rami multiflori. Pedunculi ramosi. Calyx sphaericus, dein ovatus, denique oblongus & convergens; squamis angulatis, tomentosis, inermibus, patente arista terminatis.

5. *CIRSIVM* foliis amplexicaulibus dentatis spinosis, floribus erectis, calycibus inermibus.

Habitat in sylvis circa *Idriam*.

Folia sequentis, virentia, glabra, nervis villosis. Flores erecti. Cardui viarum colore, sed minores. Calyx subrotundus; squamis patulis, non reflexis, molli spina terminatis, tumido & pallidiore dorso. Pedunculi flore longiores.

6. *CIRSIIUM* foliis amplexicaulibus pinnatifidis sub-spinosis, floribus cernuis, calycibus inermibus.

Habitat in udis locis non rarum.

Caulis villosus, sulcatus, inermis. Folia pallidiora, pedalia, villosa, dentata, nervis subtus parallelis, ramosis. Flores plures in summo caule, penduli, flavi, sessiles & pedunculati. Calyx subrotundus, glaber; squamis nitidis, liberis, reflexis, breviter aristatis.

7. *CIRSIIUM* inerme, floribus inter flavescencia folia congestis. HALL. *Helv.* p. 679.

*Cnicus caule erecto, foliis inferioribus laciniatis, superioribus integris concavis.* LINN. *H. Cliff.* p. 394. *Fl. Svec.* 711. *Spec. plant.* p. 826. ROYEN. *Lugdb.* p. 136. BOEHM. *Lips.* 200.

*Cirsium latifolium flore flavescente in capitula folioso.* BOERHAV. *Ind.* 1. p. 138.

*Cnicus pratensis Acanthi folio, flore flavescente.* TOURNEF. *Inst.* p. 450. PONTED. *Dissert.* p. 142.

Habitat in pratis paludosis.

Caulis sulcatus, crassus, glaber. Folia oblonga, integra; spinulis inermibus, marginalibus. Flores in apice congesti, ochroleuci, inter folia luteo-virentia. Calyx excepto nido concolore folioso. Pedunculi foliosi, calyce breviores. Squamæ aristatæ, lanceolatæ, planæ, reticulo araneaceo cunctæ. Stamina violacea, villosa. Stylus glaber. Pappus tubo floris longior.

## CARLINA.

TOURNEF. *Inst.* p. 500. *Tab.* 285.

Calycinæ squamæ exteriores pinnatæ; intimæ simplices, coloratæ, radiantæ. Thalamus paleaceus.

1. CARLINA caule unifloro. LINN. *H. Cliff.* p. 395. *H. Upsul.* p. 252. *Mat. Med.* 378. flore longiore. *Spec. plant.* p. 828. ROYEN. *Lugd.* p. 135. HALL. *Helv.* p. 686.

Habitat in herbis sterilibus.

Carniol. *Neschuie.*

Flosculorum tubus rugosus. Germen hirsutum.

Pappus ramosus; ramis plumosis. Setæ clavatæ e basi paleæ cujusque quadrifidæ.

Radix aromatica, inter exoticas a Geoffroyo numerata humores valde movet & solida firmat, laudata proinde ad excitandos sudores in morbis pestilentialibus & ad ventriculi debilioris actionem augendam.

2. CARLINA caule multifloro corymbofo. LINN. *H. Cliff.* p. 195. *Fl. Svec.* 652. floribus terminalibus. *Spec. plant.* p. 828. ROYEN. *Lugd.* p. 135. BOEHM. *Lips.* p. 189.

*Carlina caule ramoso, floribus umbellatis.* HALL.

*Helv.* p. 685.

Habitat steriliora & sicciora loca.

Caulis tomentosus, teres. Folia subtus tomentosa, denticulis & superficie spinosis. Laminæ aureæ. Paleæ lineares, simplicissimæ, sine clavis. Thalamus planus, lactescens.

## ATRACTILIS.

HALL. *Helv.* p. 685.

Calyx fit foliis iisdem, quæ caulem cingunt, in squamas lanceolatas, apice aculeatas, basi lanuginosas

tandem degenerantibus. Flores exteriores nudo germi-  
mini, interiores vero papposo innascuntur. Semen  
apice truncatum, angulatum. Thalamus pilosus: pi-  
lis femine longioribus.

I. *ATRACTILIS* foliis amplexicaulibus dentato-spi-  
nosis, caule tomentoso, floribus flosculosis calyce  
brevioribus.

Habitat in M. *Anas*.

Caulis teres, ramosus, lanuginosus. Rami uni-  
flori, alterni, patuli. Folia sessilia, amplexicaulia,  
glabra, nervosa, dentata; dentibus in validos acu-  
leos desinentibus; nervis reticulatis. Folia calycina  
araneacea lanugine ad basim juncta. Flosculi flavi;  
segmentis erectis, linearibus. Pappus in femine fit  
pluribus paleis inæqualibus, denticulatis. Thalamus  
pilosus. Succus ex læsa planta stillat nullus.

## RHAPONTICUM.

VAILLANT. & HALL. *Helv.* p. 687.

Differt a *Centaurea* LINN. feminibus nudis.

Pappum in femine Gentis hujus præcipuam no-  
tam esse, qua unum Genus ab alio facile distingui po-  
test, Natura, Ratio & Auctoritas clare docent. Ita-  
que separo stirpes femine nudo ab illis quæ semina  
papposa gerunt, ne insuperabiles difficultates ex diver-  
sis simul fluctuantibus individuis enatæ, pristinum  
Chaos efficiant, in ruinam Botanices.

I. *RHAPONTICUM* foliis squalidis, tomentosis, infe-  
rioribus ad basim semipinnatis, superioribus inte-  
gris. HALL. *Helv.* p. 688.

*Centaurea calycibus squamosis, foliis lanceolatis,*  
*radicalibus sinuato-dentatis, ramis angulatis.* LINN.

H. Cliff. p. 421. Fl. Svec. 709. Spec. plant.  
p. 914. ROYEN. Lugdb. p. 142. DALIB. Paris.  
p. 265. BOEHM. Lips. 246.

Habi-

Habitat in pratis, passim.

Caulis sulcatus. Calyces subsessiles. Squamæ incisæ, non ciliatæ.

## CENTAUREA.

LINN. *Gen. plant.* 880. *Spec. pleræque.*

Calycinae squamæ variæ terminatæ. Semen pap-  
posum. Thalamus pilosus.

1. **CENTAUREA** foliis simplicibus lanceolatis decur-  
rentibus, caule simplici.

*Centaurea calycibus ferratis, foliis lanceolatis  
decurrentibus, caule simplicissimo.* LINN. *H. Cliff.*  
p. 422. *H. Upsal.* p. 270. *Spec. plant.* p. 911.  
ROYEN. *Lugdb.* p. 138.

*Cyanus foliis integris, subtus tomentosis, caule  
alato.* HALL. *Helv.* p. 692.

Habitat circa *Idriam* in *Struk*.

Radix fere transversa. Caulis simplex, lanugi-  
nosus. Folia lanceolata, decurrentia, superne rara  
lanugine, inferne villis adspersa. Flos unicus. Squa-  
mæ dorsum viride lanuginosum, margo ferratus, atro-  
fuscus. Flores marginales steriles, sexfidi, unciali  
tubo. Stigma ad basim pilorum coronam habet. Se-  
men brevi, paleaceo pappo præditum. Thalamus  
pilis paleiformibus.

2. **CENTAUREA** foliis imis simplicibus dentatis, su-  
perioribus semipinnatis, supremis linearibus.

*Centaurea calycibus ferratis: foliis linearibus  
integerrimis, infimis dentatis.* LINN. *H. Cliff.* p.  
422. *Fl. Svec.* 710. *Mat. Med.* 408. *Spec.*  
*plant.* p. 911. ROYEN *Lugdb.* p. 130. DALIB.  
*Paris.* p. 265. BOEHM. *Lipl.* 245.

*Cyanus flosculis radialibus, latissimis, septifidis.*  
HALL. *Helv.* p. 691.

*Carniol. Blauiezhie.*

Habitat inter segetes.

Tota planta tomentosa est. Calyx ovatus; squamis ciliato-ferratis: ciliis argenteis. Flosculi sexfidi, cærulei; segmentis binis, brevioribus, dentatis. Semen basi pilosum, pappo subrufo nihilo longius.

Color potius floris, quam vires laudandæ.

3. **CENTAUREA** foliis pinnatifidis: pinnis lanceolatis.

*Cyanus foliis pinnatis, pinnis obtusis, dentatis.*

HALL. Helv. p. 690.

*Centaurea calycibus margine ciliatis, foliis pinnatifidis: pinnis lanceolatis.* LINN. H. Cliff. p.

422. Fl. Svec. 708. Spec. plant. p. 913.

ROYEN. Lugdb. p. 139. DALIB. Paris. p. 266.

GMELIN. Sib. 2. p. 93.

Habitat in pratis.

Caulis firmus, angulatus. Calyx subrotundus. Squamarum oræ fuscæ, ciliatæ: ciliis patentibus. Flosculi lineato ventre; filamentis hirsutis; antheris luteis.

4. **CENTAUREA** foliis pinnatifidis: pinnis linearibus acutis dentatis, calycibus sessilibus.

*Centaurea calycibus duplicato-spinosis, foliis sessilibus linearibus pinnatifidis, lateralibus dentatis.*

LINN. H. Upsal. p. 273. Spec. plant. p. 917.

*Calcitrapa foliis laxè pinnatis, mollibus, capitulis ad latera caulis sessilibus.* HALL. Helv. p.

689.

*Centaurea calycibus subulato-spinosis sessilibus, foliis linearibus pinnatifidis.* LINN. H. Cliff. p.

423. ROYEN. Lugdb. p. 140. DALIB. Paris.

p. 266. BOEHM. Lips. 244.

*Cyanoides stellata, spinosa, flore purpureo.* PON-

TED. Diff. p. 221. ZANICHELL. Ven. p. 76.

Icon. 152.

Habitat in asperis siccisque collibus supra *S. Vittum*.

5. *CENTAUREA* foliis bipinnatis, linearibus, caule paniculato.

*Centaurea calycibus ciliatis, foliis pinnatifidis linearibus, caule paniculato.* LINN. Spec. plant. p. 912.

*Cyanus pinnis foliorum pinnatis, pinnis acutis, gracilibus, dentatis.* HALL. Helv. p. 690.

*Jacea foliis candicantibus, laciniatis, calyculis non splendidibus.* TOURNEF. Inst. p. 444. ZANNICHELL. Ven. p. 145. Icon. 8.

Habitat in sabulosis collibus, & muris, circa *Kramburgum, Vipaccum, & alibi.*

B. *Corymbiferæ.* RAY. Meth. emend. p. 36.

Flores unico lato, planiore & minus ventricoso calyce excepti, flosculosi tantum ut in *Discoideis*, aut flosculosi in disco & ligulati in radio ut in *Radiatis*.

## TANACETUM.

TOURNEF. Inst. p. 461, Tab. 261.

Calyx hemisphæricus, imbricatus. Flores omnes hermaphroditi. Semina nuda. Thalamus nudus.

1. *TANACETUM* foliis bipinnatis incisisserratis. LINN. *H. Cliff.* p. 398. *Fl. Svec.* 666. *Mat. Med.* 381. *Spec. plant.* p. 844. ROYEN. *Lugdb.* p. 155. GME-LIN. *Sibir.* 2. p. 133.

*Tanacetum foliis pinnatis, pinnis semipinnatis, floribus umbellatis.* HALL. Helv. p. 694. BOEHM. *Lips.* 163.

*Tanacetum foliis pinnatis planis: pinnis serratis.* LINN. *Fl. Lapp.* 295.

*Carniol. Vratezh.*

Habitat in cultis & neglectis.

Squamæ calycinæ rectæ, subovatae, planæ. Flores quadrifidi.

Eandem

Eandem fere quam *Scordium* virtutem possidet balsamicam roborantem & adeo antihelminthicam, ut pro specifico ad lumbricos habeatur. Sed quale est hoc specificum? certe nullum, quidquid de mercurio scripserint MATHIOLUS, BARSAVOLUS, HILDANUS, PLATERUS & alii; lege hac de re doctam egregii Faventinorum Medici *Joannis Baptiste BURSERII* de antihelminthica argenti vivi facultate ad BALANTERIUM epistolam. Fossiores nostri mercurium tractant & hauriunt undique, neque tamen vidi homines vermibus adeo vexatos.

## ARTEMISIA.

LINN. *Gen. plant.* 845.

Propriam notam qua differt a *Tanacetum* suppeditant flores in ambitu feminini, in disco hermaphroditi.

I. ARTEMISIA foliis compositis multifidis, floribus subglobosis pendulis, receptaculis villosis. LINN. *H. Cliff.* p. 404. *Fl. Svec.* 670. *Mat. Med.* 386. *Spec. plant.* p. 848. ROYEN. *Lugdb.* p. 153. BOEHM. *Lips.* 165.

*Absinthium incanum, foliis compositis latiuscule multifidis, floribus subglobosis pendulis.* GMELIN.

Sibir. 2. p. 129.

*Artemisia foliis incanis, pinnatis, pinnis bilobis, floribus ex alis pendulis, in spicis heteromallis.*

HALL. *Helv.* p. 696.

*Carniol. Peln. Beln. Peln.*

Habitat in montanis sterilibus apricis collibus, circa *Bekerische, Godovitsch, Pellant* &c.

Flores heteromali ex foliorum trifidorum. Calyx hemisphæricus, squamarum superiorum marginibus membranaceis. Flores sublutei; marginales vix conspicui, centrales quinquefidi, campanulati. Thalamus pilosus.



Libri Medici & Botanici absynthii laudibus resonant omnes, nullaque regio & natio nulla est, quæ absynthium nesciat, nec utatur. Vidi in hortis probe cultum, templis illatum, amulettis inclusum, in cubilibus appensum, vestibus instratum, & Panaceæ stomachicæ titulo summis encomiis prædicatum. Sed unde hic honor, totque laudes? experimenta si quæras, docebunt ista, amarissimam hanc & aromaticam stirpem, bilis esse succedaneam, acido spontaneo, mucosissimo, cruditatibus, & humorum chylicationi inservientium inertiam, mederi quidem, sed nihilo magis quam reliqua amaro-tonica.

2. ARTEMISIA foliis pinnatifidis planis incisus subtus tomentosus, racemis simplicibus, floribus ovatis, radio quinquefloro. LINN. *Spec. plant.* p. 848.

*Artemisia foliis planis, semipinnatis, pinnis rareriter dentatis, floribus erectis, dense spicatis.* HALL. *Helv.* p. 696.

*Artemisia foliis pinnatifidis: pinnis laciniatis, floribus erectis.* LINN. *H. Cliff.* p. 404. *Fl. Svec.* 667. *Mat. Med.* 384. ROYEN. *Lugdb.* p. 153.

GMELIN. *Sibir.* 2. p. 108. BOEHM. *Lips.* 164. *Carniol. Metlicka.*

Habitat ad vias, & circa hortos.

Racemi laterales, folio breviores. Calyx subovatus. Flores segmenta reflexa, rubra. Stamina distincta. Receptaculum nudum, convexum.

Longe minorem salis fixi, alkalini, volatilis copiam, majorem vero crassioris olei & terræ continet, quam Absynthium GEOFFROY. *Mat. Med.* Inter pellem tamen ulterina & emmenagoga recipitur ab ignaris quoque mulierculis, non raro utiliter. Cæterum quæ de vi foliorum lassitudini, & carbonum sub radice latentium Epilepsiæ opposita scripserunt quidam, ea adeo superstitiosa & vana sunt, ut loqui tædeat.

## GNAPHALIUM.

LINN. *Gen. plant.* 650.

Calyx imbricatus. Flores nunc omnes hermaproditum, nunc in eadem aut diversa planta masculi & feminei. Semen papposum. Thalamus nudus.

1. GNAPHALIUM caule simplicissimo, capitulo terminali bracteis hirsutissimis radiato. LINN. *Spec. plant.* p. 855.

*Gnaphalium caule non ramoso, umbella tomentosa, longis foliis insidenti.* HALL. *Helv.* p. 701.

Habitat in alpinis *Crambargo* proximis non adeo frequens ut in *Tyrolensibus* Oeno vicinis, supra fodinas salinarias, infra pascua *Zirlensia*, nec non in patriis *Flemmensium* alpinis nempe M. *Pampeago*, *Coron. Santa*, *Feudo*, *Vallemoena*, *Lagorai*, aliisque quas olim juvenis peragravi sæpius.

Caulis simplex, anceps, subruber, foliosus, erectus, sustinens capitulum tomentosum, stellatum; cujus centrum occupant *Flores masculi* in capitulum subrotundum congregati, quinquefidi, staminibus luteis; bracteis vero radiantibus insident flores feminei in tria ovata capitula distributi, quadrifidi, parvi, brevibus segmentis sed longiore tubo donati, germine papposo: pappo floris longitudine. Sed etiam masculi flores femineis immixti sunt.

2. GNAPHALIUM caule simplicissimo, corymbo simplici terminali, sarmentis procumbentibus. LINN. *H. Cliff.* p. 400. *Fl. Spec.* 672. *Mat. Med.* 388. *Spec. plant.* p. 850. ROYEN. *Lugdb.* p. 147. GME-LIN. *Sibir.* 2. p. 105.

*Gnaphalium sexibus tota planta distincta.* HALL.

*Helv.* p. 698. BOEHM. *Lips.* 174.

Habitat in pratis siccis.

Caules steriles repunt, florifer erectus est, lanuginosus; foliis lanceolatis, imbricatis. Capitula cy-

lindracea, corymbosa. Pedunculi simplices. Flores hermaphroditi subvirides. Calyx coloratus. Alios flores nondum vidi.

In Officinis receptum est Hispidulæ nomine, & analysi chemica olei adiposi & salis austeri multo phlegmate immixti copiam notabilem præbet. GEOFFROY. *Mat. Med.* hinc in ficcis illis & convulsivis tussibus, quæ ab acritante lymphâ oriuntur, locum habet, syrupe aut decocti forma assumptum.

3. GNAPHALIUM paniculatum hirsutum. LINN. *Fl. Svec.* 679. *Spec. plant.* p. 856.

*Gnaphalium caule erecto, ramosissimo, glomerulis florum ad alas longe sessilibus.* HALL. *Helv.* p. 702.

Habitat in sterilibus agri *Labacensis*.

Calyx luteo-virens, & splendens.

4. GNAPHALIUM caule simplici, pedunculis lateralibus multifloris, foliis semiamplexicaulibus lanceolato-linearibus.

*Gnaphalium caule simplicissimo, floribus sparsis.* LINN. *Fl. Lapp.* 298. *H. Cliff.* p. 402. *Fl. Svec.* 675. *Spec. plant.* p. 856. ROYEN. *Lugdb.* p. 148. GMELIN. *Sibir.* 2. p. 106.

*Gnaphalium ramis spicatis frequentissimis, alis foliorum insidentibus.* HALL. *Helv.* p. 700. BOEHM. *Lips.* 178.

Habitat in elatioribus collibus, asperisque sylvarum locis.

Caulis tomentosus. Pedunculi lanuginosi, ramosi, bi- & triflori. Flores hermaphroditi.

## EUPATORIUM.

TOURNEF. *Inst.* p. 455. *Tab.* 259.

Calyx imbricatus, oblongus. Flosculi perfecti, quinquefidi. Stylus longissimus. Semen papposum. Thalamus nudus. LUDWIG. *Defin. gen.* 308.

1. *EUPATORIUM* foliis digitatis. LINN. *H. Cliff.* p. 396. *Fl. Svec.* 665. *Mat. Med.* 380. *Spec. plant.* p. 838. ROYEN. *Lugdb.* p. 155.

*Eupatorium foliis plerumque ternatis.* HALL. *Helv.* p. 704. BOEHM. *Lips.* 135.

Habitat in aquosis, & circa fontes in sylvis.

Florum corymbi oppositi. Calyx cylindricus; squamis inæqualibus, non ultra decem, marginibus purpurascens. Flosculi quini, quinquefidi. Pappus in hac specie certissime simplex.

Amara, acris & odorata planta vires habet vulnerarias, siccantes, moventes liquida quæ effusis in cellulis adiposis aut collecta in cavitatibus oedemata vel hydropem prodixerunt. Anno 1758. cum post variolas in stadio exsiccationis negligentius tractatas, plurimis pueris totum corpus intumisset, nihil tumidum scrotum citius & facilius exsicavit, quam folia hujus plantæ sæpius applicata.

## CACALIA.

TOURNEF. *Inst.* p. 451. *Tab.* 258.

A *Petasitide* distinguitur calyce, & *Eupatorio* proxima est; differt tamen calycis cylindrici squamis paucis, conglutinatis; flosculis paucissimis androgynis. HALL. *Helv.* p. 705.

1. *CACALIA* foliis reniformibus acutis denticulatis. LINN. *Spec. plant.* p. 836. *Cacalia.* HALL. loc. cit. *Tussilago caule ramofo.* ROYEN. *Lugdb.* p. 159. SAUVAG. *Monsp.* p. 113.

Habitat in sylvis montanis circa fontes, & in alpium pascuis prope pastorum tuguria.

Corymbi alterni in unum confluentes. Flores in uno calyce duo & tres, quadrifidi, calyci concolores, parte eminente e calyce, hujus longitudine. Pappus simplex, sessilis.

PETA-

## PETASITES.

HALL. *Helv.* p. 706.

Calyx monophyllus, cylindricus, squamis auctus. Corollæ hermaphroditæ, quinquefidæ, infundibuliformes; Femineæ (si adsunt) in ambitu ligulatæ. Seminis pappus simplex. Caulis vero ante folia erumpens, squamosus HALL. *l. c.* non convenit omnibus speciebus.

1. PETASITES scapo unifloro, flosculis in ambitu ligulatis. HALL. *Helv.* p. 708. BOEHM. *Lips.* 167.

*Tussilago scapo imbricato unifloro, foliis subcordatis angulatis denticulatis.* LINN. *H. Cliff.* p. 411. *Fl. Svec.* 680. *Mat. Med.* 391. *Spec. plant.* p. 865. ROYEN. *Lugdb.* p. 159. GME-LIN. *Sibir.* 2. p. 140. DALIB. *Paris,* p. 256.

*Carniol. Lepuch.*

Habitat in udis, sterilibus, argillosis, primo vere.

Ubique reperi segmentorum calycis & flosculorum numerum simul sumptum non æquare dimidiam partem numeri semiflosculorum perpetuo ultra 200; Squamas calycinæ plerumque 20; flosculorum numerum variantem.

Tuto utantur Medici farfaræ foliis floribusque in morbis pectoris etiam acutis; nihil enim tam volatile & activum continent, quod noxio impetu febrim, in ægrorum perniciem, augere potest.

2. PETASITES scapo sæpius unifloro folioso, foliis orbiculatis crenatodentatis.

*Petasites scapo unifloro, flosculis in ambitu femininis.* HALL. *Helv.* p. 707.

*Tussilago scapo subnudo unifloro, foliis cordato-orbiculatis crenatis.* LINN. *H. Cliff.* p. 411. *Spec. plant.* p. 865. ROYEN. *Lugdb.* p. 159.

Habitat in fylvis.

Scapus teres. Folia utrinque subvillosa, ampliter crenata: crenis in spinulam mollem, brevem, rubram desinentibus. Vaginæ ad caulem amplæ, foliaceæ. Flores primo reflexi & sinu vaginæ folii secundi excepti, dein sursum efferuntur. Stamina in violaceam vaginam cohærentia.

3. **PETASITES** floribus spicatis, flosculis omnibus androgynis. HALL. *Helv.* p. 706. BOEHM. *Lips.* 168.

*Tussilago thyrso ovato, flosculis omnibus hermaphroditis.* LINN. H. Cliff. p. 411. Fl. Svec. 685. Mat. Med. 390. Spec. plant. p. 866. ROYEN. Lugdb. p. 159. DALIB. Paris. p. 256.

Habitat circa fluvios.

Alba varietas plures flores gerit, squamasque in thyrso plerumque rugosas. Tubæ clavatum & asperum stigma inter stamina erumpens, antherarum loculo eo nifu referat & secundum germen reddit.

Indoles huic radici non mitis & blanda est in Tussilagine, sed plurimo sale & oleo abundat, quo fluida valde movet & noxia ad cutim pellit; fugienda idcirco in omni phlogosi membranacea.

## BIDENS.

TOURNEF. *Inst.* p. 462. *Tab.* 262.

Corollis variis & calyce erecto cum *Petasitide* convenit; differt vero semine nudo, varie dentato, & thalamo paleaceo.

1. **BIDENS** corollulis flosculosis, calycibus subfoliosis, feminibus erectis, foliis trifidis. LINN. *Spec. plant.* p. 831.

*Bidens corona seminum retrorsum aculeata, seminibus erectis.* LINN. H. Cliff. p. 399. Fl. Svec. 663. ROYEN. Lugdb. p. 157.

*Bidens foliis tripartito-divisis.* TOURNEF.

Inst. p. 462. BOERRH. Ind. I. p. 122. LINN.

Fl. Lapp. 294. HALL. Helv. p. 709. ZAN-

CHSELL. Ven. p. 38. BOEHM. Lipf. 187.

Habitat in paludosis ubique.

2. **BIDENS** corollis radiatis, foliis lanceolatis ferratis.

*Bidens foliis longe ellipticis, ferratis, indivisis.*

HALL. Helv. p. 710. BOEHM. Lipf. 188.

Habitat cum priore.

Involucrum magis reflexum, foliis diametri floris longitudine. Semiflosculi in radio, quibus subjacent foliolo lineata. Flosculi in disco.

## BUPHTHALMUM.

HALL. Helv. p. 711.

Calyx imbricatus. Flosculi in radio ligulati, feminei; in disco hermaphroditi. Semen absque dentibus. Thalamus paleaceus, convexus.

1. **BUPHTHALMUM** foliis lanceolatis subserratis vil-

losis, calycibus nudis. LINN. *H. Cliff.* p. 414.

*Spec. plant.* p. 904. ROYEN, *Lugdb.* p. 177. HALL.

*Helv.* p. 711.

*Chrysanthemum Asteris facie, foliis succisæ,*

HERMAN. *Lugdb.* p. 144.

Habitat in herbis siccioribus ad radices montium, nec non in sylvis.

Caulis teres, firmus, ramosus. Rami uniflori, foliosi. Folia sessilia. Paleæ aristatæ, apicibus denticulatis.

## ANTHEMIS.

LINN. *Gen. plant.* 870.

Calyx hemisphæricus, subæqualis. Semina nuda. Receptaculum paleaceum, conicum. Flos radiatus. LINN. *Syst. nat.*

1. **ANTHEMIS** foliis pinnato-decompositis: laciniis linearibus, caulibus diffusis, radice annua. ROYEN. *Lugdb.* p. 172.

*Anthemis receptaculis conicis: paleis setaceis, seminibus nudis.* LINN. *Fl. Svec.* 703. *Mat. Med.* 403. *Spec. plant.* p. 894.

*Chamæmelum foliis pene glabris, pinnis pinnatis, pinnulis latiusculis.* HALL. *Helv.* p. 717.

Habitat ad vias, & circa agros.

Caulis modice lanuginosus. Flos *Matricariæ nostræ secundæ*.

## ACHILLEA.

VAILLANT. *Act. Gall.* 1720.

Calyx ovatus, imbricatus: radio circiter quinquefloro. Semina nuda. Thalamus paleaceus, planus. Flos radiatus. LINN. *Syst. nat.* 794.

1. **ACHILLEA** foliis laciniatis multifidis tomentosis.

*Achillea foliis pinnatifidis planis obtusis tomentosis.* LINN. *Spec. plant.* p. 898.

*Achillea foliis sericeis, petiolo longo latefcente, sine lato semipinnato.* HALL. *Helv.* p. 713.

*Achillea foliis sinuato-laciniatis planis villosis, nitidis obtusis.* LINN. *H. Cliff.* p. 412. ROYEN. *Lugdb.* p. 176.

Habitat in Alpibus *Carniole superioris*.

Caules simplices, ancipites, tomentosi. Folia inæqualiter & profunde laciniata: laciniis tomentosis, obtusis, planis. Flores corymbosi. Calyx tomentosus. Semiflosculi limbus calycis longitudine. Flosculi pariter albi, sed staminibus & stylis flavis. Paleæ tomentosæ.

Vires Medicas eximias possidet in debilitate Ventriculi, acida acrimonia, mucosa colluvie, si sola, recens & in conservam redacta planta diu & sæpius adhibetur.



2. **ACHILLEA** foliis pinnatis glabris : pinnis laciniatis acutis linearibus.

*Achillea pinnis foliorum plurimis, longe æqualibus, pinnatis, pinnulis trifidis & quinquefidis.* HALL. Helv. p. 715.

*Achillea foliis bipinnatis nudis : laciniis linearibus dentatis.* LINN. H. Cliff. p. 413. Fl. Svec. 705. Mat. Med. 397. Spec. plant. p. 899. ROYEN. Lugdb. p. 175. DALIB. Paris. p. 273. BOEHN. Lipf. 240.

Carniol. *Arman.* vulgaris ubique.

Caulis striatus, lanuginosus. Flores albi, carnei, rubri, corymbosi. Calyx glaber; squamarum subvalium marginibus supra medium fuscis. Folia superne foveolis punctata. Floris feminei tubus, & inferior limbi facies glandulis sessilibus varisque adspersa.

Millefolium in renum vitiis specificam plane & mirabilem edit efficaciam, quando ejus infusum vel decoctum per longum tempus quotidie usurpatur. Vidimus hoc modo aliquos ab omni calculosa affectione, cui diutius obnoxii erant, prorsus liberatos. HOFFMAN. *Med. Rat. Syst.* Tom. 4. *Sect.* 2. *Cap.* 6. §. 4. licet Officinale cognatis suis ignavius. HALL. in *Orat. de Botan. utilit.*

## M A T R I C A R I A.

LUDWIG. *Defin. Gen.* 349.

Calyx hemisphæricus, imbricatus. Flores in ambitu feminei, ligulati; in disco hermaphroditi. Semen nudum, aut coronula terminatum. Thalamus nudus.

1. **MATRICARIA** foliis simplicibus amplexicaulibus, receptaculis convexis.

*Matricaria foliis imis petiolatis, ad caulem auritis & ferratis.* HALL. Helv. p. 719. BOEHM. Lipf. 229.

*Chrysanthemum foliis amplexicaulibus oblongis: superne ferratis, inferne dentatis.* LINN. H. Cliff. p. 416. Fl. Svec. 700. Mat. Med. 404. Spec. plant. p. 888. ROYEN. Lugdb. p. 174. DALIB. Paris. p. 261.

*Leucanthemum vulgare.* TOURNEF. Inst. p. 492. BOERRHAV. I. p. 107. PONTEDER. Dif. fert. p. 282. ZANICHELL. Ven. p. 161. Tab. 184. SEGUIER. Veron. 2. p. 222.

Habitat ubique in pratis.

Semiflosculi ad 20, oris crenulatis. Squamæ calycinæ ad 52. Flosculi ad 350. Semen plumbeum, angulis albis.

Bellis hæc major, ita dicta, non sola magnitudine sed viribus quoque medicis a minore diversa est. Olei enim crassioris copia abundat. GEOFFROY. *Mat. Med.* & decoctum piperatum præbet, longe acrior minore bellide.

2. **MATRICARIA** foliis supradecompositis setaceis, receptaculis oblongis.

*Matricaria receptaculis hemisphæricis, radiis patentibus, seminibus coronato-marginatis, squamis calycinis margine obsoletis.* LINN. Fl. Svec. 702. Mat. Med. 402. Spec. plant. p. 891. DALIB. Paris. p. 262. GMELIN. Sibir. 2. p. 200.

*Matricaria foliis pinnatis, pinnis latis, capilliter multifidis.* HALL. Helv. p. 718. BOEHM. Lipf. 231.

*Matricaria foliis supradecompositis setaceis, pedunculis solitariis.* LINN. H. Cliff. p. 415. ROYEN. Lugdb. p. 173.

Carniol. *Kamilza.*

Habitat

Habitat in ruderatis, & incultis, circa *Lok*, *Labacium* &c.

Chamomillam nostratam viribus medicis vix differre a Romana, cum aliena Virorum doctissimorum, tum nostra experimenta confirmant. Amara enim est utraque & antispasmodica; hinc in Colicis doloribus, Cardialgia & Vomitu, clysteris aut cataplasmatibus forma, vel in substantia, aut jusculis incocta prodest. Sed odoratum cum fœtido confundi non debet.

3. **MATRICARIA** foliis pinnatis: pinnis semipinnatis, laciniis dentatis, femine coronato denticulato. **BOEHM.** *Lips.* 230.

*Chrysanthemum foliis pinnatis inciso-ferratis, caule multifloro.* **ROYEN.** *Lugdb.* p. 174. **SAUVAG.** *Monsp.* p. 267. **LINN.** *Spec. plant.* p. 890.

*Parthenium, quod Matricaria Tanaceti foliis.* **MICHEL.** *Gen. plant.* p. 34.

*Matricaria Tanaceti folio, flore minori, femine umbilicato.* **TOURNEF.** *Inst.* p. 493. **SCHEUCHZ.** *It. I.* p. 43. **SEGUIER.** *Veron. 2.* p. 224.

Habitat in *M. Storschitsch.*

Caulis angulatus, glaber, cubitalis. Foliorum pinnæ subtus villosæ. Calyx tomentosus. Squamarum oris fuscis. Semiflosculi ad 20. bi- & tridentati. Germen & semen corona foliacea, glabra, integerrima terminatum.

## BELLIS.

**TOURNEF.** *Inst.* p. 490. *Tab.* 280.

Calyx duplici serie squamarum factus. Flores in radio feminei, ligulati; in disco hermaphroditi. Semen ovatum, compressum, nudum. Thalamus nudus.

1. **BELLIS** scapo nudo. **LINN.** *Spec. plant.* p. 886. unifloro. *H. Cliff.* p. 418. *H. Upsal.* p. 265. *FL*

*Svec.* 707. *Mat. Med.* 405. ROYEN. *Lugdb.* p. 177. HALL. *Helv.* p. 722. DALIB. *Paris.* p. 264. BOEHM. *Lips.* 226.

Carniol. *Marietizza.*

Habitat in herbidis pascuis.

Squamæ calycinæ usque 13. Semiflosculi 53; tubo viridi, subvillosa. Flosculi 133. Thalamus conicus. Seminis figura, quæ in cucurbitaceis. Mitis est, balsamica & vulneraria, in detergendis visceribus pure obsessis efficax, in thoracis tensione dolorifica post longas tusses superstita, perquam utilis, specifica vero ejus virtus habetur in hectica febre a frigido potu æstuantis corpori ingesto nata, maxime vero si caprillo lacti infusa fuerit.

## BELLIDASTRUM.

MICHEL. *Gen. plant.* p. 32.

Facies & calyx *Bellidis*, sed femina pappo coronata simplici. Tab. 29. A. Differt ab *Ajere* calycinis squamis duorum ordinum; apicibus minime reflexis & thalamo convexo; a *Doronicis* vero seminibus omnibus pappo instructis.

### I. BELLIDASTRUM.

*Bellidastrum foliis hirsutis & obtusifloribus.* HALL. *Helv.* p. 723.

*Aster caule nudo, unifloro.* HALL. *Opusc. bot.* p. 176.

*Doronicum caule nudo simplicissimo unifloro.* LINN. H. Cliff. p. 580. *Spec. plant.* 886. ROYEN. *Lugdb.* p. 160.

*Bellidastrum alpinum primum & secundum.* MICHEL. loc. cit.

Habitat circa rupes vicinis aquis madidas, frigidis umbrosisque in locis.

Folia

Folia radicalia, crenata, oblonga, plus & minus obtusa & villosa. Scapus subruber. Calycinæ squamæ ad 18, lineares & æquales. Styli papillis obtusis hirti.

## ARNICA.

HALL. *Helv.* p. 736.

Seminibus omnibus papposis convenit cum *Belidastro* aliisque; differt vero calyce in unicum ordinem squamarum erectarum ad basim usque dissecto.

I. ARNICA foliis ovatis, integris, conjugatis. HALL. *Helv.* p. 737.

*Arnica foliis ovatis integris, caulinis germinis oppositis.* LINN. *Spec. plant.* 884.

*Doronicum foliis caulinis oppositis.* LINN. *Fl. Svec.* 684. *Mat. Med.* 395. GMELIN. *Sibir.* 2. p. 153.

Habitat in montibus herbidis circa *Idriam* abunde.

Caulis teres, triflorus; terminali flore majore. Calyx cylindræus. Semiflosculi faux quælibet tribus setis ornata, limbus tridentatus: medio dente majore. Flosculorum tubi villosi; segmenta inferne villosa, superne papillaria. Germina villosa. Semina nigricantia, villosa, pappis florum femineorum brevioribus rarioribusque. Thalamus alveolata; marginibus alveolorum pilosis. Post lapsum aut contusionem ad resolvendos humores extra vasa effusos specificam prorsus vim exercet. Eam plus centies sum expertus, postquam sequens mihi casus occurrit. An. 1754. cum patrias Tyrolensium alpes in Valle Flemmarum cum Chirurgo peragrarem, labitur ille inter dejectos arborum truncos, sibi que tibiam contulit adeo, ut in vicinum tugurium ægerrime reperit. Nulla tunc erat ad manus pharmaca: hinc Arnicæ folia trita unice apposui, eo effectu, ut dolore & tu-

more penitus inde sedato, iter in alias alpes, sequenti die profequi licuerit.

## DORONICUM.

HALL. *Helv.* p. 738.

Calycinæ squamæ duorum ordinum. Semina in radio nuda, in disco papposa.

I. DORONICUM foliis auriculatis subdentatis: dentibus glandulosis, caule fulcato.

Habitat circa *Idriam*, in sylvis, circa *Voiska*, & alibi in *Carniola* frequens.

Radix crassa, nodosa, perennis. Caulis bipedalis, fulcatus, villosus, ramosus. Folia ima cordata, subhirsuta, petiolata, obiter dentata: denticulis glandulosis, ex auriculis dentatis & amplexicaulibus orta; superiora oblonga, sessilia, cum auriculis confluentia; suprema lingulata. Rami multiflori. Flores flavi. Calyx fit squamis æqualibus, patulis, leniter reflexis, basi crassioribus, duorum ordinum, 24. 26. Semiflosculi integerrimi & bifidi, lineis virentibus inferne picti, calyce duplo longiores. Flosculi campanulati. Germina sub semiflosculis ad lentem quoque vitream, nudi; sub flosculis pappo instructa, & subvillosa. Semen striatum, infra semiflosculos glabrum; infra flosculos villosum, cæruleum, apice dilatatum & albo umbilico præditum. Thalamus convexus, pilosus.

## SOLIDAGO.

LINN. *Gen. plant.* 359.

Calyx imbricatus; squamis conniventibus, rectis. Flores in radio feminei, ligulati, pauci; in disco hermaphroditi. Semen pappo simplici coronatum. Thalamus nudus.

1. **SOLIDAGO** caule paniculato, foliis ovato-lanceolatis ferratis.

*Solidago caule subflexuoso angulato, racemis paniculatis erectis confertis.* LINN. Spec. plant. p. 880.

*Solidago caule erecto, racemis alternis erectis.* LINN. H. Cliff. p. 409. Fl. Svec. 685. Mat. Med. 393. ROYEN. Lugdb. p. 161. HALL. Helv. p. 729. DALIB. Paris. 256. GMELIN. Sibir. 2. p. 254. BOEHM. Lips. 236.

Habitat in sylvis.

Caulis subangulatus. Folia lanceolata. Racemi laterales, foliosi, folio breviores. Semiflosculi tridentati quinque. Flosculi ad decem.

Virgæ aureæ vires vulnerariæ & balsamicæ in internis ulceribus insigni Cl. LISCHWIZY de virg. cur. §. 47. exemplo confirmatæ fuerunt. Sed etiam calculo laborantibus non raro profuit, si CÆSALPINO, GOTTSCHEDIO GHERLIO, aliisque fides adhibenda est; quamobrem non mirum in lentis etiam putridisque pectoris morbis laudari a BOERRHAVIO, HOFFMANNO SOLENANDRO, WEDELIO, NENTERO, infusi, decocti, aut sicca forma assumpta. Ego non solum in morbis iisdem, sed etiam in vulneribus quibuscumque Virgæ aureæ decocto utiliter usus sum sæpius, eo effectu, ut citius certe curam absolverim, aut vitam in lethalibus vitiis diutius protraxerim.

## SENECIO.

LINN. Gen. plant. 857.

Calyx cylindricus, factus squamis erectis, æqualibus, unius ordinis; quibus minores ab basim adfident. Flores nunc omnes hermaphroditi, nunc in radio feminei & ligulati. Seminis pappus simplex. Thalamus nudus. Addit LINNÆVS squamarum calycinarum

narum apices emortuos, HALLERVS flores umbel-  
latos. LUDWIGIVS mavult ex Jacobæis. TOURNE-  
FORTII *Doriæ* genus constitui, quam compositas tu-  
bulofas cum mixtis fluctuare; fed Natura non con-  
fentit.

1. SENECIO floribus hermaphroditis, foliis amplexicaulibus pinnato-finuatis.

*Senecio corollis nudis, foliis pinnato-finuatis amplexicaulibus, floribus fparfis.* ROYEN. Lugdb. p. 165. HALL. Helv. p. 733. LINN. Fl. Svec. 690. Spec. plant. p. 867. DALIB. Paris. p. 257. BOEHM. Lipf. 170.

*Senecio foliis pinnatifidis denticulatis, laciniis æqualibus patentiffimis: rachi lineari.* LINN. H. Cliff. p. 406.

Habitat in hortis, & ad vias.

Squamæ calycinæ ad 20. Flosculi ad 60. Thalamus verrucosus, leniter concavus.

2. SENECIO floribus radiatis corymbosis, foliis sessilibus lanceolatis serratis.

*Senecio corollis radiantibus, floribus corymbosis, foliis lanceolatis serratis glabriusculis.* LINN. H. Upsal. p. 266. Spec. plant. p. 871.

*Senecio foliis longe ellipticis, acute serratis, floribus umbellatis.* HALL. Helv. p. 734.

*Senecio foliis lanceolatis serratis, floribus pedunculis æquantibus.* LINN. Virid. Cliff. p. 84. ROYEN. Lugdb. p. 163.

*Jacobæa alpina, foliis longioribus, serratis.* TOURNEF. Inst. p. 485. PONTED. Diff. p. 235. SEGUIER. Veron. 2. p. 216.

Habitat cum *Solidagine*.

Squamæ calycinæ 10, semiflosculorum limbis breviores, minoribus acutæ. Semiflosculi 5, reflexi, tridentati. Flosculi ad 15.



3. **SENECIO** floribus radiatis corymbosis foliis imis subovatis decurrentibus petiolatis crenatis.

*Senecio foliis lingulatis, tomentosis, simplicissimis.* HALL. Helv. p. 736.

Habitat in sylvis circa *Idiam*.

Folia caulina sessilia, semiamplexicaulia. Pedunculi simplices. Squamæ calycinæ ad 24, apicibus rubris, oris villosis. Semiflosculi lineares, tridentati, calyce duplo longiores, squamarum numerum raro excedentibus. Flosculi ad 70. Receptaculum verrucosum, hemisphæricum.

4. **SENECIO** floribus radiatis corymbosis, foliis pinnatifidis: pinnis laciniatis.

*Senecio foliis pinnatifidis, laciniis lacinulatis, floribus radiatis.* BOEHM. Lips. 172.

*Senecio foliis pinnatis, pinnis multiformibus, dentatis, floribus umbellatis.* HALL. Helv. p. 731.

*Senecio corollis radiantibus, foliis pinnatolyratis: laciniis lacinulatis, caule erecto.* LINN. H. Cliff p. 406. Fl. Svec. 688. Spec. plant. p. 870. ROYEN Lugdb. 174. DALIB. Paris. p. 257.

Habitat ad vias, in arenosis, & circa torrentes.

Squamæ calycinæ ad 15, angulatæ, apicibus atris. Semiflosculi eodem numero, limbo calycis longitudine. Flosculi 45-55.

5. **SENECIO** floribus radiatis corymbosis, foliis imis petiolatis ovatis crenatis, superioribus pinnatifidis.

Habitat in prætis circa *Planina*.

Facies Jacobææ vulg. sed radix tuberosa; caulis teres; folia prædicta, caulina unicum aut bina paria pinnularum exiguarum, simplicium, linearium, emitentia, terminali pinna majore, ovata & crenata; Squamæ calycinæ crasso dorso & integro; Semiflosculi 10-14: dente medio minore. Flosculi saturatiore.

**ASTER.**

## ASTER.

Calyx imbricatus; squamarum apicibus reflexis  
 TOURNEF. *Inst. Tab.* 274. H. Flores in radio feminei,  
 ligulati; in disco hermaphroditi. Antheræ sine fetis.  
 Semen pappo ornatum simplici. Thalamus nudus,  
 planiusculus.

1. ASTER foliis rigidis semiamplexicaulibus lanceo-  
 latis hispidis, caule tereti villoso.

Habitat in apricis asperisque locis.

Caulis teres, erectus, villosus. Folia rigida, me-  
 morata. Calycinæ squamæ lanceolatæ. ciliatæ, longæ,  
 patulæ. Flos flavus, major quam in *Conyza vulg.*  
 Semiflosculi tridentati. Flosculi saturatiores. Semen  
 striatum, anulo tumido affixum thalamo convexo &  
 nudo; pappo simplici, sessili, ruffo.

Varietates porro hæ sunt.

(a) *Aster* foliis rigidis semiamplexicaulibus lanceola-  
 tis hispidis, caule tereti villoso unifloro.

*Aster foliis lanceolatis sessilibus integerrimis,  
 caulibus simplicibus unifloris, squamis calycinis subu-  
 latis.* DALIB. Paris. p. 259.

Habitat in M. *Anas*, inter saxa.

Caulis spithamam longus. Folia latiora, ferrata  
 quandoque & integerrima.

(b) *Aster* foliis rigidis semiamplexicaulibus lanceola-  
 tis hispidis, caule terete villoso subunifloro.

*Inula foliis lanceolatis semiamplexicaulibus hi-  
 spidis, caulibus subunifloris teretibus.* LINN. Spec.  
 plant. p. 883.

Habitat circa *Idriam auf den Rosenberg.*

Caulis pedalis uni-bi-& triflorus. Folia ferrulata,  
 utrinque villosa. Flores corymbosi.

(c) *Aster* foliis rigidis semiamplexicaulibus hispidis,  
 caule terete villoso multifloro.

*Aster*

*Aster foliis ovato-lanceolatis, serratis, subtus incanis, floribus luteis.* HALL. Helv. p. 727.

Habitat ad montium radices.

Caulis Varietatis (b), & folia eadem, sed reflexa, minusque rigida quam in Variet. (a) Flores perpetuo plures, corymbosi.

2. ASTER foliis semiamplexicaulibus crispis, ramis multifloris caulem excedentibus.

*Aster foliis semiamplexicaulibus oblongis, caule paniculato hirsuto, floribus latis, squamis calycinis setaceis.* LINN. Fl. Svec. 694. DALIB. Paris. p. 260. GMELIN. Sibir. 2. p. 180.

*Inula foliis oblongis.* LINN. Amœnit. Acad. 1. p. 410. Spec. plant. p. 882. SAUVAG. Monsp. p. 85.

*Aster foliis amplexicaulibus crispis, subtus incanis, luteo flore radiato.* HALL. Helv. p. 726. BOEHM. Lips. 726.

Habitat in udis, & circa fossas.

Setas antherarum in hac stirpe nondum vidi, posui ergo inter *Asteres*, quibus accedit calyce pappo feminis, aliisque notis.

3. ASTER foliis semiamplexicaulibus lanceolatis scabris, squamis calycinis obtusis.

*Aster foliis lanceolatis obtusis scabris trinerviis integris, pedunculis nudiusculis corymbosis, squamis calycinis obtusis.* LINN. Spec. plant. p. 873.

*Aster foliis scabris, ellipticis, integris, floribus in summo caule umbellatis, cœruleis.* HALL. Helv. p. 726.

*Aster foliis lanceolatis scabris semiamplexicaulibus subserratis, calycibus laxis: squamis lanceolatis.* LINN. H. Cliff. p. 407. ROYEN. Lugdb. p. 168. GMELIN. Sibir. 2. p. 185.

Habitat circa *Bekerische*, & alibi in herbidis elatioribus pascuis.

Caulis

Caulis teres. Folia erectiuscula, obtusa. Flores cærulei, corymbosi. Squamæ calycinæ obtusæ, breves.

4. *ASTER* foliis amplexicaulibus lanceolatis reflexis glabris, caule striato.

*Inula foliis lanceolatis recurvis serrato-ciliatis, floribus solitariis, ramis angulatis.* LINN. *Amoen. acad.* 1. p. 410. *Spec. plant.* p. 882.

*Aster foliis lanceolatis amplexicaulibus serrato-ciliatis glabris acuminatis recurvis, floribus solitariis, caule striato.* LINN. *Fl. Svec.* 696. *DALIB. Paris* p. 259.

*Aster foliis ovatis, tenerrime crenatis, nitidis, utrinque glabris.* HALL. *Helv.* p. 728. ita censet BOEHM. *Lips.* 233. cum tamen *Aster octavus* HALL. falicino propius accedat.

Habitat in asperis herbidisque circa *Idriam*, infra furnum tegulinum, prope aquæductus.

Caulis bipedalis & longior, striatus, glaber, apice ramosus. Rami uniflori, subcorymbosi. Folia rigidiuscula, falicina, glabra, oris serrato-ciliatis. Flores flavi. Calyx glaber, cylindricus, æque latus ac longus. Semiflosculi tridentati, lineares, multi ut in *Conyza media*.

## INULA.

LINN. *Gen. plant.* 860.

Antheris pone in fetas decem desinentibus, non modo ab *Astere*, sed ab omnibus adhuc cognitis differt. LINN. *Amoen. acad. nov. Gen.*

1. *INULA* foliis ovatis rugosis: subtus tomentosis, calycum squamis ovatis. LINN. *Amoenit. academ.* 1. p. 410. *Mat. Med.* 392. *Spec. plant.* p. 881.

*Aster foliis amplexicaulibus ex ovatis acuminatis, ora serrata, flore amplissimo luteo.* HALL. Helv. p. 727.

*Aster foliis ovatis rugosis amplexicaulibus: subtus tomentosus, calycum squamis ovatis patulis.* LINN. H. Cliff. p. 407. Fl. Svec. 695. ROYEN. Lugdb. p. 166. DALIÉ. Paris. p. 260.

*Aster omnium maximus, Helenium dictus.* TOURNEF. Inst. p. 483. PONTED. Diff. p. 225. SEGUIER. Veron. 2. p. 210.

Carniol. *Toussi Korin. Velke Koren.*

Habitat prope domus Rusticorum, antiquissimo incolatus jure donata.

Squamarum calycinarum margines prope basim purpurascens.

Radix amara & aromatica, oleo resinoso dives, acido spontaneo primarum viarum resistit valide, putredinem verminosam destruit, segnius fluentes ex vaforum inertia menses incitat. Sed princeps ejus usus est ad roboranda organa respirationis, ab tussi diuturna, catharrho, purulenta aut serosa colluvie debilitata. Nocet autem in asthma spasmodico, hemophysi, pleuritide, peripneumonia vera, ubi caloris augmentum quodlibet periculosum est.

## ERIGERON.

LINN. *Gen. plant.* 855.

Calycinæ squamæ imbricatæ, erectæ, lineares. Flores in radio feminei, ligulati, lineares; in disco androgyni. Semen pappo donatum simplici. Thalamus nudus. Summa ergo cum *Astere* similitudo.

I. ERIGERON caule unifloro, calyce piloso, foliis sessilibus lanceolatis.

Habitat in M. *Anas.*

Differt ab *Erigerone uniflora* LINNÆI, & a *Conyza cærulea alpina majore* BAUHINI. Caule simplicissimo. Foliis omnibus sessilibus, lanceolatis, oris & dorso villosis. Semiflosculis bifidis, plurimis, cæruleo-rubris. Disco luteo; conjuncturo tamen minime repugnarem.

2. ERIGERON pedunculis lateralibus alternis unifloris.

*Erigeron pedunculis alternis unifloris.* LINN. H. Cliff. p. 407. Fl. Svec. 691. Spec. plant. p. 863. ROYEN. Lugdb. p. 165.

*Erigeron floribus ex ala foliorum prodeuntibus, flosculis femineis multis, imperfectis.* HALL. Helv. p. 724.

*Conyzoides.* DILLEN. Giff. p. 154.

*Aster arvensis, cæruleus, acris.* TOURNEF. Inst. p. 481. KRAMER. Meth. p. 81. 82. ZANICHELL. Ven. p. 27. Tab. 10. SEGUIER. Veron. 2. p. 208. Habitat supra muros.

Caulis angulatus, ruber, simplex. Folia sessilia, lanceolata. Pedunculi longi. Calyx fere cylindricus. Semiflosculi carnei. Flosculi ochroleuci. Pappus densus, præcox. Thalamus plano-convexus, foveolis sphaericis insculptus.

3. ERIGERON racemis lateralibus, foliis imis lanceolatis dentatis: superioribus linearibus ciliatis.

*Conyza floribus ex alis foliorum paniculatis.* BOEHM. Lips. 184.

*Erigeron floribus ex alis foliorum in spicas congestis, flosculis femineis omnibus lingulatis.* HALL. Helv. p. 725.

*Erigeron caule floribusque paniculatis.* LINN. H. Cliff. p. 407. H. Upsal. p. 258. Spec. plant. p. 863. Habitat in hortis, & cultis.

Caulis striatus, ramosus, paniculatus. Semiflosculi albi. Flosculi flavi. Semen hirsutum. Thalamus convexus, alveolatus.

E Canada in Europam venit.

C. *Semiflosculosæ.*

TOURNEF. *Inst. Class.* 13. METH. NOSTRÆ.

*Class.* 7.

Calyx communis continet non alios flores, quam eos, quæ flosculis circumpositi *Radiatos* efficiunt, nempe ad basim fistulosi, dein explanati in ligulæ formam, apice perpetuo dentatam, quæ angulum plus minus acutum cum tubo facit, e quo staminifera cylindrus oritur cum stylo filiformi, apice bifido: laciniis revolutis. TOURNEF. *Tab.* 251. C. ad M.

## LEONTODON.

Calyx imbricatus. Semen pappo stipitato simplici instructum. Thalamus nudus.

1. LEONTODON calyce inferne reflexo. LINN. *Fl. Lapp.* 280. *H. Cliff.* p. 386. *Fl. Svec.* 627. *Mat. Medic.* 368. *Spec. plant.* p. 798. ROYEN. *Lugdib.* p. 122. DALIB. *Paris.* p. 240. GMELIN. *Sibir.* 2. p. 14.

*Taraxacum pinnis foliorum triangularibus.*

HALL. *Helv.* p. 739. BOEHM. *Lips.* 218.

*Carniol. Reprat.*

Habitat ubique in pratis.

Receptaculum planiusculum, foveis orbicularibus insculptum, quarum centrum elevatum est, interstitia vero rugosa.

Vix alia est planta qua minus errare queant Medici stirpium ignari. Convenit enim in morbis diuturnis quos lenta coagula aut viscidus vasa obstruens humor intulit, Ictero videlicet, Febris diuturnis periodicis, & viscerum abdominalium obstructionibus; sed convenit etiam in acutis ipsaque pleuritide, dum æstum febrilem temperat & inflammatoriam humorum densitatem leniter & absque stimulo corri-

git. Salibus equidem acidis radix & folia abundant, sed cum oleo fluidiore, artificio Naturæ, in saponem ita conjunctis, ut fluidorum circulationem augere non possint. Neque alia ratio est, quare homines nostri, dum Taraxaci foliis, verno tempore, in acetariis utuntur, longe firmiore gaudeant valetudine. Vires autem in lacte præcipue latent, amari saporis, quod lesa planta abunde stillat, in sicca vero evanescit.

## HIERACIUM.

LINN. *Gen. plant.* 818.

Calyx imbricatus. Seminis pappus simplex & sessilis. Thalamus nudus.

1. **HIERACIUM** scapo unifloro, foliis ovatis integris, stolone repente.

*Hieracium foliis integerrimis ovatis, caule repente, scapo unifloro.* LINN. *H. Cliff.* p. 388. *Fl. Svec.* 633. *Mat. Med.* 369. *Spec. plant.* p. 800. ROYEN. *Lugdb.* p. 122. HALL. *Helv.* p. 742. BOEHM. *Lips.* 211.

*Dens Leonis, qui Pilosella Officinarum.* TOURNEF. *Inst.* p. 469. BOERHAV. *ind.* 1. p. 89. FONTED. *Diff.* p. 87, SEGUIER. *Veron.* 2. p. 189.

Habitat passim in apricis herbidisque locis.

Lente vitrea non multum augente vidi villos in calyce & scapo pyramidales, capitulo flavo terminatos; Semiflosculi cujusque basim lanuginosam; Stylum lateraliter denticulatum; Thalamum divisum in areas tetra- & pentagonas: angulis exiguas veluti paleas educentibus, centro elevato sustinente semen sulcatum, nigrum, pappi radiis denticulatis.

Siccior est reliqua gente lactescentium, & magis adstringens. HALL. *l. c.* Recentibus & in conservæ formam reductis foliis sub finem Dysenteriæ utiliter utor.



utor. Decoctum scabie scedatos artus sensim mundat, si eo abluti fuerint. Sanare Hernias puerorum ego nondum sum expertus, etsi credam prodesse posse.

2. **HIERACIUM** scapo unifloro nudo, foliis lanceolatis integris, stolone repente.

Habitat in paludosis sterilibus, non rarum.

Synonyma non invenio. Planta est semipede brevior; Scapo sæpius unifloro; Foliis mollibus, villosis, lanceolatis: marginibus rubris. Calyce nigris pilis adsperso.

3. **HIERACIUM** scapo unifloro folioso, foliis linguatis mollibus, calyce piloso.

*Hieracium foliis oblongis integris dentatis, caule subnudo unifloro, calyce piloso.* LINN. Spec. plant. p. 800.

*Hieracium caule unifloro, calyce & ellipticis foliis longo villo barbatis.* HALL. Helv. p. 744.

*Hieracium caule unifloro, calyce villoso.* LINN. Fl. Lapp. 282. Fl. Svec. 632.

*Hieracium alpinum, pilosum, angustis longioribus foliis, flore pallente.* TIT. It. in alp.

*Hieracium alpinum, angustifolium, villosum.* SCHEUCHZ. It. IV. p. 336.

*Dens Leonis alpinus minimus, Pilosellofolio.* TOURNEF. Inst. p. 469?

Habitat in summo vertice M. *Storfschitz*.

Folia in herbido loco glabra, ciliata, in rupestri ubique villosa sunt. Calycinæ squamæ lanceolato-lineares, hirsutissimæ. Flos sulphureus, unicus.

4. **HIERACIUM** scapo bifloro, foliis pinnatifidis: pinnis linearibus.

Reperi in M. *Anas*.

Scapus fere cubitalis, teres. Calyx tomentosus. Flos sulphureus.

5. *HIERACIUM* scapo multifloro nudo, foliis lanceolatis denticulatis hispida: apice dilatatis obtusis.

Habitat in *Montis Planinæ* septentrionali dorso, abunde.

Caulis pedalis, teres, nudus, glaber. Folia e radice tria plerumque, terræ incumbentia, biuncialia, plana, in petiolum decurrentia, vix unciam lata, exiguis dentibus notata, & crassiuscula. Flores in summo caule plures, albo-rubri semiunciali diametro; pedunculis tomentosis, erectis, uni- & bifloris. Calyx glaberrimus, virens, squamis usque 12. linearibus, decem vero minoribus ad basim, factus. Antheræ carnei coloris; flavo polline. Flosculi quinque-dentati.

6. *HIERACIUM* scapo multifloro subnudo, foliis oblongis dentatis asperis.

Reperi in rupibus circa *Pellant*, Majo M.

Caulis pedalis, teres, unifolius aut nudus, paniculatus. Folia congesta, crassa, brevis pilis aspera. Calycinæ squamæ lineares, glabræ, 10. majores, sex vero minores. Flores albo-rubri. Thalamus villosus. An degener varietas prioris?

7. *HIERACIUM* scapo multifloro subnudo, foliis ovatis dentatis.

*Hieracium foliis ad terram pilosis, acute dentatis, caule brachiato, pene nudo.* HALL. Helv. p. 745.

*Hieracium caule ramoso, foliis radicalibus ovato-dentatis: caulino minore.* LINN. H. Cliff. p. 388. Fl. Svec. 637. Spec. plant. p. 802. ROYEN. Lugdb. p. 123. DALIB. Paris. p. 237. CMELIN. Sibir. 2. p. 25.

Habitat circa rupes & muros, passim.

Varietas una est foliis superne glabris, scapo nudo, calyce tomentoso, pauciflora, altera scapo altiore, ramo-

ramosiore, superne hirsutis, calyce glabro, floribus minoribus

8. **HIERACIUM** caule multifloro subnudo, foliis lanceolatis, stolone repente.

*Hieracium foliis integris ovato-oblongis, stolonibus repentibus, scapo nudo multifloro.* LINN. Fl. Svec. 634. Spec. plant. p. 800. DALIB. Paris. p. 237. SAUVAG. Monsp. p. 14.

*Hieracium foliis virentibus, pilosis, ovato-lanceolatis, scapo simplici multifloro.* HALL. Helv. p. 743.

*Hieracium pilosella folio erectum, majus.* ZANNICHELL. Ven. p. 139. Icon. 150. sine stolonibus.

*Dens Leonis, qui Pilosella folio minus villosa.* TOURNEF. Inst. p. 469.

Habitat in pratis siccioribus.

Scapus cubitalis. Flores in ejus apice congesti; pedunculis ramosis. Squamæ calycinæ ad 20.

9. **HIERACIUM** caule multifloro folioso, foliis amplexicaulibus lanceolatis dentatis glabris.

*Hieracium caule paniculato, foliis amplexicaulibus dentatis glabris, calycibus hispidis.* LINN. Fl. Lapp. 285. Fl. Svec. 638. Spec. plant. p. 803.

*Hieracium foliis amplexicaulibus, minute dentatis, glabris.* HALL. Helv. p. 748.

Habitat in Carniolæ paludosis, sylvestribus.

Scapus glaber, angulatus. Folia sinuato-dentata, utrinque glabra; caulina sessilia, hamis amplexicaulibus. Pedunculi nudi, multiflori, glabri. Calyx nigris, capitatis, longis pilis pubescens.

10. **HIERACIUM** caule multifloro folioso, foliis lanceolatis dentatis: dentibus glandulosis.

*Hieracium caule alto multifolio & multifloro, foliis firmis angustis, plerumque dentatis.* HALL. Helv. p. 748?

An potius *Hieracium caule multifloro, foliis lyratis glabris, calycibus pedunculisque hispidis.* LINN. Spec. plant. p. 803.? neutrum horum exacte convenit.

Habitat in sabulosis & siccissimis locis; Augusto M. florens, sub finem.

Caulis bi- & tripedalis, teres, lanuginosus, firmus. paniculatus. Folia subtus hirsuta, sessilia, laxe dentata; dentibus glandula terminatis, marginibus rubris, magno nervo. Pedunculi squamosi, lanuginosi, multiflori, erecti. Calyx villosus, fusco-virens; squamis planiusculis. Flores ampli & flavi. Semina violacea. Pappo simplex, femine triplo longior.

## SONCHUS.

TOURNEF. *Inst.* p. 474. *Tab.* 268.

Calyx imbricatis squamis, ex lata basi, quæ placenta est, in conum convergentibus. HALL. *Helv.* p. 752. Semen pappo sessili, simplici. Thalamus nudus. Ergo sola fere figura calycis ab *Hieracio* diversus.

I. SONCHUS pedunculis subumbellatis nudis, calycibus glabris.

*Sonchus pedunculis tomentosus, calycibus glabris.* LINN. Fl. Svec. 643. Spec. plant. p. 794. DALIB. Paris p. 243.

*Sonchus caule ramosissimo diffuso, foliis summis amplexicaulibus, pedunculis inæqualibus.* ROYEN. Lugdb. p. 129.

*Sonchus annuus ramosus diffusus, foliis laciniatis.* LINN. Fl. Lapp. 289. H. Cliff. p. 384. Habitat in cultis.

Radix

Radix annua. Caulis bipedalis, fistulosus. Folia oblonga, amplexicaulia. Pedunculi inæquales, fere umbellati. Calyx glaber.

Varietates autem sunt.

(a) *Sonchus levibus & teneris*, calycibus glabris.

HALL. Helv. p. 753. BOEHM. Lipf. 216.

(\*) *Pedunculis glabris*.

Folia glauca, mollia, semipinnata: pinnis acutis, latis; extrema majore. Calyces glabri.

(\*\*) *Pedunculis glandulosis*.

Caulis Varietatis asperæ secundæ. Foliorum vaginæ amplexicaules minores. Pedunculi glandulosi in apice caulis, & pedunculis florum. Calyx glaberimus, basi albo tomento obductus.

(b) *Sonchus foliis rigidiusculis*. HALL. Helv. p. 752.

(\*) *Calycibus aculeatis: aculeis glandulosis*.

Caulis glaber, virens, unico angulo a nervo folii decurrente notatus. Caulis apex & pedunculi vilis virentibus, & capitulo rubro terminatis, adspersi. Squamæ aculeis inermibus capitatis hirtæ.

(\*\*) *Calycibus aculeatis minime glandulosis*.

Caulis subruber, glaber, splendidior, angulatus; pluribus angulis. Folia longiora, rigidiora, durioribus spinis armata. Pedunculi glabri.

(\*\*\*) *Calycibus glabris*.

Caulis Varietatis prioris. Folia molliora, latiora, dentibus inermibus. Pedunculi sine glandulis. Calyx sine tomento.

## PRENANTHES.

LINN. Gen. plant. 816.

Calyx cylindricus fit squamis quinque æqualibus, cui ad basim minores adfident. Flores pauci. Seminis pappus simplex. Thalamus nudus.

1. **PRENANTHES** flosculis quinis, foliis lanceolatis denticulatis. LINN. *H. Cliff.* p. 383. *Spec. plant.* p. 797. ROYEN. *Lugdb.* p. 120. HALL. *Helv.* p. 754.

*Chondrilla Sonchi folio, flore purpurascente major.* TOURNEF. *Inst.* p. 475. SEGUIER. *Veron.* 2. p. 200.

Habitat in sylvis & circa aquæductus Idrienses.

Caulis quatuor etiam pedes altus, supra medium ramosus. Folia basi angusta amplexicaule, sine ovato dentato; suprema integerrima lanceolata. Racemi ex alis foliorum rameorum, sparsi, dichotomi. Flosculi rubri. Pappus sessilis.

2. **PRENANTHES** flosculis quinis, foliis lyrato-hastatis. LINN. *H. Cliff.* p. 383. *Fl. Svec.* 645. *Spec. plant.* p. 797. ROYEN. *Lugdb.* p. 120. HALL. *Helv.* p. 755. DALIB. *Paris.* p. 235.

Habitat in asperioribus sylvis.

Folia pinnatifida; sine latiore dentato-triquetro. Panicula terminalis, diffusa. Calycinæ squamæ minores quatuor. Flores flavi, minores. Pappus stipitatus.

## LACTUCA.

LINN. *Gen. plant.* 814.

Calyx imbricatus, squamis plurimus. Semen utrinque acutum; pappo stipitato, simplici. Thalamus nudus.

1. **LACTUCA** foliis linearibus dentato-pinnatis, laciniis sursum dentatis. LINN. *H. Cliff.* p. 384. *Spec. plant.* p. 796. ROYEN. *Lugdb.* p. 121. DALIB. *Paris.* p. 236.

*Lactuca foliis glaucis, non spinosis, pinnatis, pinnis longis sæpe dentatis.* HALL. *Helv.* p. 756.  
Habitat in M. Anas.

PICRIS.

## PICRIS.

LINN. *Gen. plant.* 812.

Calyx imbricatus. Pappus plumosus, sessilis. Semen transversim fulcatum. Receptaculum nudum.

1. PICRIS foliis lanceolatis dentatis hispida, calycibus subrotundis: squamis lineari-lanceolatis patulis.

Habitat in pratis circa *Idriam*, non rara.

Caulis tripedalis, striatus, asper, supra medium ramosus. Folia aspera, lanceolata, sinuato-dentata. Pedunculi laterales, 3-4. flori; terminales subumbellati, ramosi: pedunculis propriis squamosis, flore brevioribus. Calyx subrotundus, atro-virens; aculeis mollibus, paucis asper. Flosculi inferne rubri. Semen obscure rubrum, oblongum, transversim fulcatum; pappo plumoso, sessili coronatum. Thalamus nudus, subvillosus.

Arbitror esse varietatem *Cichorei pratensis lutei*.

BAUHIN. *Pin.* 126. cum faciem gerat *Cichorei lutei*.

TABERNEMONT.

## SCORZONERA.

TOURNEF. *Inst.* p. 476. *Tab.* 269.

Differt a Picride semine striato, an fatis? TOURNEFORTIVS addit semini involucri G. pappum vero simplicem F. non bene pinxit.

1. SCORZONERA caule nudo unifloro, foliis radicato-sinuatis.

*Leontodon calycibus erectis, pedunculis squamosis, foliis glabris dentatis integris.* LINN. *Fl. Svec.* 629. *Spec. plant.* p. 798.

*Scorzonera foliis semipinnatis, caule pene nudo, pappo sessili.* HALL. *Helv.* p. 758.

*Crepis foliis longis dentatis linearibus, caule declinato.* LINN. H. Cliff. p. 386.

Habitat in herbidis passim.

Facies & folia *Taraxaci vulgaris* angustiora, glabra, minus profunde sinuata. Scapus striatus, modo cum calyce villosus, modo glaber, squamosus. Calyx erectus. Pappus plumosus, sessilis.

2. SCORZONERA caule ramoso, foliis linearibus acuminatis carinatis, calycibus acutis. GMELIN. Sibir. 2. p. 4.

*Scorzonera foliis lineari-ensiformibus integris carinatis.* LINN. Spec. plant. p. 791.

Habitat in M. Anas.

Folia angusta *Tragopogonis vulg.* Caulis ramosus, pedalis, striatus. Calycinae squamæ triquetrae, acutæ, usque 18, dorsis tomentosis. Semen striatum, supra medium scabrum; pappo plumoso.

## TRAGOPOGON.

TOURNEF. *Inst.* p. 477. *Tab.* 270.

Calyx monophyllus; segmentis acutis, longis. Semen angulatum, scabrum, utrinque attenuatum. Pappus stipitatus, plumosus. Thalamus nudus.

1. TRAGOPOGON calycibus corollæ radium æquantibus, foliis strictis integris.

*Tragopogon calycibus florem superantibus.* LINN. H. Cliff. p. 382. Fl. Svec. 648. Mat. Med. 372. ROYEN. Lugdb. p. 119. DALIB. Paris. p. 242. sed raro superant.

*Tragopogon foliis carinatis, amplexicaulibus, gramineis, flore luteo.* HALL. Helv. p. 758. BOEHM. Lips. 205.

Habitat in pratis passim.

Lac album, demum flavescens. Radii in pappo ita implexi ut aranæ telam inter ramos arborum fabricatam referant.



*Tragopogon Scorzoneræ* non flore tantum sed etiam viribus Medicis proxime accedit; lacte nempe abiterfivo & saponaceo turget, quo materies in loco tenax, mobilis & meabilis redditur si contusæ, non vero coctæ radici decoctum hordei aut petroselinii dilutum affundatur, & jejuno stomacho ad aliquot uncias quotidie assumatur. Hac una methodo diutius continuata difficillimi quoque morbi curari possunt.

## LAPSANA.

Calyx cylindricus, squamis erectis. Semen nudum, apice circulo terminatum. Thalamus nudus.

1. LAPSANA calycibus fructus angulatis, pedunculis tenuibus ramosissimis. LINN. *H. Cliff.* p. 384. *Fl. Svec.* 649. *H. Upsal.* p. 246. *Spec. plant.* p. 811. ROYEN. *Lugd.* p. 130. DALIB. *Paris.* p. 244. GMELIN. *Sibir.* 2. p. 40.

*Lapsana foliis imis ad petiolum pinnatis, superioribus lanceolatis serratis.* HALL. *Helv.* p. 759. BOEHM. *Lips.* 203.

Habitat in hortis.

Caulis paniculatus, ex annua radice, & foliosus. Squamæ calycinæ duorum ordinum; quorum exterior quinque, interior autem octo possidet. Semiflosculi dens medius major. Semina subtriquetra, nuda, basi incurva. Thalamus nudus & planus.

2. LAPSANA scapo unifloro nudo.

*Hyosevis scapis simplicissimis unifloris, foliis pinnatifidis, seminibus nudis.* LINN. *Spec. plant.* p. 808.

*Leontodoides alpinus, glaber, Eryfimi folio, radice crassa fetida.* MICHEL. *Gen. plant.* p. 31. Tab. 28. optime.

Habitat in *Carniolæ* fylvis abunde, præcipue *Idriensibus.*

Radix

Radix perennis, flava, crassa, cymicem olens. Scapus fistulosus, nudus, foliis brevior. Folia radicalia, lanceolata, sinuato dentata, glabra. Squamæ calycinæ novem, glabræ, acutæ. Semiflosculi bis tot. Semen nudum, teretiusculum, oblongum, obtusum, glabrum, obscure umbilicatum: umbilici centro rubro, margine papillari. Thalamus planus.

## HYPOCHOERIS.

LINN. *Gen. plant.* 822.

Calyx imbricatus, basi ventricosus. Semina pap-  
po plumoso prædita. Thalamus paleaceus.

1. HYPOCHOERIS foliis dentato-sinuatis, caule ramo-  
so nudo, pedunculis squamosis. LINN. *H. Cliff.*  
p. 386. *Spec. plant.* p. 811. ROYEN. *Lugdb.* p.  
125. DALIB. *Paris.* p. 239. SAUVAG. *Monsp.*  
. 299.

*Hypochoeris dentibus foliorum triangulis, caule  
nudo ramofo.* HALL. *Helv.* p. 759.

Habitat in gramineis sterilibus.

Folia radicalia in orbem posita terræ incumben-  
tia, hispida, cichoreaca, dentata. E centro hujus  
rosæ caules plures, glabri, cubitales, teretes, nudi,  
squamosi, ramosi, firmi, fistulosi; ramis unifloris  
erectis, longis. Calycinæ squamæ dorſis acu-  
tis, hispidis. Semen glabrum, pappi longitudine.  
Pappus stipitatus, plumosus. Thalamus paleis in-  
structus.

2. HYPOCHOERIS foliis ovato-oblongis dentatis,  
caule folioso ramofo hispido.

*Hypochoeris caule subnudo: ramo solitario, fo-  
liis ovato-oblongis dentatis integris.* LINN. *H. Cliff.*  
p. 385. *Fl. Svec.* 631. *Spec. plant.* p. 810. ROYEN.  
*Lugdb.* p. 125. DALIB. *Paris.* p. 239.

*Hypo-*

*Hypochoeris foliis hirsutis, ovatis, sæpe dentatis, caule plerumque unifloro.* HALL. Helv. p. 760.

Habitat cum priore.

Folia radicalia semipedalia, integra, oblonga, hispida, erecta, rubris maculis notata. Caulis striatus, hispidus, cinctus folio ovato, amplexante, latiore, erecto; supra hoc folium ramus unicus oritur longitudine caulis, uniflorus & nudus. Calyx magnus, hispidus; dorsis squamarum obtusis. Seminis pappus stipitatus.

## CICHORIUM.

TOURNEF. *Inst.* p. 478. *Tab.* 212.

Calyx fit duplici squamarum serie E. Semen nudum, angulosum, dentatum G. Thalamus paleaceus. LINN. LUDWIG. HALL.

I. CICHORIUM caule simplici, foliis dentato-sinuatis. LINN. *Fl. Svec.* 650. *Mat. Med.* 373. *Spec. plant.* p. 813. DALIB. *Paris.* p. 244.

*Cichorium foliis pinnatis, pinnis triangularibus dentatis.* HALL. Helv. p. 761. BOEHM. *Lips.* 223.

Carniol. *Cichoria. Cikorja.*

Habitat in sterilibus herbis.

Squamæ calycinæ 14. Pedunculi & Calyces glandulis petiolatis hispidi. Semen nudum. Thalamus exiguis paleis adpersus.

Radix recens, non lignosa, coagula lenta spissosque humores lente & certo attenuat jusculis carniū sola, aut cum radicibus aperientibus aquæ incocta, vel, quod præstantius est, contusa & bis de die assumpta cum fero lactis. Folia in acetariis saluberrima sunt, ipsasque febres periodicas sanaverunt. GEOFFROY. *Mat. Med.* Vidi ego etiam non pau-

cos, qui solo foliorum Cichorii saturatiore decocto a febribus intermittentibus contumacissimis integre convaluerunt.

## CLASSIS XVII.

### CONIFERÆ.

HALL. *Helv.* p. 145.

**F**lores aggregati, apetali; Masculi staminei a femineis seorsim in eadem aut diversa planta positi, distincti & tecti squamis imbricatis, rigidis, persistentibus & axi communi veluti receptaculo affixis. His præterea communis est indoles resinosa, folium simplicissimum, arborescens natura, unica vero cotyledon & sempervirens folium non omnibus communia sunt.

### PINUS.

LINN. *Spec. plant.* 956.

Flores masculi & feminei in eadem planta, in distinctis amentis *masculis* racemosis, staminum filamentis inferne in columnam connatis; *femineis* germine exiguo, stylo simplici, nuce unica, aut binis, sub unica squama.

1. PINUS foliis subulatis mucronatis levibus bifariam versis. LINN. *Spec. plant.* p. 1002.

*Abies foliis solitariis apice acuminatis.* LINN. Fl. Lapp. 347. H. Cliff. p. 449. Fl. Svec. 789. Mat. Med. 436. ROYEN. Lugdb. p. 88. HALL. *Helv.* p. 147. DALIB. Paris p. 295 GMELIN. Sibir. 1. p. 175. BOEHM. Lips. 686.

*Abies tenuiore folio, fructu deorsum inflexo.* TOURNEF. Inst. p. 585. BOERRHAV. Ind. 2. p. 179. VAILLANT. Paris. p. 1.  
Habitat in sylvis omnibus rarior sequente.

Juli mares oppositi, flavi, minores, infra apices ramorum; squamis oblongis, pedunculatis, concavis, obtusis, subtus bilocularibus, diantheriferis. Juli feminei terminales, majores, solitarii, erecti, rubri; squamis sessilibus, subrotundis, foventibus squamulam concolorem, acutam, parvam.

Aer exhalationibus arborum piniferarum imprægnatus hominibus, præcipue vero phtyficis saluberrimus est. ZACUT. *Prax. Med. Lib. 2. cap. 10. obs. 2.* Hinc homines rustici in his sylvis habitantes raro Phtyfici fiunt. Species hæc lignum præbet ad mechanicos usus longe præstantius Abiete alba, sed ad ignem æque strepens coquisque invisum. Idem resinam fundit crassiorem, quam Rustici in sylvarum perniciem terebratis arboribus passim colligunt, usibus mechanicis & medicis accomodatam. Mihi in usu est emplastrum picis aromatizatum, quo plures ischiadico dolore vexatos, felicissime liberavi.

2. PINUS foliis solitariis emarginatis. LINN. *Spec. plant. p. 1001.*

*Abies foliorum apice bifido.* HALL. *Helv. p. 148.*

*Abies foliis solitariis apice emarginatis.* LINN. *H. Cliff. p. 449.* ROYEN. *Lugdb. p. 89.* GMBELIN. *Sibir. 1. p. 176.* BOEHM. *Lips. 685.*

*Abies Taxifolio, fructu sursum spectante.* TOURNEF. *Inst. p. 585.* BOERRHAV. *Inst. 2. p. 179.* Carniol. *Autza. Fohr. Resina vero Smolla.*

Habitat passim in sylvis.

Differt a priore; Folia petiolo non decurrente, ad basim latiore; folio ipso apice bifido, subtus tomentoso. Squamis florum femineorum cum axi postice hirsutis.

Arbor hæc resinam tenuiorem & terebinthinæ similem fundit, quæ lacryma abietis appellatur, & vi balsamica, abstergente & diuretica larigna longe debilior est.

Sciuri, Aves, & Venti dissolvendo & agitando conos, propagant semina. Semen humo vetegatibili primo vere commissum, protulit stipitem biuncialem, rubrum, teretem, glabrum; Ex hujus apice quina foliola seu cotyledones, apicibus suis micis thecam sustinentibus, prodierunt. Plantula hæc porro, apto tempore in idoneam terram translata, vixit, excrevit in arbusculam, nec periit amplius. An non hac arte nemora condi & propagari possent in summam Principum & Reipublicæ utilitatem?

3. PINUS foliis geminis, cono pendulo, nucleis strigosis. HALL. *Helv.* p. 149. BOEHM. *Lips.* 687.

*Pinus foliis geminis: primordialibus solitariis glabris.* LINN. H. Cliff. p. 450. Fl. Svec. 788.

Mat. Med. 434. Spec. plant. p. 1000. ROYEN.

Lugdb. p. 89. DALIB. Paris. p. 295.

Carniol. *Smreka. Smrökau drevo, iel.*

Habitat circa *Idriam & Labacium*, passim.

In scorbuto inveterato & dolorifico, strobili pini recentes in fero lactis decocti & cum debito regimine bis de die ad uncias quatuor assumpti egregie profunt; idem præstant summitates ramorum primo vere collectæ. Ex hac arbore aquæductus durabiles & optimi conficiuntur.

4. PINUS foliis geminis, cono erecto, nucleis strigosis nudis. HALL. *Helv.* p. 150.

Habitat in Alpibus *Carniolæ*.

Differt a priore trunco vix ullo; ramis patulis, flexilibus, depressis absque pondere incumbentis nivis.

5. PINUS foliis fasciculatis obtusis. LINN. *Spec. plant.* p. 1001.

*Larix folio deciduo.* HALL. *Helv.* p. 149.

*Abies foliis fasciculatis obtusis.* LINN. H. Cliff. p. 450. Mat. Med. 347. ROYEN. Lugdb. p. 89. GMELIN. *Sibir.* 1. p. 178.

Habitat

Habitat in *Carniolæ* sylvis aridioribus & apricis, non frequens.

Maximam harum arborum copiam, vastosque truncos alunt Tyrolensium sylvæ Flemmenfes & Ananienfes, unde quotannis ad Atheris littora indeque Veronam, singulari Italiæ commodo, transferuntur.

Celebris arbor est etiam ex saluberrima illa thebeinthina, quam planta virens & terebrata, vel detruncata & sponte stillat, omni digerente abstergente & balsamico medicamento præstantiorem in vulneribus quibuscumque, quoties arcenda putredo, & sordes detergi debent, quæ carnis debitam regenerationem impediunt. Non mirum ergo in dysenteriis putridis & contagiosis ad semiunciam clysteribus imixtam & sæpius applicatam prodesse adeo ut præmissis evacuantibus, omne curationis punctum non raro absolverit. Prodest etiam in urinæ suppressione, ab ulcerosa materno ad renes delata ibique impacta, aut mucō obstruente vasa secretoria, renes enim prompte abstergit, mucum resolvit, & urinam copiosius ciet violæ odorem spirantem.

## JUNIPERUS.

LINN. *Gen. plant.* 1005.

Flores masculi & feminei in propriis amentis distinctisque plantis. *Masculi* antheris tribus. *Feminei* calyce duplici, trifido, persistente, coronante Germen; stylis tribus; bacca subrotunda, umbilicata, tribus officulis fœta.

1. JUNIPERUS foliis oppositis erectis decurrentibus: oppositionibus pyxidatis. LINN. *Spec. plant.* p. 1039.

*Juniperus foliis inferne adnatis: oppositionibus concatenatis.* LINN. *H. Cliff.* p. 464. *H. Upsal.* p. 299. *Mat. Med.* 467. ROYEN. *Lugdb.* p. 90.

GMELIN. Sibir. 1. p. 183. BOEHM. Lipf. (non indigena) 702.

Habitat, ut audio, circa Gottscheè.

Vim totius Gentis balsamicam & putredini adversam possidet, utilis propterea ad vermes enecandos, ulcera detergenda, & mortui a vivis partibus separationem in Gangræna ipsa promovendam. Inter emmenagoga etiam imo & abortiva remedia numeratur, de qua tamen efficacia nonnulli dubitant. Ego certe tantas in mensium fluxu promovendo vires hucusque nondum observavi, quidquid præmissis etiam præmittendis, diu, copiose & vario modo dederim, in variis ætatibus & temperamentis.

2. JUNIPERUS foliis ternis patentibus mucronatis.

LINN. *Spec. plant.* p. 1040.

*Juniperus foliis patentibus.* LINN. H. Cliff. p. 465. Fl. Svec. 824. Mat. Med. 465. ROYEN.

Lugdb. p. 89. *Sessilibus* HALL. Helv. p. 146.

GMELIN. Sibir. 1. p. 182. *Bineriis* SAUVAG.

Monsp. p. 169.

Carniol. *Brine bacca.*

Habitat in ficcis & apricis collibus.

*Mari* Coni axillares, ovati, solitarii, folio breviores; pedunculo squamoso, brevi. Squamis triquetris, antice versus axim tumore antherifero, postice vero antheris aliis luteis, in globulos tres & quatuor, distributis, instructæ. *Femineo* calyx profunde trifidus; segmentis acutis, æqualibus, erectis; pedunculo squamoso; bacca alio demum anno nigricans.

Ligno vires sunt diuretici, sudorem excitantes, sanguinem depurantes nihilo segniore quam in Sassafras. In Catharrho fenili cum vasa cutanea rigida & quasi concreta mucosam colluviem sudoris forma evacuare non possunt, per vasa renalia efficacissime expellit ita ut in sexagenario ab assumpto sæpius de-

cocto



-cocto ligni Juniperi, urinam copiosam & verissimo densoque mucro innatante refertam observaverim cum insigni semper levamine majorique respirandi facilitate. In venereis quoque vitiis humorum, & ubi pustulis ulcerosis tumida ac fœdata facies apparet, infuso, ligni juniperini cum antimonio crudo sanavi plures in quibus alia remedia etiam validissima nequidquam profecerunt. Baccæ vero plurimo oleo aromatico & balsamico fœtæ, jejuno stomacho assumptæ ventriculum roborant, violæ odorem lotio conciliant, & in Roob redactæ ellectuariis antifebrilibus utiliter uniuntur; Oleum ex iis destilatam flatus egregie dissipat & lumbricis adversum est.

## TAXUS.

TOURNEF. *Inst.* p. 589. *Tab.* 362.

Flores in distinctis plantis: *Masculi* facti filamentis pluribus, quorum unumquodque inclusum est gemma polyphylla, calycis vices agente, & apice plures antheras octofidas, florem referentes, pedicellatas & basi dehiscentes profert. *Feminei* calycem eundem habent, stylum nullum, baccam vero singularem; nempe factam thalamo demum pulposo, monospermo: semine ovato-oblongo, apice prominente.

1. TAXUS foliis approximatis. LINN. *Spec. plant.* p. 1040.

*Taxus.* LINN. *H. Cliff.* p. 464. *Fl. Svec.*

825. ROYEN. *Lugdb.* p. 87. HALL. *Helv.* p.

146. DALIB. *Paris.* p. 303.

Habitat in fylvis.

## C L A S S I S XVIII. A M E N T A C E Æ.

**F**lores aggregati, apetali, *Masculi* & *feminei* in eadem aut distincta planta, tecti & distincti squamis

mis mollibus, axi communi, veluti receptaculo affixis; quorum illi staminibus distincti instructi; hi vero unico germine, & vario fructu gaudent.

## SALIX.

TOURNEF. *Inst.* p. 590. *Tab.* 364.

Flores in distinctis plantis & propriis amentis oblongis; squamis unifloris, imbricatis, foventibus *masculum* florem, cui stamina numero variantia & glandulam nectariferam ea inter & axim positam; aut *femineum* germine oblongo, acuto, stylis duobus, capsula uniloculari bivalvi feminibus papposis foeta. *Salix floribus hermaphroditis triandris* Cl. LINNÆI novum est sexus definiendis Classibus & Generibus plantarum Naturæ minus consentanei, verissimum argumentum.

I. SALIX foliis stipulatis ovatis: subtus tomentosis.

### *Varietates.*

(1.) *Salix* foliis stipulatis ovatis: subtus tomentosis, filamento semibifido.

Habitat ad radices montium, rarior.

Rami suberecti, lanuginosi, fusci. Folia elliptica, rugosa: marginibus reflexis, supra medium obiter dentatis. *Mari* Filamentum semibifidum; binis antheris, Nectarium antheræ longitudine. *Femine* eadem quæ sequenti.

(2.) *Salix* foliis stipulatis ovatis: subtus tomentosis, filamentis duobus, basi coalitis.

Habitat in sterilibus & argillosis.

Rami diffusi, rubri, flexiles. *Mari* amentum ovatum; foliolis quatuor deciduis, aut persistentibus, vel in folia degenerantibus instructum; squamis exiguis, villosis; staminibus binis, basi conjunctis; gemmis foliosis a floriferis distinctis; Foliis integerrimis, rugosis,

gosis, ex rotunditate acuminatis. *Femine*. Rami pallidiores; folia oblonga, acutiora & angustiora; Amentum a gemmis foliaceis separatum: foliolis quatuor aut sex, quæ in virgarum apicibus in folia mutantur.

(3.) *Salix* foliis stipulatis ovatis, subtus tomentosis, filamentis duobus distinctis.

(a.) Caule erecto, foliis ex rotunde acuminatis.

Habitat ad radices montium.

Habitus Varietatis secundæ, eademque folia. Amentum inter folia; involucro univalvi, hemisphærico, rubro, integerrimo; foliolis pluribus & persistentibus. *Mari* Amentum uncia brevius, ovatum, patens, a foliaceis gemmis distinctum; squamis villosis, ad basim fusco rubris. Filamenta bina, villosa. Involucrum gemmæ foliaceæ subluteum, semibifidum. *Femine* ramuli subrubri. Amenta pauciora; squamis ut in Mare; foliolis persistentibus. Germen oblongum, villosum, squama tandem longius.

(b.) Caule erecto, foliis ellipticis: apicibus rectis.

Habitat in dumetis.

Rami erecti, rubro-flavi, lanuginosi. Folia ovata, ferrata. Bractææ dentatæ. *Mari* Amentum crassum; involucro fusco; squamis lanceolatis; foliolis deciduis. Antheræ rubræ, dein fuscæ. *Femine* Amentum longius; squamis apice dilatatis; foliolis persistentibus, in apicibus ramorum in folia degenerantibus. Germen villosum, pedunculatum: pedunculo squama minime longiore.

(c.) Caule erecto, foliis ellipticis: apicibus ad latus flexis.

Habitat cum priore.

Arbor mediocris. Virgæ fragiles; apicibus lanuginosis. Folia maxima, acuta, vix rugosa. Bractææ

simplices. Amenta crassissima; foliolis deciduis, seorsim a gemmis foliaceis orta. *Mari* Folium patulum, ferrulatum, planum; ferraturis glandulosis; marginibus rugosis. Amentum squamis fusco-rubris, obtusis. Filamenta semiuncialia, glabra, ochroleuca; antheris perpetuo flavescentibus. *Feminae*? Habitus idem. Folia basi dentata; utraque pagina, sed inferiore magis tomentosa, non crispa, apicibus rectis. Bractæ, quæ in mare. Amentum biunciale, inter folia, seorsim a gemmis, ortum; foliolis deciduis; squamis linearibus, villosis, acuminatis, subrubris. Germinis pedunculus squamæ propriæ longitudine.

Ita reperi in elatiori nemore, sed proprio mare viduam, secundam tamen & alieni propterea thalami indubie participem.

(d.) Caule subrecto.

Habitat in Alpibus.

*Mari* virgæ flexiles, luteo-virentes. Folia laurinae duritiei, ferrata; petiolis semiuncialibus. An hic Maritus sequentis?

(e.) Caule repente.

Habitat cum priore.

Habitus squallens & magnitudo antecedentis, sed omnia repentia. *Mari* -- *Feminae* Amentum squamis tomentosiss, foliolis in folia degenerantibus. Folia plana, subtus tantum tomentosa; brevibus petiolis.

Synonyma cuilibet Varietati propria invenire & addere non potui, nec possibile esse censeo ob imperfectas Authorum descriptiones.

2. **SALIX** foliis stipulatis lanceolatis ferratis: utrinque pubescentibus: ferraturis infimis glandulosis, LINN. *H. Cliff.* p. 473. *Fl. Svec* 812. *Mat. Med.* 449. *Spec. plant.* p. 1021. DALIB. *Paris.* p. 297. ROYEN. *Lugdh.* p. 83.

*Salix*

*Salix foliis elliptico-lanceolatis, ferratis, subtus sericeis, vimine fragili.* HALL. Helv. p. 152.  
BOEHM. Lipf. 696.

Carniol. *Verba. Vuerba.* folia vero *Verbauza.*  
Habitat circa fluvios.

Arbor, cortice fusco, rimoso. Rami patentes, glabri, cinereo-virescentes. Folium lanceolatum, planum, acutum, ferratum; ferraturis inferioribus glandulosis, rubris; superne nitidum, subhirsutum; subtus sericeo villo pubescens; marginibus villosis. Gemmæ floriferæ a foliaceis distinctæ. Bractææ lineares. *Mari* Amentum unciale, cylindraceum, tribus & quatuor foliolis; squamis fuscis, basi purpureis, obtusis, villosis. Stamina duo; filamentis basi villosis; antheris purpureis, luteo polline. Nectarium subluteum. *Femine.* Virgæ viridiores, minus fragiles. Folia pagina superior minus pubescens & nitidior. Amentum longius. Germen virens, glabrum; brevi pedunculo. Stipulæ ut in Mare.

3. *SALIX* foliis stipulatis ferratis glabris, floribus triandris. LINN. Spec. plant. p. 1016.

*Salix foliis elliptico-lanceolatis, utrinque glabris, ferratis, appendiculatis.* HALL. Helv. p. 152.

Habitat ad ripas fluviorum, & circa rivulos.

Arbor mediocris. Virgæ erectæ, glabræ. Folium lanceolatum; ferraturis glandulosis. Stipulæ amplæ, ferratæ. Amentum ex gemma folii. *Mari* Amentum fere biunciale; squamis subrotundis, luteo-virentibus, concavis, subvillosis, remotioribus. Stamina tria; filamentis distinctis, squama duplo longioribus. Nectarium obtusum. *Femine.* Amentum idem; squamis acutioribus.

4. *SALIX* foliis exstipulatis lanceolatis ferratis: subtus tomentosus: ferrulis cartilagineis.

*Salix foliis firmis vix serratis, longe ellipticis, subtus subhirsutis & canescentibus.* HALL. Helv.

p. 153.

Habitat prope fluvios.

Virgæ erectæ, longæ, flexiles, virides, dein rubræ: Folia alterna & opposita, lanceolata, nuda, superne glabra; oris supra medium cartilagineo ferratis, glandulosis; inferne tomento albo, pulverulento. *Mari* Amentum unciam parisinam longum, hirsutum, plerumque deflexum; squamis rubris, subrotundis, villo proprio brevioribus. Stamen unicum, simplex; anthera rubra, polline luteo. Nectarium obtusum. *Femina* Amentum a gemmis foliaceis separatum; foliolis tribus, deciduis; squamis nigris. Germen hirsutum, pyriforme, sessile. Styli tres, flavi, demum atrii. Nectarium flavum, subulatum, stylis longius.

5. *SALIX* foliis extipulatis lanceolato-linearibus dentatis rugosis: infra tomentosus: marginibus reflexis.

*Salix ramis villosis fuscis lineari-lanceolatis: subtus tomentosus.* ROYEN. Ludgb. p. 84. БОЕИМ.

Lipf. 698.

Habitat circa fluvios.

Magnitudo prioris. Rami nodosi, fragiles. Folia angusta, patentia, subtus tomentosa; petiolis vimini plus minus adpressis. *Mari*. Virgæ flavescentes. Amenta multa, demum reflexa, sæpius infra folia, seorsim a gemmis foliaceis, quatuor foliolis, deciduis instructa. Gemma univalvis, rubra, trifida. Squamæ luteo-virescentes, subrotundæ, glabræ. Stamina duo; antheris luteis. *Femina* Virgæ flavo-rubræ, minus fragiles. Amentum longius, infra folia, foliolis iisdem, persistentibus. Gemma eadem. Squamæ oblongæ, obtusæ, glabræ, pallidæ, dein fuscæ. Germen basi subtriquetrum, glabrum, breviter pedunculatum. Capsula glabra.

Pluri-

Plurimas Salices pro veris speciebus hucusque receptas, esse temporis filias docent 1. secundæ ex alieno mare feminæ a me plures observatæ. 2. Diversissima facies ex diversa tantum natalium locorum indole. 3. Glabrities, magnitudo, color, forma foliorum cultura mutabilis. 4. Observaciones nostræ alio tempore enarrandæ.

## POPULUS.

TOURNEF. *Inst.* p. 292. *Tab.* 365.

Flores masculi & feminei in distinctis plantis & amentis oblongis, quibus squamæ unifloræ, fimbriatæ, foventes nectarium coniculatum & *Flores Masculos* staminibus octo; *Femineos* vero germine oblongo, acuto; stylo vix manifesto; stigmatibus quadrifido; capsula biloculari, bivalvi; seminibus papposis.

1. **POPULUS** foliis subrotundis dentato - angulatis utrinque glabris. LINN. *H. Cliff.* p. 460. *Fl. Svec.* 819. *Spec. plant.* p. 1034. ROYEN. *Lugdb.* p. 32. GMELIN. *Sibir.* 1. p. 151. HALL. *Helv.* p. 156. DALIB. *Paris.* p. 301. BOEHM. *Lips.* 707.

Habitat circa *Idriam* passim.

Amentum *masculum* biunciale; squamarum laciniis ciliatis, fuscis *femineum* prope gemmam; squamis pedunculatis; germine pedunculato, oblongo, viridi, glabro; styliis tribus, fuscis.

2. **POPULUS** foliis deltoideis acuminatis ferratis. LINN. *H. Cliff.* p. 460. *Fl. Svec.* 821. *Mat. Med.* 462. *Spec. plant.* p. 1034. ROYEN. *Lugdb.* p. 82. HALL. *Helv.* p. 156. DALIB. *Paris.* p. 301. BOEHM. *Lips.* 706.

Carniol. *Tagnet tou perst.* *Tehitza*, *Tagned.*

Habitat circa fluvios.

*Mari* Amentum a gemma separatum, longum, pendulum; squamis subrotundis staminibus ad 20, antheris rubris, dein atris.

Unguentum ex Populi gemmis populeum dictum prostat in Officinis emolliens adeo ut inter topica in pleuritide dolenti loco applicanda numeratum fuerit a magno quoque BOERRHAVIO. Tincturam ex iisdem gemmis elicitam ad Diarrhoeam & Dysenteriam laudat TOURNEFORTIVS a guttis quadraginta ad sexaginta in jusculo quotidie usurpatam.

## BETULA.

LINN. *Spec. plant.* p. 633.

Flores masculi & feminei in eadem planta & propriis Amentis cylindræis; Ac Masculi quidem calyce proprio monophyllo, staminifero: staminibus quatuor. Feminei vero nudi; germine unico; stylis duobus, & femine nudo donati.

1. BETULA foliis ovatis acuminatis ferratis. LINN.

*H. Cliff.* p. 442. *Fl. Svec.* 776. *Spec. plant.* p. 982.

ROYEN. *Lugdb.* p. 85. HALL. *Helv.* p. 158.

GMELIN. *Sibir.* I. p. 166. BOEHM. *Lips.* 683.

Carniol. *Breisa. Bresia. Bresa.*

Habitat ubique in Carniola.

Amenta mascula terminalia, binata & ternata, folitaria, pendula, prope ultimam gemmam. Squamæ tres majores, superne fuscæ; media majore, orbiculata, tegente minores tres alias luteo-virescentes, e quibus stamina duodecim oriuntur, filamentis brevibus, antheris ovatis flavis. Amentum femineum minus, deflexum, virens, e gemma foliacea prodit; squamis subrotundis; stylis fetaceis, purpureis.

Vimen si recens, erectum, sterile, margaritifera; adultum vero pendulum floriferum & glabrum est.

Aquam Betulæ Diabetem facere, experimento proprio didici non verum esse.

2. BETULA pedunculis ramosis. LINN. *Spec. plant.*

p. 983.

*Alnus.*



*Alnus.* LINN. Fl. Lapp. 340. H. Cliff.  
p. 441. BOEHM. Lipf. 682. HALL. Helv.  
p. 157.

Habitat in umbrosis, udis, argillofisque locis;  
passim.

Amenta *mascula* terminalia, solitaria, pendula; squamis latis, fuscis, glabris, brevibus; antheris duodecim. *Feminea* erecta, racemosa, foliacea; stylis rubris. Phytholithum trunci frequentem præbet, si torrentibus diu fuerit immerfa, quorum alvei lapide calcario uberius scatent. Folia recentia, mane collecta, pavimento insperfa pulices fugant. LINN. *Amoenit. Academ.* 1. p. 378. cimices BRESLAVIENS. 1721.

## CARPINUS.

TOURNEF. *Inst.* p. 582. *Tab.* 348.

Flores Masculi & feminei in eadem planta & propriis amentis; & quidem *Mascula* squamis unifloris, villosis; staminibus pluribus; *Feminea* vero squamis amplis, bifloris, trifidis: segmentis lanceolatis; germine unico; stylis duobus; nuce angulosa, ovata, monosperma.

I. CARPINUS. DODON. CAMER. TOURNEF. HALL.  
aliorumque.

Habitat in sylvis passim.

Amentum masculum e gemma folii; squamis subrotundis, oris infra medium pilosis, apicibus rubris; antheris sexdecim, pilis terminalibus. Feminium breve, latum; squamis hastatis, imbricatis, villosis, demum glabris & patulis; germine circa basim stigma tomentoso, demum calvescente; stylis tribus, capillaceis; nuce sessili, subovata, compressa, calyce erecto & quadridentato coronata.

OSTRYA.

## OSTRYA.

MICHEL. *Gen. plant.* p. 223. *Tab.* 104.

Flores Masculi & Feminei in eadem planta & propriis Amentis. *Mascula* racemosa; squamis acutis, villosis; staminibus pluribus. *Feminea* lupulacea; squamis inflatis, integerrimis, continentibus unicum germen; stylis duobus; capsula biloculari.

## I. OSTRYA.

*Ostrya Italica*, *Carpini folio longiore & brevior.* MICHEL. *Ibid.* SEGUIER. *Veron.* 2. p. 246.

*Carpinus squamis strobilorum inflatis.* LINN. *H. Cliff.* p. 447. *Spec. plant.* p. 998.

Habitat abunde ad ripas torrentis kokæ prope domum Tellonariam.

Amentum *masculum* exiguum & erectum. *Femineum* pendulum, subrotundum, ochroleucum; squamis figura feminis cucurbitæ, inflatis, ubique clausis, ad basim villosis; germine acuminato, glabro; stylis capillaceis, ad basim villosis; capsulæ septo angulis opposito, sed MICHELIVS semen nudum pro fructu posuit.

## QUERCUS.

LINN. *Gen. plant.* 449.

Flores masculi & feminei in eadem planta. *Masculi* in amentum laxum dispositi; calyce monophyllo, dentato; staminibus usque decem. *Feminei* in gemma sessiles; calyce monophyllo, integerrimo; germine ovato; stylis duobus vel pluribus; nuce ovali, calyce excepta, glabra.

I. QUERCUS foliis deciduis oblongis superne latioribus: sinibus acutioribus, angulis obtusis. LINN. *H. Cliff.* p. 448. *Mat. Med.* 426. *Fl. Svec.* 784. *Spec. plant.* p. 996. HALL. *Helv.* p. 159. ROYEN.

Lugd. b.

*Lugdb.* p. 80. *DALIB. Paris.* p. 293. *BOEHM. Lips.* 690.

*Carniol. Zehod. Hraštavo drevo. Fructus Sholod.*  
Habitat aprteis in locis.

*Mari* Amenta linearia, longa, infra folia; antherarum fasciculis remotis & decem usque stamina continentibus. *Femineæ* Flores terminales, plures ex una basi; germine calyculato; stylis tribus, rubris.

Tota planta adstringens est, maxime vero fructus; mihi ad alvi fluxus & dysenterias compescendas familiaris est pulvis cupularum solus ad drachmam unam, aut in vino rubro quolibet trihorio datus. Pulvere amygdalarum febres intermittentes in pauperibus non semel debellavi, qua febrifuga facultate cortex etiam instructus est.

## CORYLUS.

*TOURNEF. Inst.* p. 581. *Tab.* 347.

Flores masculi & feminei in eadem planta. *Masculi* in amentum longum, cylindricum, pendulum congregati sunt, cui squamæ unifloræ, trifidæ: segmento medio latiore; stamina octo. *Feminei* gemma inclusi; calyce exiguo; germine unico; stylis duobus, coloratis; nuce subovata, glabra, tecta calyce amplo coriaceo monophyllo: margine lacero.

I. *CORYLUS stipulis ovatis obtusis. LINN. H. Cliff.* p. 448. *Fl. Svec.* 787. *H. Upsal.* p. 286. *Mat. Med.* 431. *Spec. plant.* p. 998. *ROYEN. Lugdb.* p. 87. *HALL. Helv.* p. 159. *DALIB. Paris.* p. 294. *GMELIN. Sibir.* I. p. 150. *BOEHM. Lips.* 691.

*Carniol. Lesnik.*

Habitat ad radices montium ubique.

*Mari* amentum folia antecedens: squamis imis quinque aut sex flore destitutis. *Femineæ* germina 6-12. sessilia, subrotunda, infra mares; styli purpurei

purei tunc manifesti cum antheræ pollen effundunt.

Numeravi in una arbore amenta plus quam tercenta, squamas in uno amento 230, antheras in unica squama 8, locula in una anthera duo, globulos feminales in uno loculo heu quot? En mirificum fecunditatis exemplum; & tamen pleraque germina pereunt sterilia, imo aliquando vix aliqua in tota arbore fructum gerunt. An. 1755. dum ver ventosum esset valde, vix ullæ nuces natæ sunt; idem factum fuit an. 1754. ex uberioribus vernalibus pluviis.

Ligno, vase ferreo incluso & usto, utuntur pictores pro carbone ad delineandum. In Tyrolensi comitatu arcus ex recentibus virgis parant rustici capiendis avibus & talpis optime inservientes. Nuces in Carniola Rustici in furno exsiccatas edunt stomacho graviores minusque salubres; recentes vero & expressæ oleum fundunt amygdalino simillimum, cui specificam, ad sedandos dentium dolores, efficaciam inesse, mea certe experimenta non consentiunt.

## FAGUS.

LINN. *Gen. plant.* 951.

Flores masculi & feminei in eadem planta. Masculi in amentum congregati constant calyce monophyllo, campanulato, plerumque quinquefido; staminibus multis. Feminei gemmæ insident, calyce monophyllo, dentato; germine unico; stylis tribus; capsula echinata, quadrivalvi, fovente nuces angulatas & cortice coriaceo tectas.

1. FAGUS foliis lanceolatis acuminato-ferratis: subtus nudis. LINN. *H. Cliff.* p. 447. *H. Upsal.* p. 287. *Mat. Med.* 429. ROYEN. *Lugdb.* p. 79.

*Castanea.* HALL. ex CAMER. *Helv.* p. 160.

*Carniol. Kostainou dervo, fructus vero Kosten.*

Habi.

Habitat circa *Pilgratz, Lok*, in fylva *S. Andreae, S. Jacobi, S. Ujballi*.

*Mari* amentum triunciale, inferius. Flosculi fessiles, calycibus quinque & sexfidis. Stamina novem, erecta, longa. *Feminae* amentum superius. Flosculi calyx foliolis reflexis, acuminatis, imbricatis, tectus. Styli quinque. Nux esculenta, flatulenta, stomacho gravis, sapida tamen ideoque expetita.

2. **FAGUS** foliis ovatis obsolete ferratis. LINN. *H. Cliff.* p. 447. *Fl. Svec.* 785. *Mat. Med.* 428. *Spec. plant.* p. 998. ROYEN. *Lugdb.* p. 79. DALIB. *Paris.* p. 294.

Carniol. *Buknie. Buckqua. Bukou. Bokovo drevu.*

Habitat ubique in fylvis.

Amentum *masculum* pendulum, pedunculatum. Calyx quinque dentatus, hirsutus. Stamina 12. filamentis erectis, longis, albis; antheris luteo polline plenis. *Femineum* terminale, pedunculo crassiore; Germine hirsuto; stylis tribus; Fructu aspero, cujus nux una terræ commissa, cotyledones profert binas, oppositas, reniformes, superne virides nitidas & glabras, inferne albas; e quarum medio surgunt denique foliola parva, erecta, villosa.

## HUMULUS.

LINN. *Gen. plant.* 989.

Flores *Masculi* & *Feminei* in diversis plantis. Illi racemosi, calyce pentaphyllo, staminibus quinis. Isti in amentum ovatum, pendulum congregati, cui squamæ amplæ, foventes germen exiguum, stylis duobus præditum, unde oritur semen subrotundum, tunica tectum.

*Humulus* mihi certe cum Amentaceis longe magis quam cum *Viti* & *Hædera* videtur adfinis.

1. HUMULUS. LINN. *H. Cliff.* p. 458. *Fl. Svec.* 818. *Mat. Med.* 458. *Spec. plant.* p. 1028. ROYEN. *Lugdb.* p. 222. DALIB. *Paris.* p. 301.

*Lupulus.* HALL. *Helv.* p. 166. BOEHM.

Lips. 703.

Habitat ad sepes.

*Mori* racemi laterales, patentissimi, folio longiores. Calyx pentaphyllus. Stamina quinque; filamentis brevibus. *Femineæ* verissima amenta; germen alatum, calyce monophyllo exceptum. Semen unicum.

## CLASSIS XIX.

### OLERACEÆ.

**F**lores apétali, plerumque hermaphroditi. Semen unicum, nudum, calyce persistente exceptum. Indoles plerumque mitis.

## RUMEX.

LINN. *Gen. plant.* 407.

Flores Dioici in *Acetosa* TOURNEFORT. PONTED. SEGUIER. Hermaphroditi vero in *Lapatho* eorundem; calyce duplici: exteriori minore, reflexo; interiori majore & fructum continente. Masculis floribus stamina sex pendula ut in *Humulo*, calyces parvuli. Feminis styli duo, stigmata laciniata. *Acetosa* & *Lapatha* genere non differe jam dum agnovit RAJUS. *Meth. emend.* p. 21.

1. RUMEX floribus dioicis, Foliis oblongis sagittatis. LINN. *Virid. Cliff.* p. 32. *H. Cliff.* p. 139. *H. Upsal.* p. 89. *Fl. Svec.* 295. *Mat. Med.* 529. ROYEN. *Lugdb.* p. 231. BOEHM. *Lips.* 572.

*Lapathum acetosum*, sexu distinctum, foliorum sagittatorum hamis brevibus. HALL. *Helv.* p. 168. Carniol. *Kiselza*.

Habitat

Habitat in pratis, passim.

*Mari* statura minor. Pedunculi purpurei. Calyx patens. Stamina sex; filamentis subulatis, basi calycini folioli minoris utrinque infertis; antheris oblongis, flavis, demum purpureis excepta basi quæ flava manet. *Femine* statura procerior. Calycis folia majora reflexa, minora erecta, germen protegentia. Styli tres. Stigmata rubra, plumosa. Valvæ feminis sensim ita expallescent, ut albæ fiant.

Ergo magnitudo plantæ masculæ ad femineæ fecundationem necessaria non est, ut Cannabis exemplo docuit. *Spettacolo della Natura Tom. 2. Dialog. p. m. 169.*

Tertia pars florum perit sine fructu, etsi marem vicinum habeant.

Acida Acetosæ folia recentia quomodolibet assumpta profunt in morbis omnibus ex alcalino spontaneo natis.

2. RUMEX floribus dioicis, foliis lanceolato-hastatis. LINN. *Vivid. Cliff.* p. 32. *H. Cliff.* p. 139. *Fl. Svec.* 296. ROYEN. *Lugdb.* p. 231. BOEHM. *Lips.* 573.

*Lapathum acetosum, sexu distinctum, foliorum sagittatorum hamis longis & divergentibus.* HALL. *Helv.* p. 168.

Habitat ficciora loca.

*Mari* Calycina folia postice rubra, patentia. Antheræ rubræ, polline flavo. *Femine* statura maris. Calyx exterior virens. Stigmata flavescencia, uno sæpius imperfecto. Vires Medicæ eadem, quæ in priore.

3. RUMEX floribus hermaphroditis: valvulis dentatis graniferis, foliis cordato-oblongis. LINN. *H. Cliff.* p. 138. *Fl. Svec.* 293. *Mat. Med.* 176. *Spec. plant.* p. 335. ROYEN. *Lugdb.* p. 229. BOEHM. *Lips.* 575.

*Lapatha androgyna non acetosa.* HALL. 6-12.

Helv. p. 170.

Carniol. *Schavie.*

Habitat in incultis udis.

Staminum filamenta aquea, antheræ flavæ longiores. Styli tres. Stigmata albida. Valvæ in ramorum apicibus integerrimæ & minime granulatæ.

Decoctum radicis mundat artus scabie obsessos. Semen pulverisatum adstringit alvum fluidiorem.

4. RUMEX floribus hermaphroditis, foliis cordato-hastatis. LINN. *Virid. Cliff.* p. 32. *H. Cliff.* p. 138. *H. Upsal.* p. 89. *Spec. plant.* p. 337. ROYEN. *Lugdb.* p. 170.

*Lapathum androgynum acetosum, foliis sagittatis, hamis divergentibus.* HALL. Helv. p. 170.

Habitat in M. *Anas.*

Folia modo hastata sunt, modo vero cordata; hamique quoque nunc obtusi, nunc acuti observantur.

Vidi loco feminis capsulas claveformes, semiunciales, pendulas, femine viduas; valvis interioribus amplis & subrotundis; vidi quoque flosculum trifidum longo tubo donatum, sinu earumdem valvarum, feminis loco, exceptum. Sed hæc monstra sunt, notanda tamen.

## POLYGONUM.

LINN. *Mat. Med. Ostland. Trigyn.*

Calyx unicus coloratus; segmentis numero staminum, vel paucioribus, conniventibus, foventibus semen unicum, nudum. Styli numero variantes; stigmatibus indivisis.

1. POLYGONUM floribus digynis hexandris, foliis lanceolatis.

*Varietates.*

(a.) *Mite.*

*Poly.*



*Polygonum floribus hexandris digynis, spicis ovatis oblongis, foliis lanceolatis, stipulis ciliatis.* LINN. Spec. plant. p. 361.

*Perficaria floribus hexandris digynis.* LINN. Fl. Svec. 319.

*Perficaria florum staminibus senis, stylo duplici.* LINN. H. Cliff. p. 42. ROYEN. Lugdb. p. 216. BOEHM. Lips. 567.

*Perficaria foliis non serratis, pene glabris, vaginis florum ciliaribus, spicis densioribus.* HALL. Helv. p. 180.

Habitat in hortis & ad vias.

Caulis folio concolor. Spicæ laxiores.

(b.) *Acre.*

*Polygonum floribus hexandris semidigynis, foliis lanceolatis, stipulis submuticis.* LINN. Spec. plant. p. 361.

*Polygonum foliis lanceolatis, floribus hexandris semidigynis.* LINN. Mat. Med. 187.

*Perficaria floribus hexandris semidigynis.* LINN. Fl. Svec. 320.

*Perficaria florum staminibus senis, stylo bifido.* LINN. H. Cliff. p. 46. ROYEN. Lugdb. p. 216. BOEHM. Lips. 568.

*Perficaria acris, spicis longis strigosioribus, vaginis non ciliatis.* HALL. Helv. p. 181.

Habitat in aquis & fossis.

Caules rubri. Vaginæ glabræ, virides. Petioli rubri. Spicæ densæ. Styli in eadem planta modo bifidi & modo bini. Stipulatæ etiam plus & minus ciliatæ. Sapor vero species non constituit. LINN. P. B. p. 212. 283. Nisi ergo certiores dentur differentiæ, Perficariam urentem a miti minime separandam esse censeo.

2. POLYGONUM floribus digynis octandris, foliis caulinis cordato-lanceolatis, semine triquetro.

*Polygonum caule simplicissimo monostachyo, foliis ovatis in petiolam decurrentibus.* LINN. Spec. plant. p. 360.

*Bistorta foliis ovato-oblongis acuminatis.* LINN. H. Cliff. p. 150. H. Upsal. p. 150. ROYEN. Lugdb. p. 217.

*Bistorta foliis imis appendiculatis, semine triquetro.* HALL. Helv. p. 178.

Habitat in udis agri *Labacensis*.

Folia ima ovato-petiolata; superiora e vaginis membranaceis, amplexicaulibus orta, basi cordata, lanceolata, integra. Spica purpurea. Calyx pedunculo brevior. Antheræ ceruleæ. Styli duo. Semen nigrum.

3. POLYGONUM floribus trigynis octandris spicatis, foliis caulinis lanceolatis, semine subrotundo.

*Polygonum caule simplicissimo monostachyo, foliis lanceolatis.* LINN. Spec. plant. p. 360.

*Bistorta foliis imis ad oram nervosis, imis ovalibus, superioribus linearibus, semine gigartino.* HALL. Helv. p. 179.

*Bistorta foliis lanceolatis* LINN. Fl. Lapp. 152. H. Cliff. p. 150. Fl. Svec. 321.

Habitat in Alpibus *Carniolæ*.

Folia ima ovata; caulina lanceolata, omnia petiolata: supremo sessili. Spica alba. Calyx quinquefidus; segmentis ellipticis. Stamina octo & sex; antheris luteis. Styli tres. Semen subrotundum.

Bistortæ radices stypticae sunt & validius astringentes Tormentilla, utiles propterea in omni nimia evacuatione, ablato prius tamen aut enervi reddito eo stimulo, qui morbi est causa proxima.

4. POLYGONUM floribus triandris octandris lateralibus, foliis lanceolatis, caule procumbente herbaceo. LINN. Spec. plant. p. 362.

*Poly-*

*Polygonum caule procumbente herbaceo, foliis lanceolatis integerrimis.* LINN. Mat. Med. 186.

*Polygonum caule herbaceo, annuo.* BOEHM. Lips. 589.

*Polygonum.* LINN. H. Cliff. p. 150. Fl. Svec. 322. ROYEN. Lugdb. p. 215. HALL. Helv. p. 182.

Habitat ad vias & circa hortos abunde.

Caules ramosi, teretes, humifusi. Vaginæ aridæ, integerrimæ. Semen Fagopyri.

Recentia folia, ad recentes morsus Viperarum in Carniola frequentissimarum, sæpe utiliter apponunt Incolæ. Ego familiariter utor hac planta in Diarrhoeis etiam diuturnis, quarum hoc uno remedio integerrime sanatarum observationes habeo non paucas.

5. POLYGONUM floribus trigynis octandris lateralibus planiusculis, caule volubili, semine triquetro.

*Polygonum foliis cordatis, caule volubili, floribus planiusculis.* LINN. Spec. plant. p. 364.

*Fagopyrum scandens, semine calyce incluso.* HALL. Helv. p. 173. BOEHM. Lips. 591.

*Helxine caule volubili.* LINN. Fl. Lapp. 154. H. Cliff. p. 150. Fl. Svec. 323. ROYEN. Lugdb. p. 217.

*Fagopyrum scandens, vulgare.* TOURNEF. Inst. p. 511. BOERHAV. 2. p. 188. ZANICHELL. Ven. p. 99. ICON. 156. SEGUIER. Veron. 1. p. 165.

Habitat ad sepes & in hortis.

Calycis folia tria exteriora majora, duo interiora minora; sexfidum quoque calycem reperi, quem pro universali exemplo non bene proposuit. PONTEDERA *antholog.* p. 265. Semen calyce tectum, triquetrum, alis destitutum.

6. **POLYGONUM** floribus trigynis octandris, caule erecto inermi, feminum angulis integerrimis.

*Polygonum foliis cordato-sagittatis, caule erectiusculo inermi, feminum angulis æqualibus*, LINN. Spec plant. p. 364.

*Fagopyrum erectum, fructu ex calyce eminente, levi*. HALL. Helv. p. 172. BOEHM. Lipsf. 590. Carniol. *Heiden*. non indigena.

Glandulæ octo, flavæ, sessiles in fundo calycis. Stigmate rotunda. Semen inter præcipuos Carniolæ proventus numerandum.

Species prima acerrima est & diuretica; secunda & tertia adstringunt; quarta vero & quinta oleraceæ sunt & prorsus alia vi donatæ. Ergo non omnes plantæ, quæ Genere conveniunt, etiam virtute conveniunt, ut docuit LINNÆVS. *Phil. Bot.* §. 337. *Amoenit. academ.* 1. p. 398.

## CHENOPODIUM.

TOURNEF. *Inst.* p. 506. *Tab.* 288.

Flores hermaphroditi. Calyx quinquefidus D. persistens G. stamina quina C. D. stylus profunde bifidus, ut bini appareant E. semen orbiculatum F. calyce exceptum.

1. **CHENOPODIUM** foliis triangulari - sagittatis integerrimis. LINN. *H. Cliff.* p. 84. *Fl. Svec.* 208. *Mat. Med.* 106. *Spec. plant.* p. 218. ROYEN. Lugdb. p. 278. HALL. *Helv.* p. 174. DALIB. *Paris.* p. 79. BOEHM, *Lipsf.* 557.

Habitat in ruderatis circa domos.

Foliorum nervi saponaceo polline adspersi. Antheræ non elasticæ.

Rigida vasa, tenasque membranas emollit, non sine repellente quadam & digerente efficacia. Utiliter itaque podagricis artubus in cataplasmate  
appo-

apponitur , & dolenti lateri in pleuritide applicatur.

2. **CHENOPODIUM** foliis cordato-triangularibus obtusiusculis dentatis, racemis erectis compositis subnudis caule brevioribus. LINN. *Fl. Svec.* 210. *Mat. Med.* 107. *Spec. plant.* 218. DALIB. *Paris.* p. 78.

*Chenopodium folio levi, multis & variis dentibus laciniato.* HALL. *Helv.* p. 174. BOEHM. *Lipf.* 561.

Habitat ad vias, frequens.

Folia ima ovata, obtusa, dentata, longius petiolata; superiora subtriquetra, acuminata; versus apicem integerrima, subtus farinacea. Farina hæc fit globulis plurimis, sessilibus, inæqualibus, aqueis. Calycis segmenta subovata, hirsutula.

3. **CHENOPODIUM** foliis rhomboideo-triangularibus erosis: postice integris: summis oblongis, racemis erectis. LINN. *Fl. Svec.* 712. *Spec. plant.* p. 219. DALIB. *Paris.* p. 80.

Habitat cum priore.

Caulis infra medium teres. Rami patuli. Racemi foliosi. Folia lanceolata; nervo indiviso. Calyx quasi membranaceus, albicans, acutus. Antheræ rubræ, effuso polline triquetræ.

## AMARANTHUS.

LINN. *Gen. plant.* 941.

Flores masculi & feminei in eadem planta; calycibus coloratis, persistentibus.

*Masculus* staminibus quinque. *Femineus* styliis tribus; capsula colorata, uniloculari, horizontaliter dehiscente, monosperma: femine globoso.

1. **AMARANTHUS** floribus triandris glomeratis, foliis subovato-triquetris, caule diffuso.

*Amaranthus floribus glomeratis lateralibus, foliis ovatis retusis, caule diffuso.* LINN. Spec. plant. p. 990.

*Amaranthus foliis ovatis emarginatis.* LINN. H. Cliff. p. 444. Fl. Svec. 779. ROYEN. Luggb. p. 420. HALL. Helv. p. 176. DALIB. Paris. p. 290.

Habitat in hortis, annua.

Caules diffusi; ramis horizontalibus, angulatis. Folia ima ovata, reliqua ovato-triquetra, acuta; marginibus rubris. Calyx trifidus; segmentis acutis, æqualibus. Stamina tria. Semen compressum, subrotundum, primo rubrum, dein cortice nigro & nucleo purpureum fundente succum.

Ego in hac planta femineos & hermaphroditos flores reperi, hinc potius Polygama esset quam Monoecia.

## PARIETARIA.

TOURNEF. *Inst.* p. 509. *Tab.* 289.

Flores hermaphroditi & feminei in eadem planta. LINN. *Gen. plant.* 929.

Masculi, Feminei, Androgyni. HALL. *Helv.* p. 177. Staminei ovulo abortivo & pistillati sine staminibus LUDWIG. *Defin. gen.* 763. omnes calyce monophyllo, quadrifido, persistente; staminibus (si adfunt) quatuor; germine unico; stylo unico: stigmate penicilliformi; femine unico. Sed unde tanta in sexu varietas in Parietaria, Amarantho, Cannabi, Veratro, Sanguisorba, aliisque plantis, quæ plurimos gerunt flores? an ex defectu nutritionis LUDWIG. *l. c.* certe ab ætate & cultura sexum mutari posse, testis est KRAMMERVS in *introduc.* n. 23.

I. PARIETARIA foliis lanceolato-ovatis integris, LINN. *H. Cliff.* p. 469. *H. Upsal.* p. 302. *Mat. Med.*

*Med.* 472. *Spec. plant.* p. 1052. ROYEN. *Lugdb.*  
p. 210. DALIB. *Paris.* p. 305.

Habitat circa *Heidenschafft*, & *Labacii* in *Arcis monte* olim copiosa, nunc Pharmacopœorum aviditate destructa.

Sapor aqueus foliorum vires emollientes indicat, & acri cuilibet organa respirationis, aut se- & excretioni urinæ destinata, præter naturam irritanti oppositas.

## URTICA.

LINN. *Gen. plant.* 935.

Flores hermaphroditi in *Urtica* PONTEDER. Masculi & Feminei in eadem aut distincta planta in *Urticoide* ejusd. *Mari* stamina quatuor, nectarium centrale. *Femine* calyx diphyllus, persistens, Germen unicum, stylus unicus, stigma radiatim villosum, fermen unicum.

I. URTICA foliis oppositis cordatis, racemis geminis. LINN. *Spec. plant* p. 984.

*Urtica dioica*, foliis oblongo cordatis. LINN. *H. Cliff.* p. 440. *Fl. Svec.* 774. *Mat. Med.* 419. ROYEN. *Lugdb.* p. 210, HALL. *Helv.* p. 177. DALIB. *Paris.* p. 289. BOEHM. *Lipf.* 679.

*Urtica foliis cordatis*, amentis cylindræis, sexu distincta. LINN. *Fl. Lapp.* p. 374.

*Carniol. Coprive.*

Habitat in ruderatis pinguibus.

Caulis obtusifangulus. Folia serrata, cordata, patula. Racemi bini, laterales, penduli, petiolo longiores. *Mari* Folia calycina alterne minora; Nectarium sphaericum, pedunculatum. *Femine* folia calycina ovata, glabra, femine demum longiora. Stylus pallide ruber. Stigma plumosum.

Urticatio in Lethargicis & Paralyfi particulari antiquissima est *ARETÆVS in curat. lethargic. Cap. 2. v. 32.* & etiamnum utilis: Vidi puellæ hac una methodo restitutum brachio sensum & motum. Succus plantæ cochleatim sumptus hæmopthyfi aliaquæ hæmorrhagia laborantibus persæpe profuit. Folia recentia a plerisque spinachii loco in cibum veniunt.

2. *URTICA* foliis oppositis ovalibus. *LINN. Spec. plant. p. 984.*

*Urtica androgyna foliis ovalibus. LINN. H. Cliff. p. 420. Fl. Svec. 773. ROYBN. Lugdb. p. 210. DALIB. Paris. p. 288.*

*Urtica foliis ovatis, amentis cylindræcis androgynis. LINN. Fl. Lapp. 375. HALL. Helv. p. 178. BOEHM. Lips. 680.*

Habitat in hortis, versuris, & circa domos.

Racemi erecti. Folia ovata. Flores androgyni.

## CLASSIS XX.

### TRICOCCÆ.

*LINN. Class. Plant. & Phil. Bot.*

**O**mnes gerunt fructum sulcatum, & acres sunt. Plerisque vero est calyx monophyllus, corolla nulla, stamina plura quam sunt calycis segmenta aut folia, & capsula pluribus loculis monospermis instructa.

## MERCURIALIS.

*TOURNEF. Inst. p. 534. Tab. 308.*

Flores apetalii Masculi & Feminei in diversa planta, calycibus trifidis, patulis; Hi in *Mare* gerunt stamina 5-15. *LUDWIG. Defin. gen. 936, sex TOURNEF. A. B. 9-12. LINN. Gen. plant. 910. 12-16. HALL. Helv. p. 194.*

In



In *femina* vero germen unicum; styli duo, hirsuti; capsula didyma, bilocularis: oculis monospermis.

1. MERCURIALIS caule simplici.

*Mercurialis caule simplicissimo, foliis scabris.*

LINN. H. Cliff. p. 461. Fl. Svec. 823. Spec. plant. p. 1035. ROYEN. Lugdb. p. 203. DALIB. Paris. p. 302. HALL. Helv. p. 194. BOEHM. Lips. 709.

Habitat in sylvis verno tempore.

Caulis simplex. Folia oblonga, nitida, glabra. Bractæ acutæ, lingulatæ. *Mari* spicæ unciales; flores remoti, duo & tres simul; calyx profunde trifidus, patens, regularis; stamina octo, calyce breviora: antheris flavis. *Femina* inflorescentia eadem; germen hirsutum, cujus fulcum excipit ex utraque parte filamentum non antheriferum; fructus *Veronicæ quinquelobæ repentis*, factum capsulis binis scabris didymis & monospermis.

2. MERCURIALIS caule brachiato erecto annuo.

*Mercurialis caule brachiato, foliis glabris.*

LINN. H. Cliff. p. 461. H. Upsal. p. 298. Mat. Med. 464. Spec. plant. p. 1035. ROYEN. Lugdb. p. 263. HALL. Helv. p. 194. DALIB. Paris. p. 302. BOEHM. Lips. 708.

Habitat circa *Labacium* ad vias & in hortis.

Capsulæ subechinatæ.

Sale acri sed aqua copiosa diluto & hebetato pollet, hinc emollit quidem primo dein vero absorpta ab intestinis aqua, salia vires suas exercent, stimulant, alvum ducunt. Primæ speciei narcoticam & venenatam vim inesse monent Viri docti nuperrimi experimentis edocti, ne utraque species in usum Medicum promiscue revocetur.

## EUPHORBIA.

LINN. *Gen. plant.* 536.

Calyx monophyllus, ventricosus, coloratus, persistens; sustinens petala aut scuta quatuor & quinque subrotunda aut lunulata, persistentia. Filamenta duodecim vel plura, e calyce vario tempore successive erumpentia, e receptaculo genita. Stylus unicus LINN. plures HALL. LUDWIG. Capsula triloba, e stylo elongato pendula; loculis monospermis: seminibus subrotundis.

1. EUPHORBIA umbella quadrifida: dichotoma, foliis oppositis integerrimis. LINN. *Spec. plant.* p. 457.

*Euphorbia inermis foliis oppositis lanceolatis integerrimis, umbella universalis quadrifida tetraphylla, ulterioribus dichotomis.* LINN. H. Upsal. p. 140. Mat. Med. 226.

*Tithymalus foliis ad caulem cruciatis, lingulatis, sub floribus cordatis, longe acuminatis, scutis bicornibus, obtusis.* HALL. Helv. p. 189.

*Euphorbia inermis foliis oppositis lanceolatis, umbella universalis quadrifida polyphylla, partialibus triphyllis, reliquis diphyllis.* LINN. H. Cliff. p. 198. ROYEN. Lugdb. p. 196. DALIB. Paris. p. 155.

*Tithymalus latifolius, Cataputia dictus.* HERMAN. Lugdb. p. 599. TOURNEF. Inst. p. 86.

Habitat in hortis circa Idriam, an vere indigena.

Radix biennis. Caulis fistulosus. Folia caulina, lanceolata, in mollem spinulam desinentia; ramea subcordata, situ inæquali: unum enim & majus ad angulum rectum cum radio ponitur, aliud vero deflexum & floriferum est. Rami & radii dichotomi. Petala quinque, crassa, lunata: cornibus obtusis. Stamina ad 18. Capsulæ glabræ, substantia sicca & cellulosa.

Rustici

Rustici femina nonnulla, quæ Pilulas vocant, veno tempore vorant, cum subsequenter torminibus & hypercatharsi.

2. EUPHORBIA umbella quinquefida: dichotoma, involuclis perfoliatis.

*Tithymalus foliis subhirsutis, ad caulem ellipticis, cymbis florum perfoliatis, levissime bifidis, petalis lunatis, acutis.* HALL. Helv. p. 190.

*Euphorbia inermis, foliis lanceolatis, umbella universali multifida, partialibus dichotomis, involuclis semibifidis perfoliatis.* LINN. H. Cliff. p. 199. H. Upsal. p. 142. ROYEN. Lugdb. 197. Sed cur vocat multifidam? cur Tithymalum sylvaticum a characia distinguit in *Spec. plant.* p. 463. cur Euphorbiæ characiæ applicat Synonymum quod convenit etiam sylvaticæ? Ego vel neutram, vel utramque vidi non specie differre, conveniunt enim

Loco natali in sylvis apricis & asperis. Caulibus fruticosis: antiquo decumbente, glabro & casu foliorum cicatrizzato, basi rubro. Foliis imis congestis longioribus, integerrimis. Involuclis perfoliatis, semibifidis. Floribus sessilibus, tetrapetalis; petalis lunatis. Capsulis glabris. Lacte miti. Variant vero Foliorum longitudine, petiolis brevibus vel longioribus, superficie inferiore plus minus lanuginosa; Radiis semel aut bis dichotomis; Floribus aut capsulis citius aut serius decidentibus.

3. EUPHORBIA umbella quinquefida: bifida, involuclis cordatis ferratis, foliis lanceolatis obtusis, floribus sessilibus, capsulis tuberculosis.

Habitat cum dulci LINNÆI, a qua differt.

Tardiore florentia. Caule subangulato. Foliis imis sursum imbricatis, congestis; superioribus remotis, reflexis: apice dilatatis, obtusis, viridioribus, subferratis: marginibus neque pellucidis, neque colora-

tis;

tis; nervis indivisis & minus hirsutis. Floribus ramis intermediis sessilibus, fertilibus. Flore centrum umbellæ occupante masculino, breviter pedunculato. Involucellis ferratis. Flore intermedio hermaphrodito, sessili. Petalis rubris, quæ juniora virent. Calycibus glabris. Capsulæ subluteæ angulis asperis, tuberculosis.

4. EUPHORBIA umbella quinquefida: bifida, involucellis oblongis integris, foliis lanceolatis acutis, floribus pedunculatis, capsulis verrucosis.

*Euphorbia umbella quinquefida: bifida, involucellis subovatis, foliis lanceolatis obtusis integerrimis.* LINN. de Euphorb. 35. Spec. plant. p. 457.

*Tithymalus foliis ad caulem subhirsutis, ellipticis, brevibus, sub floribus binis, cordatis, capsularum media parte verrucosa.* HALL. Helv. p. 190. Habitat in siccis & sterilibus.

Folia acuta, integerrima; oris rubris, pellucidis, inferne villosa. Rami raro fertiles, flore intermedio perpetuo sterili. Involucrum foliis caulinis simile. Rami dichotomi, involucellis similibus; medio flore sterili, pedunculato. Calyces villosi. Petala flava. Capsula virens, verrucosa.

5. EUPHORBIA umbella quinquefida: bifida, involucellis supra medium ferratis ovatis, caulibus diffusis.

Habitat in pratis sterilibus, passim.

Caules in cespitem quasi sphaericum collecti, ex eadem radice plurimi, diffusi, teretes, simplices, semipedales, ad basim nudi, ex antiquis & aridis orti. Folia sessilia, ovato-lanceolata, alterna, patentia, remota, obtusa, serrulata, marginibus circa basim breviter villosis. Umbellæ flavescentis radii quini, involucro brevioribus pedunculis; flore medio masculino, pedunculato, glabro, pentapetalo. Involucella ovata,  
bina,

bina, supra medium serrata. Flores tetrapetali, medii masculi. Petala subrotunda. Capsula verrucosa, non hirsuta. Passim obvia degeneratio hujus plantæ occurrit caulibus erectis, flore destitutis, foliis utrinque densissima veluti scabie tuberculorum flavescensium asperis.

6. EUPHORBIA umbella quinquefida: bifida, involuclis subovatis, foliis lanceolatis obtusis integerrimis. LINN. de Euph. 35. Spec. plant. p. 457.

*Tithymalus foliis ad caulem subhirsutis, ellipticis, brevibus, sub floribus binis, cordatis, capsularum media parte verrucosa.* HALL. Helv. p. 190.

Habitat circa Idriam.

Folia oblonga, utrinque villosa, integerrima. Involuceri folia acutiora. Involucella subcordata. Capsula hirsutula, verrucosa. Proxime accedit ad speciem tertiam, diversa tamen.

7. EUPHORBIA umbella quinquefida: bifida, involuclis linearibus, capsulis glabris.

Habitat in arvis circa *Labacium superius*.

Caulis vix semipedalis. Rami subradicales, glabri, dichotomi. Folia linearia, diu persistentia. An degener varietas *Tithymali annui lunato flore, linearis folio longiore* MORISONI Hist. 3. p. 339.

8. EUPHORBIA umbella quinquefida: trifida: dichotoma, involuclis subovatis, foliis lanceolatis serrulatis, capsulis verrucosis. LINN. de Euph. 32.

Spec. plant. p. 459.

*Tithymalus foliis subhirsutis, ad caulem ellipticis, sub floribus binis, subrotundis, distinctis, capsulis totis verrucosis.* HALL. Helv. p. 191.

Habitat in incultis, fabulosis, apricis.

Umbella a naturalissimo quinario radiorum numero facillime deficiens. Radii trifidi, & ter dichotomi. Involucrum lanceolatum, secundum ovatum, cætera cordata. Flores radiorum primi plerumque

steriles, alii fertiles, erecti, pedunculati. Petala subrotunda, flavescentia. Capsula erecta, virens, verrucosa; villis paucis, in senio deciduis supra medium pubescens.

9. EUPHORBIA umbella quinquefida, trifida, dichotoma, involucellis ovatis, petalis subrotundis, capsulis glabris.

*Euphorbia umbella quinquefida, trifida, dichotoma, involucellis obovatis, foliis cuneiformibus ferratis.* LINN. de Euph. 42. Spec. plant. p. 459.

*Tithymalus non acris, foliis ferratis, rotunde terminatis, radiis umbelle quinis, latissimis.* HALL. Helv. p. 194.

*Euphorbia inermis foliis crenatis, umbella universali multifida polyphylla, partialibus trifidis, propriis triphyllis.* LINN. H. Cliff. p. 198. Fl. Svec. 436. ROYEN. Lugdb. p. 197. DALIB. Paris. p. 156. BOEHM. Lips. 77.

Habitat in hortis & arvis post demessas segetes.

Folia caulina cito decidua, in radiis diutius persistentia. Radii bis trifidi, bis terque dichotomi. Flores intermedii plerumque steriles. Calyces glabri, sessiles. Petala virentia, subrotunda. Capsula virens, glabra.

10. EUPHORBIA umbella multifida: dichotoma, involucellis cordatis, foliis lanceolatis.

*Euphorbia umbella multifida: dichotoma, involucellis subcordatis patulis, petalis bicornibus, ramis sterilibus, foliis uniformibus.* LINN. de Euph. 48. Spec. plant. p. 461.

Carniol. *Meitsek.*

Habitat circa *Lacum Zirchnicensem* abunde.

Caulis bipedalis, annuus, glaber; alba medulla. Folia conferta, lanceolata, glabra. Rami folio longiores, bifidi; flore intermedio sterili, aliis fertilibus.

Invo-

*Involucella cordata*, integerrima, sublutea. Flores radorum primi sæpius fertiles. Capsula glabra, pendula, e calyce sessili.

Rusticus militiæ nomen dare coactus, ut recognoscentibus haud idoneus videretur, apposuit abdomini summitates hujus plantæ. Intumuit inde toto corpore, ac præsertim abdomine, mirum in modum. Hac fraude militare jugum evasit quidem, sed superveniente sphacelo, inflammati ventris, miserrime périit. Simili dolo evasit alter quoque Villicus, tumefacto nempe, ex applicata hac herba, scroto adeo enormiter, ut capite humano majus fuerit. Hic pariter dolores in eo loco diu equidem passus est, sed omnino convaluit.

11. *EUPHORBIA umbella multifida*: dichotoma, involucellis cordatis, foliis linearibus, capsulis glabris.

*Euphorbia umbella subquinquefida*: bifida, involucellis cordato-reniformibus, foliis sursum imbricatis. LINN. de Euph. 53. Spec. plant. p. 458.

*Tithymalus foliis glaucis linearibus, spinula terminatis, radiis umbellæ pluribus reflexis, petalis obtusis*. HALL. Helv. p. 192.

*Euphorbia inermis foliis setaceo-linearibus confertis, umbella universali multifida, partialibus ramose bifidis*. LINN. H. Cliff. p. 200. ROYEN. Lugdb. p. 193.

Habitat ad vias circa *Vipaccum, Labacium, Arcem Auersperg* &c.

Caulis ramosus. Folia setacea, glauca, patula. Involucrum polyphyllum, lanceolatum. Umbellæ radii ad 16. dichotomi, plerumque steriles. Involucella cordata, integerrima, subrubra. Capsula erecta, glabra.

12. *EUPHORBIA umbella multifida*: dichotoma, involucellis cordatis, foliis linearibus, capsulis verrucosis.

*Euphorbia umbella multifida*: dichotoma, involucellis subcordatis, ramis sterilibus, foliis setaceis, caulibus lanceolatis. LINN. Spec. plant. p. 461.

*Tithymalus foliis ad caulem linearibus obtusis, radiis umbellæ pluribus, petalis lunatis.* HALL. Helv. p. 193.

Habitat ad vias passim.

Caulis supra medium ramosus. Rami inferiores steriles, foliosi; superiores floriferi, fertiles, plerumque nudi. Folia linearia, glabra, patula, plurima, vix uncialia, sine spina. Involucella lata, cordata, integerrima. Flores medii plerumque fertiles. Calyx glaber, flavus, pedunculatus. Petala flava. Capsula obtusa.

## CLASSIS XXI.

### CONTORTI.

LINN. *Class. Plant. & Phil. Bot.*

**C**alyx monophyllus, quinquefidus. Flos hermaphroditus. Corolla monopetala, fructum continens. Stamina quinque; ut in *Asperifoliis*, sed corollæ lacinia cum sole ut plurimum flexæ; fructus ex binis capsulis polyspermis plerumque compositus; ingenium acrius.

Classis hujus adfinitatem cum superiore demonstrat *Euphorbiæ* cum *Apocyno* communis lactescens, acerrima & nauseosa facultas, nec non fructus, ficcus & ex pluribus veluti capsulis invicem connatus constans.

## ASCLEPIAS.

LINN. *Gen. plant.* 270.

Calyx monophyllus, persistens, quinquefidus  
TOURNEF. *Tab.* 21. E. 22. D. LINN. *l. c.* LUDWIG.  
*Defin. gen.* 98. 99. pentaphyllus HALL. *Helv.* p. 525.  
Corol-



Corolla monopetala, quinquefida; tubo brevi. Stamina quinque; squamis quinque ad stylum compressa. Germina duo. Styli duo. Capsulæ binæ, uniloculares. Semina plura, compressa, papposa.

1. *ASCLEPIAS* foliis ovatis: basi cordatis, caule erecto, umbellis proliferis. LINN. *Spec. plant.* p. 216.

*Asclepias caule erecto simplicissimo herbaceo, foliis cordato-lanceolatis, racemis conglomeratis alternis.* LINN. *Fl. Svec.* 200. *Mat. Med.* 103.

DALIB. Paris. p. 76. BOEHM. Lips. 56.

*Asclepias foliis ex ovato-lanceolatis, floribus confertis.* HALL. *Helv.* p. 525.

*Asclepias caule erecto annuo, foliis ovato-lanceolatis, floribus confertis.* LINN. *H. Cliff.* p. 78.

ROYEN. *Lugdb.* p. 410.

Habitat in sterilibus & asperis.

Folia cordata, infra flores lanceolata; oris nervisque tomentosus. Racemus ex unica axilla, nudus; pedunculis umbellatis: unico ramoso. Calyx regularis; segmentis capillaribus. Corollæ faux squamis crassis erectis ornata. Siliquæ longæ.

Radices acres sunt & amaræ, non sine veneni suspicione, in tanta similitudine Apocyni, ut recentes vomitum provocent. HALL. *l. c.* subvenenatas esse etiam LINNÆVS affirmat *Mat. Med. l. c.* ad excitandos sudores, & pellenda exanthemata, laudantur a multis; cum vero tutiora adsint medicamenta, quæ iisdem indicationibus satisfaciunt, a suspectis hisce radicibus præstat abstinere.

## VINCA.

LINN. *Gen. plant.* 261.

Differt ab *Asclepiade* corolla hypocrateriformi, longo tubo donata TOURNEF. *Tab.* 45. A. B.; segmentis oblique truncatis; stylo unico D; seminibus

bus nulla adhærente lanugine RAY *Meth. emend.*  
p. 82.

1. VINCA caulibus procumbentibus, foliis lanceolato-ovatis. LINN. *Spec. plant.* p. 209.

*Pervinca foliis ovato-lanceolatis.* HALL. *Helv.*  
p. 526. BOEHM. *Lips.* 41.

*Vinca foliis ovatis.* LINN. *H. Cliff.* p. 77. *H. Upsal.* p. 53. *Mat. Med.* 101. ROYEN. *Lugdb.*  
p. 412. DALIB. *Paris.* p. 75.

*Vinca provinca.* Officin. VOLKAM. *Norimb.*  
p. 400.

Habitat in sterilibus, ficcis, umbrosisque locis.

Caules floriferi erecti, steriles humifusi. Folia firma, oblonga, integerrima, opposita. Ala unica uniflora; pedunculo folio caulis floriferi longiore. Calyx regularis. Corollæ tubus segmentis crenulatis nihilo longior; fauce barbata, pentagona. Filamenta basi hirsuta, gibbosa; antheris ciliatis, tectis corona villorum e tubo prodeuntium. Siliculæ polyspermæ raro ad maturitatem perductæ, coërcitæ claustris adfidentibus subrotundis.

Adstringens est planta sicca præsertim, & in Gargarismate ad uvulæ laxitatem utilis; reliquæ, quæ huic passim tribuuntur laudes, apud me fidem non inveniunt.

## CLASSIS XXII.

### ASPERIFOLIÆ.

HERMAN. RAY. BOERHAAV. LINN. ROYEN.  
HALL.

**C**alyx monophyllus, quinquefidus, persistens. Corolla monopetala, tubulosa, quinquefida. Stamina quinque, e tubo genita. Stylus unicus. Germina quatuor. Fructus ficcus, constans quatuor, aut paucio-

paucioribus feminibus vel capsulis calyce dilatato inclusis. Vires subadstringentes, subinde narcoticæ.

## I. *Corolla regulari.*

# CYNOGLOSSUM.

LINN. *Gen. plant.* 168.

Essentia generis consistit in quatuor capsulis monospermis, stylo affixis. LINN. *loc. cit.*

1. CYNOGLOSSUM fructu glabro, foliis petiolatis ovatis, caule repente.

*Cynoglossum repens, foliis radicalibus cordatis.*

LINN. *H. Cliff.* p. 47. *Spec. plant.* p. 135.

ROYEN. *Lugdb.* p. 406.

*Omphalodes pumila verna, symphyti folio.*

TOURNEF. *Inst.* p. 140.

Habitat ad radices montium in *Carniola* frequens, verno tempore.

Caulis repens; scapo florifero erecto, folioso. Folia omnia petiolata, ovata, acuminata. Racemi laterales, folio longiores, nudi; terminalis foliosus. Flores erecti, sparsi, pauci; pedunculis post delapsam corollam cernuis. Calyx villosus, profunde quinquefidus; segmentis acutis, æqualibus, corollæ tubo longioribus. Corolla cærulea, hypocrateriformis; segmentis orbiculatis, plica distinctis; fauce clausa squamis albis, non eminentibus, stellam referentibus. Stamina corollæ tubo breviora; filamentis albis; antheris flavis. Capsulæ pendulæ, umbilicatæ, heteromalæ, glabræ, monospermæ; marginibus ad lentem vitream villosis, calyce patentissimo & stellato inclusæ. Semen ovatum, interiori latere affixum.

2. CYNOGLOSSUM fructu echinato, foliis imis petiolatis: caulinis sessilibus amplexicaulibus.

*Cynoglossum flaminibus corolla brevioribus, foliis lato-lanceolatis tomentosiss sessilibus.* LINN. Spec. plant. p. 134.

*Cynoglossum foliis ovato-lanceolatis.* LINN. H. Cliff. p. 47.

*Cynoglossum foliis amplexicaulibus, lingulatis, mollibus, hirsutis.* HALL. Helv. p. 521 BOEHM. Lipf. 25.

*Cynoglossum foliis lanceolato-ovatis, corollis calycem æquantibus.* ROYEN. Lugdb p. 406. LINN. Fl. Svec. 154. Mat. Med. 60.

Carniol. *Passie jeshk.* in aridis, non rarum.

Corolla violacea, infundibuliformis; segmentis suberectis, absque plica, calyce paulo longioribus; squamis erectis, violaceis, divergentibus, papillofis ad faucem positis. Filamenta basi latiora; antheris rubris, polline flavo. Stylus conicus. Capsulæ echinatae.

Narcotica vis Cynoglossi non hæret in parte fixâ, sed in spiritu volatili qui ex aqua destillata naribus exceptus, temulentiam inducit, quare ergo in extracto narcotico adeo perniciosam quærent multi ut in numero remediorum tolerandum non esse sentiant? Sed neque tota planta adeo deleteria est, ut quidam putant. Dedi sæpius extractum radice in Dysenteriis ad corrigendam acrimoniam non sine fructu. Dedi folia aliis herbis immixta pro potu theiformi in tussi illa sicca & convulsiva quæ ab acri & irritante serò dependet, absque ulla cerebro illata noxa. Tutò itaque sed caute utantur Medici Cynoglossi & nocere certe nunquam.

## MYOSOTIS.

LINN. Gen. plant. 518.

Varie à Botanicis denominati Generis essentia consistit in fauce corollæ hypocrateriformis clausa  
squa-

squmis quinque stellam exprimentibus, & seminibus acuminatis.

1. MYOSOTIS seminibus nudis: foliorum apicibus callofis. LINN. Virid. Cliff. p. 149. H. Cliff. p. 45. Fl. Svec. 149. Spec. plant. p. 131. ROYEN. Lugdb p. 404.

*Heliotropium foliis glabris.* BOEHM. Lipf. 31.

*Scorpiurus perennis, floribus majoribus.* HALL. Helv. p. 520.

*Myosotis glabra, pratensis.* DILLEN. Giff. p. 67. LINN. Fl. Lapp. 75.

*Heliotropium minus, angustifolium, palustre.* BOERHAV. I. p. 190.

*Myosotis palustris, minor.* RUP. Ien. p. 7.

*Lithospermum palustre minus.* TOURNEF. Inst. p. 137. SEGUIER. Veron. I. p. 222.

Habitat in pratis humidioribus.

Folia sessilia, oblonga. Racemi axillares. Calyx segmentis corollæ longior. Corollæ limbus diæmetrum habet tubo brevior, faux luteis squamis ornata. Antheræ flavæ; corpusculo subovato, aqueo terminatæ.

2. MYOSOTIS seminibus aculeis glochidibus, foliis lanceolatis pilosis. LINN. Fl. Svec. 150. Spec. plant. p. 131. DALIB. Paris. p. 57.

*Cynoglossum foliis lanceolatis, floribus in foliorum alis subsessilibus.* QUETTARD. Stamp. I. p. 92.

*Cynoglossum foliis lingulatis, hirsutis, subasperis, floris minimi tubo longiore.* HALL. Helv. p. 521.

*Lithospermum seminibus aculeatis.* LINN. H. Cliff. p. 46.

*Buglossum angustifolium semine echinato.* TOURNEF. Inst. p. 134. SEGUIER. Veron. I. p. 215.

Habitat in agro Vipacensi.

## LITHOSPERMUM.

TOURNEF. *Inst.* p. 137. *Tab.* 55.

Corolla infundibuliformis A; fauce pervia. Semina *Myosotidis*.

- I. LITHOSPERMUM feminibus lævibus, corollis calycem vix superantibus. LINN. *H. Cliff.* p. 46. *Fl. Svec.* 151. *Mat. Med.* 57. *Spec. plant.* p. 132. ROYEN. *Lugdb.* p. 405. DALIB. *Paris.* p. 58.

*Lithospermum foliis subtus nervosis, floribus in alis foliorum exeuntibus.* HALL. *Helv.* p. 518.

Carniol. *Titsha brosu.*

Habitat in apricis & aridissimis locis.

Caulis supra medium ramosus. Folia lanceolata. Corollæ tubus calycis longitudine, pedunculo duplo crassior. Antheræ rufæ. Semen album, solidissimum, splendens, diu calyci adhærens.

Quid inest adeo laudabile his feminibus? Iners, insipida, inodora terra & præterea nihil. HALL. LINN.

## PULMONARIA.

TOURNEF. *Inst.* p. 136. *Tab.* 55.

Calyx pentagonus E. Corolla infundibuliformis A. Semina obtusa F.

- I. PULMONARIA foliis radicalibus in petiolum decurrentibus: caulinis sessilibus semiamplexicaulis.

*Pulmonaria foliis radicalibus ovato-lanceolatis, inferius decurrentibus.* BOEHM. *Lips.* 30.

*Pulmonaria foliis radicalibus linguæformibus.*

HALL. *Helv.* p. 517.

*Pulmonaria foliis radicalibus lanceolatis.* LINN.

*H. Cliff.* p. 44. *Spec. plant.* p. 135. ROYEN.

*Lugdb.* p. 404. DALIB. *Paris.* p. 60.

Carniol. *Pluzhenigck.*

Habitat

Habitat ubique in sylvis.

Calycini villi capitulo exiguo concolore sæpius ornati sunt. Faux corollæ pilosa, non clausa unguibus.

Attenta diversitate foliorum, quam huic plantæ alpina aut humiliora loca tribuunt, facile adducor ut credam speciem hanc non differre ab illa cui folia radicalia ovato-cordata sunt; Non etiam *Pulmonaria femina* TABERNEM. p. 948. aut maculosa II. ejusdem, quam ad specimen foliis cordatis citant HALLER & BOEHMER, folia minima cordata gerit.

In Catharrhis, Tussi, & Phtyfica labe pulmonum recens planta convenit, sicca vero nihil est nisi terra.

## SYMPHYTUM.

LINN. *Gen. plant.* 170.

Corollæ faux clausa palis quinque subulatis, in conum convenientibus. Semina gibba, acuminata.

I. SYMPHYTUM foliis ovato-lanceolatis decurrentibus. LINN. *H. Cliff.* p. 47. *Fl. Svec.* 155. *Mat. Med.* 61. *Spec. plant.* p. 136. ROYEN. *Lugdb.* p. 407.

*Symphytum foliis ovato-lanceolatis, caule alato.* HALL. *Helv.* p. 514. BOEHM. *Lipf.* 28.

Habitat Variet. (a.) in aquosis & pinguibus, (b.) circa Hydriam, & Pellant in ficcioribus locis, *Gabes* dictum.

Varietas (a.) *Flore rubro.* Racemos habet plures, multifloros. Corollæ limbum arctiorem; tubum crassiolem; colorem vero violaceo-rubrum. Varietas autem (b.) *Flore flavo* gerit caulem breviorlem, vix cubitalem, minus alatum. Racemos paucos; Flores longiores; Palorum margines ciliato-glandulosos Folia pallidiora, molliora, minus nervosa.

Radix

Radix crasso muco adeo abundat ut nisi debitam aquæ copiam addas, gelatinam efficiat. Decoctum utile est ad oblinienda & consolidanda intestina post diuturnas Dysenterias, quomodolibet applicatum.

## CERINTHE.

LINN. *Gen. plant.* 171.

Character essentialis consistit in corollæ regularis fauce pervia & nuda. LINN.

1. CERINTHE foliis amplexicaulibus integris, fructibus geminis, corollis acutis clausis. LINN. *Spec. plant.* p. 137.

*Cerinte foliis amplexicaulibus integris, floribus profunde quinquefidis.* HALL. *Helv.* p. 516. Habitat circa *Idriam* & alibi passim.

Caulis teres, ramosus. Folia integerrima, ovalia, fere glabra, amplexicaulia, maculosa, non emarginata, neque decurrentia. Corolla flava, clausa, semiquinquefida; denticulis æqualibus. Antheræ dentium longitudine, e basi binas aristas horizontales emittentes.

Plantam hanc olim in mea *Methodo Plantarum Vindobonæ* edita, & festinanter conscripta, pro nova proposui. Fateor autem nunc errorem, passurus forte postea & alios - neque enim est levitas a cognito & damnato errore discedere, & ingenue fateri: aliud putavi; deceptus sum. SENECA *Lib. 4. de Benefic. cap. 38.*

2. CERINTHE foliis lanceolato-linearibus hispidis, seminibus quaternis distinctis. LINN. *H. Cliff.* p. 48. *Spec. plant.* p. 137. ROYEN. *Lugdb.* p. 408.

*Symphytum foliis lingulatis, hispidis, flore palis destituto.* HALL. *Helv.* p. 515.

*Echium Anchusæ facie, flore luteo, minus,* HERMAN. *Lugdb.* p. 225.

*Symphy-*



*Symphytum Echii foliis angustioribus, radice rubra, flore luteo.* TOURNEF. Inst. p. 138. SEGUIER. Veron. I. p. 225.

Habitat circa S. Vittum.

Caulis adicendens. Folia sessilia. Flos luteus. Calyx erectus; laciniis linearibus, inæqualibus. Corollæ denticuli reflexi; faux nuda. Semina duo, tria, & quatuor. Fauces *Symphyti*, character vero *Cerinthæ*.

## ANCHUSA.

LINN. Gen. plant. 167.

Corolla infundibuliformis, cujus faux claudita squamis quinque. Semina obtusa.

I. ANCHUSA foliis lanceolatis, spicis imbricatis fecundis. LINN. H. Cliff. p. 46. Fl. Svec. 152. Mat. Med. 59. Spec. plant. p. 133. ROYEN. Lugdb. 406. DALIB. Paris. p. 59.

*Buglossum floribus longe spicatis.* HALL. Helv. p. 523. BOEHM. Lips. 22.

Carniol. *Volouski iesik*.

Habitat in ruderatis & versuris agri *Labacensis*, *Lokensis* &c.

Caulis apex dichotomus. Squamæ corollæ convexæ, pallidiores, oris villosis.

Tota planta succo glutinoso & subacido, ac sale nitroso foeta refrigerat unice & convenit in æstu febrili & ubi humores in putredinem vergunt; principia vero activa quæ debili fibræ debitam elasticitatem concilient, nulla possidet. In tubis corollarum latet nectar apibus expetitur, balsamicæ naturæ.

BORRAGINEM, viribus Medicis *Buglossi* similem, de industria omitto, cum indigena non sit.

II. *Corolla irregulari.*

## ECHIUM.

TOURNEF. *Inst.* p. 135. *Tab.* 54.

Misereor huic Generi, ob corollam irregularem, vitio methodi artificialis a fociis asperifoliis avulso, & alienissimis stirpibus Verbasco, scrophulariæ ac similibus associato.

I. ECHIUM spicis lateralibus, foliis lanceolatis hispidis.

*Echium caule simplici erecto, foliis caulinis lanceolatis hispidis, floribus spicatis lateralibus.* LINN. *H. Cliff.* p. 43. *Fl. Svec.* 158. ROYEN. *Lugdb.* 407. DALIB. *Paris.* p. 61.

*Echium foliis lingulatis, hispidis, ex singulis alis spicatum.* HALL. *Helv.* p. 513. BOEHM. *Lips.* 151.

Habitat ad vias & in pratis.

Caulis primo alterove anno simplex, dein e basi ramosus. Villi in caule bulbosi; bulbis vaginam setæ Jungermanniæ quodammodo referentibus. Cæterum *Flos cæruleus* si fuerit, scapi sunt cærulescentes, stamina purpurea, villorum bulbi sanguinei; si *albo ruber* Floris partes unicolores, bulbi villorum flavi; si *albus* alba in flore omnia, bulbilli virides.

## CLASSIS XXIII.

## VERTICILLATÆ.

RAY. HERMAN. BOERHAAV. LINN.

**E**ssentialis Character consistit in staminibus quatuor, quorum duo propiora breviora conniventia, cum Pistilli stylo unico, intra corollam inæqualem recepta. LINN. *Gen. plant. Class.* XIV. quo conveniunt cum *Perjonatis*; differunt autem feminibus nudis

nudis in sinu calycis tanquam capsula reconditis, inflorescentia, calidiore natura.

## I. *Unilabiata*.

# B U G U L A .

HALL. *Helv.* p. 633.

Corolla unilabiata; labio trifido: segmento medio lato, emarginato.

1. BUGULA foliis ovatis, inter flores stipatis, flagellis reptans. HALL. *Helv.* p. 634.

*Ajuga stolonibus reptatricibus.* LINN. *Spec. plant.* p. 561.

*Teucrium foliis obverse ovatis crenatis, caule simplicissimo, stolonibus reptatricibus.* LINN. *H. Cliff.* p. 301. ROYEN. *Lugdb.* p. 306. DALIE. *Paris.* p. 170.

Habitat ad vias & in sterilibus non rara.

Ala 3-5 flora. Flores breviter pedunculati. Corollæ tubus calyce fere duplo longior, postice crassior. Germen villorum corona tectum.

Decoctum Bugulæ sanat fauces ab Anginis contumacioribus suppuratas.

2. BUGULA foliis angulose dentatis, caule simplici. HALL. *Helv.* p. 635.

*Ajuga tetragono pyramidalis.* LINN. *Fl. Svec.* 475. *Mat. Med.* 306. *Spec. plant.* p. 561. DALIE. *Paris.* p. 169.

Habitat in sylvis, rarior.

Differt habitu, hirsutie, stolonum defectu, corollis minoribus pluribusque. Hanc, pro *Consolida media*, ponit LINNÆVS, vi medica priori similem.

3. BUGULA foliis trifidis, floribus sparsis in alis foliorum. HALL. *Helv.* p. 634.

*Teucrium*

*Teucrium foliis trifidis, linearibus integerrimis, floribus sessilibus axillaribus.* LINN. H. Upsal. p. 160. Mat. Med. 287. Spec plant. p. 562.

*Teucrium foliis simpliciter trifidis.* LINN. H. Cliff. p. 301. ROYEN. Lugdb. p. 306. SAUVAG. Monsp. p. 175. DALIB. Paris. p. 173. Carniol. *Touge Conoble.*

Habitat circa *Labacium, Vipaccum* &c.

Labii segmentum medium brevissimum. Semen ovatum, foveolis cicatrizatum. Vi aromatica & emmenagoga plerasque socias imitatur. Rheumaticis doloribus medetur infusum diu & sæpius usurpatum.

## TEUCRIUM.

LINN. *Species pleræque Chamædris.* HALLERI.

Corolla uniladiata; labio quinquefido: Segmento medio excavato, ferrato aut crenato.

1. TEUCRIUM foliis oblongis sessilibus dentato-ferratis, floribus geminis axillaribus, caule diffuso. LINN. *Spec. plant.* p. 565.

*Chamædris foliis ellipticis, ferratis, mollibus, verticillis inter folia paucifloris.* HALL. Helv. p. 631.

*Teucrium foliis ovato-lanceolatis ferrulatis sessilibus, floribus sæpius binatis.* LINN. H. Cliff. p. 302. Fl. Svec. 476. Mat. Med. 289. ROYEN. Lugdb. p. 306. DALIB. Paris. p. 171.

*Chamædris palustris, canescens, seu scordium Officinarum.* TOURNEF. *Inst.* p. 205. VAILLANT. Paris. p. 33.

Habitat in paludosis circa *Labacium.*

Cadaverum carnes scordio incumbentes minime computruisse narrat GALENUS de *antidot.* L. I. c. 12. Odor certe, sapor & chemica analysis magnam salis volatilis oleosi copiam ei inesse demonstrant; hinc recte

recte ad gangrænas cohærendas & vitam reddendam partibus semimortuis, externum ejus usum plurimum commendarunt summi Viri HOFFMAN. *de Syhac.* §. 2. BOERHAVIUS ejusque Illustris Commentator. Lib. BARO VAN-SWIETEN §. 438.

2. TEUCRIUM foliis ovato-incisis crenatis petiolatis, floribus subverticillatis. LINN. *H. Cliff.* p. 302. *Mat. Med.* 288. *Spec. plant.* p. 565. ROYEN. *Lugdb.* p. 307. DALIB. *Paris.* p. 170.

*Chamædris procumbens, foliis solidis, ovatis, rotunde crenatis.* HALL. *Helv.* p. 630.

Carniol. *Sveta Ursha roscha.*

Habitat in siccis, asperis & apricis.

Pedunculi calycibus breviores. Corollæ tubus labio brevior, convergens.

An hæc *Trixago* Veterum, cujus decocto rusticos homines a pleuritide sanari scripsit CELSUS *Lib. 4. cap. 6* ? Ita censet Eruditissimus TRILLERUS in *Comment. ad eum locum.* ubi saluberrimam plantam vocat, & contra pectoris morbos acutosque dolores egregium usum præstare docet. Sed vis febrifuga, stomachica, pellens, & aromatica indoles, cautos esse jubet Medicos, ne ea facile utantur in morbis ab impetu nimio & caloris augmento productis.

3. TEUCRIUM foliis multifidis, floribus verticillatis utrinque ternis. LINN. *Spec. plant.* p. 562.

*Chamædris foliis pinnatis, pinnis obtuse trifidis.*

HALL. *Helv.* p. 633.

*Teucrium foliis aliquoties trifidis, floribus verticillatis.* LINN. *H. Cliff.* p. 301. ROYEN. *Lugdb.* p. 306. DALIB. *Paris.* p. 171. SAUVAG. *Monsp.* p. 248.

Habitat circa *Idriam* asperrimis in locis.

Caulis dum repit simplex, dein erectus & ramosus. Rami simplices. Folia pinnatifida; pinnis trifidis, bifidis & simplicibus, superne sulco exaratis.

Ala bi-vel triflora. Pedunculus petiolo & calyce brevior. Calyx ventre rugoso. Corollæ tubus calyce brevior; labii segmentum medium subcrenatum.

4. **TEUCRIUM** foliis cordatis ferratis petiolatis, racemis lateralibus secundis, caule erecto. LINN. *Spec. plant.* p. 564.

*Chamædrys foliis cordatis, scapis floriferis nudis, spicatis, longissimis.* HALL. *Helv.* p. 632.

*Teucrium foliis cordatis crenatis petiolatis, spicis laxis secundis.* LINN. *H. Cliff.* p. 301. ROYEN. *Lugdb.* p. 306. DALIB. *Paris.* p. 171.

*Chamædrys fruticosa sylvestris, Melissa folio.* TOURNEF. *Inst.* p. 205. VAILLANT. *Paris.* p. 33.

Habitat circa *Pellant*, & ad radicem *M. Planinæ*.

Folia salviæ villosa, cordato-oblonga. Racemi laterales, secundi; floribus sursum uno versu tendentibus; pedunculis oppositis, calyce brevioribus, foliolo ovato acuto suffultis. Calyx folio concolor; segmento supremo cordato, erecto. Corolla aquose lutea; segmentis minoribus obtusis; tubo labio longiore, subrubro. Stamina villosa, subrubra. Semina subrotunda.

5. **TEUCRIUM** corymbo terminali, foliis lanceolatis integerrimis. LINN. *Spec. plant.* p. 565.

*Chamædrys foliis integris, angustis, ellipticis, subtus incannis.* HALL. *Helv.* p. 632.

*Teucrium foliis lanceolatis integerrimis petiolatis, spicis laxis subrotundis.* LINN. *H. Cliff.* p. 302. ROYEN. *Lugdb.* p. 305. DALIB. *Par.* p. 172.

Habitat in collibus ficcis, fabulosis.

Caulis repens, fruticosus. Folia lanceolato-linearia, subtus albo tomento tecta, crasso nervo. Flores in apicibus ramorum erecti, aggregati, breviter pedunculati, foliolo distincti. Calyx oblongus, non gib-

gibbosus, nec aristatus, subæqualis. Corolla albida; segmento ultimo integerrimo, ascendente; mediis subovatis.

## II. *Bilabiata*.

### SALVIA.

A. *Staminibus duobus.*

LINN. *Gen. plant.* 36.

Filamentorum bifurcatio singularis (TOURNEF. *Tab.* 83. F.) constituit essentialem characterem. LINN. *Syst. Nat. & Gen. plant. loc. cit.*

1. SALVIA foliis lanceolato-ovatis integris crenulatis, floribus spicatis, calycibus acutis. LINN. *H. Cliff.* p. 12. *H. Upsal.* p. 10. *Mat. Med.* 13. *Spec. plant.* p. 23. ROYEN. *Lugdb.* p. 307. SAUVAG. *Monsp.* p. 143.

Carniol. *Saibl. Shaubei, Shalvei.*

De hac & *Roremarino* valde dubito indigenas esse, audio tamen nasci in Gartsch, quibus plantis pastæ oves laticaudæ, sâpidas & grato odore præditas carnes habent, brevi ad naturalem odorem redivas, si alio pabulo fuerint enutritæ.

Grato & penetrabili aromate quidquid est debile egregie roborat & mucum dissipat in primis viis collectum, eaque virtus in foliis fortior est quam in floribus. Sed unde venenata salviæ natura notata a PARÆO, MATHIOLO, MEIERO, ipsoque linguæ Italicæ Magistro JOAN. BOCACCIO? credat hisce fabulis nemo mente sana præditus.

2. SALVIA foliis cordato-oblongis ferratis: summis amplexicaulibus, verticillis subnudis, corollis galea glutinosis. LINN. *spec. plant.* p. 25.

*Salvia foliis ovato-lanceolatis, ferratis, verticillis raris & diffitis.* HALL. *Helv.* p. 638. BOEHM. *Lips.* 81.

*Salvia foliis ovato-incis crenatis, verticillis subnudis.* LINN. *H. Cliff.* p. 12. *H. Upsal.* p. 10. *Fl. Svec.* 28. ROYEN. *Lugdb.* p. 310.

Carniol. *Dovic Saibl.*

Folia infra ramos petiolata, alibi sessilia. Verticilli sexflori, laxi; bractea simplici, lanceolata. Corollæ galea glutinosa, hirsutula, bifida. Semina nigra.

3. SALVIA foliis cordato-sagittatis serratis acutis. LINN. *H. Cliff.* p. 13. *H. Upsal.* p. 11. *Spec. plant.* p. 26. ROYEN. *Lugdb.* p. 308. HALL. *Helv.* p. 639.

*Salvia montana maxima, foliis Hormini, flore flavescente.* TOURNEF. *Inst.* p. 180. SEGUIER. Veron. 1. p. 283.

Habitat in sylvis frequens.

Verticilli sexflori. Calyx semiclausus. Corolla flava; labii maculati segmento medio rugoso, lateraliter reflexo; tubo segmentis calycinis inferioribus incumbente, intus hirsuto. Pondera filamentorum pedunculata.

4. SALVIA foliis cordatis crenato-dentatis, verticillis subnudis, stylis corollæ labio inferiori incumbentibus. LINN. *H. Upsal.* p. 11. *Spec. plant.* p. 26.

*Salvia foliis cordato-sagittatis dentatis.* LINN.

*H. Cliff.* p. 495. ROYEN. *Lugdb.* p. 309.

Habitat in collibus apricis passim.

Verticilli non raro 40. flori. Flores distincti; pedunculis rubris, semitabida squama suffultis. Calycis angulati & villosi labium superius tridentatum. Corollæ galea ovata, collo stricto.

## ROSMARINUS.

TOURNEF. *Inst.* p. 195. *Tab.* 92.

Corollæ galea bifida. Filamenta simplicia.

I. Ros-



1. ROSMARINUS. LINN *H. Cliff.* p. 14. *H. Up al.* p. 11. *Mat. Med.* 16. *Spec. plant.* p. 23. ROYEN. *Lugd.* p. 310.

Carniol. *Rosmarin.*

Habitat in *Garisch?* circa *Fiumme*, & inter *Tergeslum* ac *Goriziam* versus litora maris.

Particulis volatilibus abundat, quibus partium laxitati & atoniæ, indeque genitis morbis apprime convenit; hinc mira præstat oleum essentiale naribus applicatum in Apoplexia pituitosa, Deliquiis, debilitatibus, intus vero sumptum ad aliquot guttas cum vino optimo, lochiorum & mensium a solidorum laxitate suppressum fluxum, promovet, imo & ipsas tertianas febres sanat, ut expertus est S. PAULI.

## LYCOPUS.

TOURNEF. *Inst.* p. 191. *Tab.* 89.

Calyx non labiatus. D. Galea leniter emarginata; labio trifido, serpillaceo A. B.

1. LYCOPUS foliis sinuato-ferratis. LINN. *Spec. plant.* p. 21.

*Lycopus.* MAGNOL. *charact.* p. 109. LINN. *H. Cliff.* p. 11. ROYEN. *Lugd.* p. 326. HALL. *Helv.* p. 660. BOEHM. *Lipf.* 82.

*Pseudomarrubiastrum palustre.* RIVIN. *Mon.* *Tab.* 21.

*Lycopus palustris, glaber, & foliis in profundas lacinias incis.* TOURNEF. *Inst.* p. 191, SEGUIER. *Veron.* 1. p. 297.

Habitat in paludosis.

Folia ima profunde, caulina minus laciniata, suprema ferrata. Galeæ segmenta reflexa. Calyx aristatis, regularis; foliolo lineari suffultus. Labii segmenta maculata.

B. *Staminibus tribus.*

(\*) Calycibus bilabiatis.

## SCUTELLARIA.

LINN. *Gen. plant.* 653.

Calyx bifolius; folio superiore squamula incumbente aucto, operculum præbente, delapsa corolla, inferiori folio, sicque capsulæ in modum claudente femina.

I. SCUTELLARIA foliis cordato-lanceolatis crenatis.

LINN. *Fl. Lapp.* 239. *H. Cliff.* p. 316. *Fl. Svec.*

499. floribus axillaribus. *Spec. plant.* p. 899.

*Cassida foliis lanceolatis serratis, floribus binis.*

BOEHM. *Lips.* 118.

*Cassida foliis cordatis, longe decrefcentibus, serratis, floribus gemellis.* HALL. *Helv.* p. 635.

*Scutellaria.* RIVIN. *Mon.* Tab. 76. inventor generis.

*Cassida palustris vulgatiores flore cæruleo.* TOURNEF. *Inst.* p. 182. BOERHAAV. I. p. 177. SEGUIER. *Veron. supplem.* p. 130.

Habitat circa aquas.

Amara est, allium olet, & viribus suis ad scordium accedit. HALL. *Helv.* p. 636.

## MELISSA.

LINN. *Gen. plant.* 647.

Calycis labium superius tridentatum, reflexopatens, planum, longius. Labii inferioris corollæ segmentum medium cordatum.

I. MELISSA racemis axillaribus verticillatis: pedicellis simplicibus. LINN. *Spec. plant.* p. 592.

*Melissa floribus ex alis inferioribus subsessilibus.*

LINN. *H. Cliff.* p. 307. *H. Upsal.* p. 163. *Mat.*

*Med.* 294. ROYEN. *Lugdb.* p. 320.

Habi-

Habitat circa *Pottquellb*, abunde.

Verissima hæc Officinalis Melissa ab Arabicis præcipue Medicorum Scholis in usum Medicum revocata pro cephalicorum & roborantium principe nunc passim prædicatur. Ex hac Carmelli Patres spiritum parant in excitandis spiritibus, firmandisque nervis nulli secundum.

## THYMUS.

LINN. *Gen. plant.* 646.

Calyx *Melisse*, sed faux villis clausa. Corollæ labii segmenta integra.

I. THYMUS pedunculis unifloris, foliis ovatis planis, caule repente.

### *Varietates.*

(I) *Thymus* verticillis trifloris, pedunculis solitariis unifloris, foliis ovatis planis acutis integris, caule repente.

Nomina serpillorum hæctenus consignata, florum magnitudinem, foliorum latitudinem, odorem, pilosque respiciunt & unice ostendunt. *Celeberrimus HAL- LERVS* congregata summo labore serpilla omnia hucusque tradita, disposuit in binos ordines, quorum unum minores, aliud vero majores flores exhibet, ciliatis tamen foliis utrumque præditum. Ego vero cum folia viderem modo omnia, modo tantum superiora, modo vero nulla ciliis instructa, ac præterea observassem eandem varietatem alio anno in alio loco translata, quoad florum magnitudinem, foliorum figuram & odorem, facile ac perpetuo mutari, Varietates meas ex florum numero unicam alam plerumque occupantium ordinari, cum notam hanc mutationibus non adeo obnoxiam observarem. Varietas itaque prima gerit caulem suberectum; angulis villosis. Folia pleraque minime ciliata, supra medium conver-

gentia in acutiorem finem. Calycem villosum. Florem magnum. Stamina galea longiora. Galea superne, labium vero inferne villis pubescunt. Cilia dentium calycinorum breviora. Folia sub verticillis supremis ad basim vix ciliata. Specimen hoc pinxit. Vaillantius. Paris. Tab. 32. fig. 8.

(2) *Thymus verticillis trifloris*, pedunculis unifloris, foliis ovatis planis cum caule hirsutis.

Habitat circa *Brod.*

Caulis repens, demum adscendens. Folia hirsuta, acuta, dentata. Ala triflora. Flores patuli. Pedunculi calyce breviores. Calyx subtus strumosus. Flos violaceus. Est *Thymus verticillis in summis ramis congestis, foliis ovatis & caule hirsutis*. HALL. Helv. p 655.

(3) *Thymus verticillis trifloris*, pedunculis unifloris in capitulum tomentosum digestis, foliis ovatis planis, caule repente.

Habitat cum prioribus, & vitium Insecti est.

Anguli caulini vix pilosi. Folia ovata: basi ciliata. Floris superficies exterior magis villosa. Est *Variet. δ. Spec. I. HALLERI*.

(4) *Thymus verticillis multifloris*, pedunculis solitariis calyce brevioribus, foliis glabris planis ovatis integris, caule repente.

Habitat circa muros & sabulosos colles.

Anguli caulini villosi. Folia ovata, integerrima, sub floribus reflexa. Flores in unica ala decem & plures; pedunculis glabris, calyce brevioribus, ad basim setis exiguis obvallatis. Calyx villosus, non strumosus, ciliatus. Corolla parva. Hunc exprimit Icon *TOURNEF. Tab. 93. L. & VAILLANT. Paris. Tab 32. fig. 7.*

(5) *Thymus verticillis multifloris*, pedunculis unifloris calyce longioribus, foliis ovatis planis basi ciliatis, caule repente.

Habitat

Habitat cum prioribus.

Auguli caulini acutiores & pilosi. Flores in una ala 12. Corolla mediocris. Stamina nondum vidi.

Omnes vero conveniunt fruticosa natura, caule repente, foliis planis; basi sæpius ciliatis, odore suavi, vi aromatica.

2. THYMUS pedunculis unifloris, foliis ovatis acutis concavis, caule diffuso.

*Thymus verticillis sexfloris, foliis obtusiusculis concavis subserratis.* LINN. Spec. plant p. 591.

Habitat circa *Vipaccum*.

Caulis durus, diffusus, villosus. Folia ovata, acuta, concava, ferrata, patula, subtus villosa, breviter petiolata. Ala triflora. Calyx hirsutus, striatus, strumosus, petiolo longior. Corolla calyce duplo longior.

3. THYMUS racemis lateralibus sparsis, corollis calyce triplo longioribus.

Habitat in sylvis in *Struk* circa *Idriam*, circa *Voiska* abunde, & alibi in *Carniola* frequens.

Caulis, folia & hirsuties Thymi sequentis. Racemi tri- & quadriflori. Calyx Thymi Acinos LINN. Corolla uncialis & longior, rubra, villosa; tubo calyce longiore, glabro; ventre tres lineas lato.

4. THYMUS racemis lateralibus secundis foliis ovatis ferratis.

*Thymus floribus verticillatis, pedunculis unifloris, caulibus erectis subramosis, foliis acutis serratis.* LINN. Fl. Svec. 478. Spec plant. p. 591.

*Clinopodium verticillis paucifloris, ab imo ad summum dispersis.* HALL. Helv. p. 654.

Habitat in sterilibus & asperis, passim.

Caulis basi ramosus, lignosus, obtusangulus, villosus. Folia villosa, acuta. Ex qualibet ala pedunculus villosus, dichotomus, flore intermedio solitario.

Calyx frumofus. Corolla alba, & pallide cærulea, aut rubra; limbo & tubo calycis longitudine.

## CLINOPODIUM.

TOURNEF. *Inst* p. 194. 195. *Tab.* 92.

Calycis labium superius tridentatum. Galea divisa. A. Labii segmentum medium emarginatum. C. Foliola sub floribus fetacea. LINN. G. P. & S. N. 562.

I. CLINOPODIUM capitulis subrotundis hispida, bracteis fetaceis. LINN. *Spec. plant.* p. 587.

*Clinopodium verticillis densissimis, dissitis, foliis ex mentha, ovatis, acuminatis.* HALL. *Helv.* p. 653.

*Clinopodium foliis ovatis, capitulis vertici latis.* LINN. H. Cliff. p. 305. Fl. Svec. 479. ROYEN. *Lugdb.* p. 813.

Habitat ad sepes & dumeta.

Omnia villosa. Caulis obtusangulus. Folia superne tuberculosa. Racemi ex una ala bini; floribus capitatis. Calyx curvus, bracteis longior. Corollæ faux villosa; galeæ latera reflexa; tubus subluteus: postice tanquam in anulum dilatatus.

## ORIGANUM.

LINN. *Gen. plant.* 645.

Bractææ imbricatæ, distinguentes Essentiam generis constituunt.

I. ORIGANUM spicis subrotundis paniculatis conglomeratis, bracteis calyce longioribus ovatis. LINN. *Spec. plant.* p. 590.

*Origanum spicis foliosis, brevissimis, coloratis, umbellatis.* HALL. *Helv.* p. 656.

*Origanum foliis ovatis, spicis laxis erectis confertis paniculatim digestis.* LINN. *H. Cliff.* p. 305. *Fl. Svec.* 480. *Mat. Med.* 299. ROYEN. *Lugdb.* p. 223. BOEHM. *Lipf.* 232.

Carniol. *Dobra missu, shnie, volia.*

Habitat in collibus asperis, apricis frequens.

Pedunculus calyce brevior. Bractea folii figura.

Calyx sessilibus glandulis adpersus, bractea brevior; denticulis coloratis, basi ciliatis. Galeæ segmenta ovata. Stamina e tubo non elata, filamentis corollæ, antheris vero bractææ concoloribus.

Bractæas minime coloratas, floresque carnosos in planta vix pedali reperi in sylvis circa *Welzam.*

Origani foliis & floribus ad venenatam Agaricorum vim tollendam usus est hucusque feliciter Celsissimus quidam S. R. I. Princeps & Episcopus, idemque fungorum amator nulli secundus.

## MELITTIS.

LINN. *Gen. plant.* 650.

Calycis labium superius acutum, integrum; inferius bifidum, brevius. Galea ovata, integra. Labii segmenta plana, subrotunda; medio majore, crenulato.

I. MELITTIS. LINN. *H. Cliff.* p. 390. *Spec. plant.* p. 597. ROYEN. *Lugdb.* p. 319.

*Melissa.* HALL. *Helv.* p. 650.

Habitat circa *Idriam* & *Labacium* frequens.

Folia ima cordata, superiora ovato-acuta, suprema lanceolata. Ala uni & biflora. Flores heteromalli, sæpius albi. Corollæ labium galea longius, planum, amplum. Filamenta hirsuta. Germina villosa.

PRU.

## PRUNELLA.

RAY. *Meth. emend.* p. 64.

Calycis labium superius quasi truncatum, tridentatum. Galea incisa, fornicata. Labii segmentum medium concavum, crenulatum. Filamenta bifurca; interiora ramulo antherifero.

I. PRUNELLA foliis ovato-oblongis petiolatis. LINN.

*Spec. plant.* p. 600.

*Prunella bracteis cordatis.* LINN. H. Cliff. p. 316. Fl. Svec. 498. Mat. Med. 309. ROYEN. Lugdb. p. 314.

Habitat in pratis & collibus, frequens.

Recte LINNÆVS Prunellas quatuor Cl. HALLERI conjunxit in unam speciem, cum foliorum diversitas, & floris magnitudo a varia natalium locorum indole unice pendeant.

Styptica planta est, faucibus ulcerosis amica, firmandis Fossorum nostrorum ex mercuriali salivatione vacillantibus dentibus apta, in dysenteria denique aliisque sanguineis excretionibus sedandis, non inutilis.

(\*) *Calycibus subæqualibus.*

## SATUREIA.

LINN. *Gen. plant.* 626.

Calyx minime labiatus & pervius distinguit Genus a *Thymo*.

I. SATUREIA racemis lateralibus solitariis, foliis ovatis dentatis.

Habitat in muris circa *Idriam*.

Caulis erectus, lignosus, obtusangulus, ruber, glaber, ramosus. Folia glabra, ovata, laxè dentata. Ala quælibet edit racemulum, folio breviorè, breviter pedunculatum; floribus stipatis 6-10. pedicellis foliolo



liolo suffultis. Calyx lineatus, non gibbosus, basi tenuior, nullis pilis inter obtusos æquales dentes asurgentibus. Corollæ tubus basi tenuior, curvus; labii segmentum medium crenulatum; lateralibus ovatis, integris; faux rubris picta maculis; galea ovata, leniter bifida; lateribus reflexis. Stamina majora galea longiora. Odor *satureiæ hortensis*.

2. SATURRIA racemis lateralibus solitariis, foliis lanceolato-linearibus punctatis rigidis.

*Satureia pedunculis dichotomis lateralibus solitariis, foliis mucronatis.* LINN. Spec. plant. p. 568.

*Satureia foliis linearibus integerrimis.* LINN. H. Cliff. p. 308.

Habitat abunde circa *Potquelb.* *Hyssopus* ibi dicta.

Caulis frutescens, spithamæus, ramosus. Folia integerrima, glabra, dura; ima reflexa; superiora patula, non ciliata. Ex utraque ala oritur racemus, folio nihilo brevior, ramosus; ramis trifloris, pedunculis foliolo suffultis. Calycis denticuli acutiores, villosi. Corollæ tubus calyce brevior, rectus. Antheræ galeæ concolores, conniventes.

Ad mensium fluxum promovendum experti laudant Incolæ.

## BETONICA.

Calyx & Corolla *Sideritidis*, sed verticilla foliolis flores distinguuntibus instructa.

1. BETONICA alis trifloris, foliis lanceolato-linearibus sessilibus dentatis.

Habitat in agro *Vipacensi*, ad vias.

Planta pedalis, fere glabra, ramosa; ramis decrescentibus. Folia prædicta. Alæ primæ trifloræ. Flores sessiles. Calyx glaber, aristatus; bracteis binis linearibus, aristatis. Corolla rubra, tubo calyx longiore, bracteis brevioribus, cylindrico, pallidioribus, recto;

Galea

Galea oblonga, tubo parallela, apice attenuata, bifida; Galeæ segmenta ferrulata, galea latiora: medio latitudine sua galeæ longitudinem superante; fauce binis, conjunctis, albis maculis picta; prope quam minores aliæ subluteæ & confluentes adfunt.

2. **BETONICA** alis septemfloris, foliis imis petiolatis rugosis ovatis crenatis.

*Betonica spica interrupta, corollarum laciniæ labii intermedia emarginata.* ROYEN. Lugdb. p. 316. LINN. Fl. Svec. 487. H. Upsal. p. 164. Spec. plant. p. 573.

*Betonica foliis inter verticillos in vertice congestos brevissimis & integris.* HALL. Helv. p. 646. BOEHM. Lips. 120.

Carniol. *Bethonica*, ex Italico nomine *Betonica*.

Folia sub verticillis subaristata, calycum longitudine. Calycis rubri, regularis, subaristati, villosi, os ventre nihilo amplior, galea & labio brevior. Corolla rubra; galea reflexa, bifida. Labii segmentum medium ferratum, bifidum; tubus incurvus, basi glaber & albicans. Filamenta hirsuta.

Radix recens alvum movet, folia vero errhina sunt; acris ergo est planta, firmandisque nervis idonea, quos mucii copia aut serosa colluvies relaxavit, non ergo vis cephalica imaginaria sed vere realis est, quam mecum plurimi & sæpius experti sunt.

3. **BETONICA** alis multifloris, foliis petiolatis cordatis crenatis.

Habitat in collibus siccis & asperis non rara.

Caulis obtusangulus, cubitalis, simplex, villosus, foliis concolor. Folia caulina duo, aut unicum. Alæ quælibet flores usque decem gerit. Calyx sessilis, hirsutus, subinæqualis, tubulosus. Corolla ochroleuca; galea acuta, bifida: laciniis reflexis; labio galea nihilo longiore, segmentis lateralibus acutis, medio ovato.

## SIDERITIS.

*Sideritidem* non alia evidenti nota a *Betonica* differre video, quam floribus seu calycibus nullo folio distinguente bracteatis. Hinc tantam inter utrumque Genus adfinitatem LUDWIGIVS adgnovit perspicax, ut in unicum conjungi ponere existimaverit. *Defin. Gen.* 203.

I. SIDERITIS alis quinquefloris, galea crenulata.

*Betonica verticillata, calycibus spinosis.* LINN.

H. Upsal. p. 165. *Spec. plant.* p. 573.

*Betonica foliis inter verticillos diffitos brevifloris, in aristam terminatis.* HALL. *Helv.* p. 646.

Habitat in herbidis, sterilibus, apricis.

Folia sessilia, oblonga, rugosa, crenata, aristata  
Verticilli quinqueflori. Flores absque bracteis. Calyx æqualis, aristatus, villosus. Corolla pallide flava; galeæ apice crenato, deflexo; labii segmento medio emarginato; tubo recto, glabro. Filamenta purpurea.

## STACHYS.

Galea integerrima, & stamina pilosa characterem essentialem constituunt quo differt a *Betonica* & *Sideritide*.

I. STACHYS verticillis trifloris, foliis lanceolatis.

Habitat in ruderalis.

Folia lanceolata, sessilia, crenata, rugosa, villosa.  
Ala triflora. Flores sessiles, nudi. Calyx villosus, subruber, subaristatus, villis aqueo capitulo terminatis pubescens, regularis. Corolla rubra; galea villosa, obtusa, tubo parallela; barba maculata, longiore; lacinia media obiter emarginata; tubo quasi calcarato, convergente, intus villosa, angulum rectum cum labio faciente.

2. STACHYS verticillis sexfloris, foliis cordatis petiolatis. LINN. *Fl. Svec.* 489. *Spec. plant.* p. 580.

DALIB. *Paris* p. 180.

*Stachiis*

*Stachys foliis cordatis acuminatis petiolatis, floribus laxè spicatis.* LINN. H. Cliff. p. 309. ROYEN. Lugdb. p. 317. HALL. Helv. p. 642. BOEHM. Lips. 112.

*Galeopsis procerior, fetida, sylvatica.* TOURNEF. Inst. p. 184.

Habitat ad radices montium, asperis in locis, & circa hortos.

Corolla fusco-rubra; galea inferius stricta, labio longiore; labio ad angulum acutum cum tubo candidante & quasi calcarato positum. Stamina majora extra galeam divergentia.

3. STACHYS verticillis multifloris, foliorum ferraturis apice cartilagineis. LINN. Spec. plant. p. 581.

*Stachys verticillis duodecim floris, caule villosò.* LINN. H. Upsal. p. 170.

*Stachys foliis hirsutis, spicas distinguuntibus, obscuri coloris, imis cordiformibus.* HALL. Helv. p. 642.

*Stachys foliis lanceolato-ovatis, basi emarginatis, verticillis tomentosis.* LINN. H. Cliff. p. 301.

ROYEN. Lugdb. p. 317. DALIB. Par. p. 180. Habitat circa vias, & saxosa sylvarum loca.

Folia cordata, ferrata. Verticilli sæpius 14. flori. Flores foliolis inæqualibus exiguis bracteati. Calyx decemstriatus, virens, inæqualis, aristatus. Corolla fordide rubra; galea subacuta, superne barbata; labii lacinie laterales obtusæ, media emarginata subrotunda; tubus albicans, calyce longior, ad angulum obtusum cum eo positus. Semina nitida.

4. STACHYS verticillis multifloris, foliorum ferraturis imbricatis. LINN. Spec. plant. p. 581.

*Stachys verticillis quadragintafloris, caule lanato.* LINN. H. Upsal. p. 170.

*Stachys foliis tomentosis, albis, verticillis densissimis ad basin exsertis, longe decrepcentibus.* HALL. Helv. p. 643. Sta-

*Stachys foliis oblongo-cordatis, floribus verticillatis.* LINN. H. Cliff. p. 309. ROYEN. Lugdb. p. 317. DALIB. Paris. p. 179. BOEHM. Lips. III.

Habit circa *Labacium*.

Singularis lanuginosa facies. Verticilli floribus ultra triginta foeti.

## GLECHOMA.

LINN. *Gen. plant.* 634.

Corolla *Calaminthæ* TOURNEFORTII. Calycis dentes bini inferiores LUDWIG. *Defin. gen.* 219. Antherarum par quodlibet in crucis formam connivens. LINN. *Syst. Nat.* l. c.

I. GLECHOMA foliis reniformibus crenatis. LINN. *H. Cliff.* p. 307. *Fl. Svec.* 483. *Mat. Med.* 303. *Spec. plant.* p. 578. ROYEN. *Lugdb.* p. 320.

*Chamaelema caulibus procumbentibus, radicatis, foliis cordiformibus, petiolatis.* HALL. *Helv.* p. 652. BOEHM. Lips. 131.

Carniol. *Smarn. Slak.*

Habitat ad sepes passim.

Flores heteromali, racemosi; racemo trifloro: pedunculis ex eodem plano horizontali, setam utrinque emmittente, prodeuntibus. Bractæ lineares pedunculis lateralibus nec non ramosis adfident; medius vero nudus est & perpetuo simplex. Calyx striis 16. inæqualis. Corollæ labii lacinia laterales segmentis galeæ similes; tubus albus, calyce brevior.

Viribus Medicis *Scabiosam* sequitur & *Pulmonariam*, partes nempe solidas pure gravatas expedit erosaque consolidat, acre etiam obtundit vellicans renes, intestina, pectus.

## LAMIUM

*Lamium, Galeopsis, Bollota* conveniunt calyce tubulato, subæquali; Corollæ galea integra; Labio trifido,

fido, lacinia media emarginata. Ergo ut Genera distinguantur statuo essentiam *Lamii* in denticulis, quae lateribus labii prope faucem oriuntur, cavitate carentibus.

1. *LAMIUM* foliis cordatis petiolatis, corollæ galea integerrima tubo brevior.

*Lamium foliis cordatis, obtusis, in summo caule congestis.* HALL. Helv. p. 641. BOEHM. Lips. 314.

*Lamium foliis cordatis obtusis petiolatis.* LINN. H. Cliff. p. 314. Fl. Svec. 494. Spec. plant. p. 579. ROYEN. Lugdb. p. 319. DALIB. Paris p. 179.

Habitat in hortis & agris nimium frequens.

Folia obtusiuscula, cordato-subrotunda. Corollæ labii segmenta lateralia acuminata, denticulorum longitudine; medium galea brevius; tubus rectus, cylindricus, calyce duplo longior. Floris color ruber, raro albus. Antherarum pollen fulvus.

2. *LAMIUM* foliis cordatis petiolatis, corollæ galea crenulata tubi longitudine.

*Lamium foliis diffusis, cordatis, acutis.* HALL. Helv. p. 640. BOEHM. Lips. 107.

*Lamium foliis cordatis acuminatis serratis petiolatis.* LINN. H. Cliff. p. 314. Fl. Svec. 493. Mat. Med. 307. Spec. plant. p. 579. ROYEN. Lugdb. p. 319. DALIB. Paris p. 178.

Carniol. *Mertuive coprive.*

Habitat ad sepes & vias.

Folia acuminata, longa. Corolla uncialis; galea calycibus longiore; labii crenulati, maculati, plicati, segmenta lateralia reflexa, denticulis breviora, tubo postice tenuiore, curvulo. Filamenta villis glandulosis adspersa.

Utilitatem Medicam nullam hæctenus observavi.

3. **LAMIUM** foliis imis petiolatis, superioribus sessilibus amplexicaulibus.

*Lanium foliis superioribus amplexicaulibus incis.* HALL. Helv. p. 641. BOEHM. Lips. 105.

*Lanium foliis floralibus sessilibus amplexicaulibus.* LINN. H. Cliff. p. 314. Fl. Svec. 495.

Spec. plant. p. 579. ROYEN. Lugdb. p. 319.

Habitat in muris circa hortos.

Verticilli 8-9. flori. Calyx regularis. Corollæ galea calycibus nihilo longior. Labii laciniæ laterales patulæ; tubus calyce duplo longior, rectus, cylindricus.

4. **LAMIUM** foliis cordatis petiolatis, corollæ galea ferrata tubo longiore.

Habitat in pratis circa *Idriam*, frequens.

Caules cubitales, fistulosi, erecti, obtusanguli. Folia ampla, cordata, petiolata, venosa, ferrata. Ala 5- & 7. flora. Calyces sessiles, quorum laterales tribus foliolis linearibus bracteati sunt, medius vero nudus. Calyx gibbosus, patens, non aristatus; margine & nervis dentium hispidis. Corolla magna; galea arcuata, villosa, ferrulata, tubo longiore; labii segmentis lateralibus reflexis, tridentatis: medio emarginato, ferrato, maculato, plicato; tubo albo, cylindraceo, recto; fauce ampla, lineis rubris picta; coloris pallide rubri. Filamenta pilis aqueis, sæpius capitatis pubescentia.

## GALEOPSIS.

Differt a *Lamio*, denticulis labii inferioris cavitate donatis.

1. **GALEOPSIS** internodiis superne incrassatis, verticillis summis subcontiguis. LINN. Spec. plant. p. 579.

*Varietates.*

- (a) *Galeopsis internodiis superne incrassatis, verticillis summis subcontiguis, corollis calyce duplo longioribus.*

*Galeopsis foliis & fulcrato caule hispidis, flore duplo calyce longiore.* HALL. Helv. p. 644. BOEHM. Lips. 109.

*Galeopsis ramis summis strigosis.* LINN. H. Cliff. p. 314. Fl. Svec. 491. ROYEN. Lugdb. p. 319. DALIB. Paris. p. 181.

*Galeopsis procerior, calyculis aculeatis.* TOURNEF. Paris. p. 450. *Flore purpurascente.* Inst. p. 185. VAILLANT. Paris p. 77.

Habitat in ruderatis.

Flores in uno verticillo 24-28. Labii laciniae quadratæ.

- (b) *Galeopsis internodiis superne incrassatis, verticillis summis subcontiguis, corollis calyce quadruplo longioribus.*

*Galeopsis foliis & fulcrato caule hispidis, flore calyce quadruplo longiore, bicolore.* HALL. Helv. p. 644. BOEHM. Lips. 110.

*Galeopsis corolla flava, labio inferiore maculato.* LINN. Fl. Lapp. 193.

*Cannabina flore magno, luteo, labiis purpureis.* BOERHAV. I. p. 159.

*Cannabis spuria flore majore.* RIVIN. Mon. Tab. 32.

Habitat cum priore.

Flores in uno verticillo 12-20. Calyx aristatus, villosus. Corollæ labii segmentum medium cordatum, violaceum; lateralia alba, violaceis maculis notata, obtusa; Faux flava, violaceis lineis; galea villosa, flava, apice serrata.



## B A L L O T A.

Differt a *Lamio* & *Galeopside* defectu denticulorum inferioris.

1. **BALLOTA** foliis cordatis indivisis serratis. LINN.

*Fl. Svec.* 484. *Spec. plant.* p. 582.

Habitat in ruderalis.

Corollæ galea integra, labio brevior.

## • L E O N U R U S.

LINN. *Gen. plant.* 641.

Calyx cylindraceo-angulatus. Galea integerrima, barbata. Labii segmenta acuta, fere æqualia.

1. **LEONURUS** foliis trilobis: lobis acutis.

*Leonurus foliis caulinis lanceolatis trilobis.*

LINN. *H. Cliff.* p. 313. *Fl. Svec.* 496. *Mat.*

*Med.* 308. *Spec. plant.* p. 584. ROYEN. *Lugdb.*

p. 312. DALIB. *Paris.* p. 182.

*Cardiaca foliis trilobatis.* HALL. *Helv.* p. 640.

Habitat in ruderalis.

Caulis fistulosus. Flores sessiles, 7-9. in uno verticillo. Calyx patens, aristatus. Corolla pallide rosea; galea villosissima, tubi longitudine; tubo ad originem staminum clauso corona villorum conniventium.

Medetur puerorum cardialgiis ab inflatione & distensione hypochondriorum prodest ergo quando pituita ventriculum obsidet. GEOFFROY. *Mat. Med.* HALL. *Helv. l. c.*

2. **LEONURUS** foliis cordatis.

*Cardiaca foliis cordiformibus.* HALL. *Helv.*

p. 640.

*Galeopsis verticillis sexfloris: involucro tetraphyllo.* LINN. *Spec. plant.* p. 580.

*Leonurus foliis ovatis ferratis acutis.* LINN. H. Cliff. p. 313. Fl. Svec. 497. ROYEN. Lugdb. p. 310. DALIB. Paris. p. 182.

*Galeobdolon.* DILLEN. Giff. p. 49. SEGUIER. Veron. 1. p. 292.

Habitat in fylvis.

Flores usque novem in uno verticillo. Calyx muticus, segmentis antequam corolla explicata fuerit, patentissimis & fere reflexis, dein vero erectioribus. Corolla lutea; galea ovata, erecta, ciliata, labio & tubo longiore; labio propendente, reflexo, maculato; tubo rubore quodam suffuso. Filamenta paucis, capitalis pilis adspersa. Stylus purpureus.

## MARRUBIUM.

LINN. Gen. plant. 640.

Calyx quinque majoribus totidemque minoribus denticulis coronatus. Galeæ bifidæ segmenta acuta.

I. MARRUCIUM dentibus calycinis setaceis uncinatis. LINN. H. Cliff. p. 342. Fl. Svec. 485. Mat. Med. 305. Spec. plant. p. 583. ROYEN. Lugdb. p. 315. HALL. Helv. p. 648. BOEHM. Lips. 127.

Habitat in ruderatis & secus vias *agri Vipacensis.*

Flores usque 40, in uno verticillo. Calycis faux villis semiclausa.

Menses suppressos promovet, quos debilitas viscerum, visciditas humorum, & languida circulatio retinuit.

## NEPETA.

LINN. Gen. plant. 629.

Calyx sublabiatus. Corollæ labii segmentum medium concavum, crenatum, integrum.

I. NEPETA floribus spicatis, verticillis subpedicellatis, foliis petiolatis cordatis dentato-ferratis. LINN. Spec. plant. p. 570.

*Cattaria foliis cordatis, petiolatis, verticillis spicatis.* HALL. Helv. p. 649. BOEHM. Lips. 123.

*Nepeta floribus interrupte spicatis pedunculatis.* LINN. H. Cliff. p. 310. H. Upsal. p. 163. Fl. SVEC. 486. ROYEN. Lugdb. p. 316. DALIB. Paris. p. 116.

*Cattaria major vulgaris.* TOURNEF. Inst. p. 202. BOERHAV. I. p. 174. SEGUIER. Veron. I. p. 314.

Carniol. *Matschena seele.*

Habitat in ruderalis & ad sepes.

Folia cordata, mollia, fere in spinulam desinentia; petiolis pedunculo brevioribus. Racemi laterales, solitarii. Flores heteromali. Calyx villosus: villis minime capitatis, sulcis quinque ex quolibet dente deorsum decurrentibus. Galea obcordata. Labium maculatum.

Vi emmenagoga *Marrubio* accedit.

## MENTHA.

TOURNEF. Inst. p. 188. Tab. 89.

Calycis denticuli inferiores sibi invicem magis accedentes. Corolla quadrifida; tubo recto.

1. MENTHA floribus spicatis, foliis oblongis serratis. LINN. H. Upsal. p. 188. Spec. plant. p. 576.

*Mentha foliis elliptico-lanceolatis, verticillis in spicam nudam congestis.* HALL. Helv. p. 658. Carniol. *Metha*, passim in aquis nascens.

Verticilli nudi. Pedunculi corollis breviores. Stamina flore longiora.

2. MENTHA floribus verticillatis, foliis ovato-obtusis subcrenatis, caulibus subteretibus repentibus. LINN. H. Cliff. p. 307. Mat. Med. 280. Spec. plant. p. 577. ROYEN. Lugdb. p. 326. DALIB. Paris. p. 178.

*Pulegium foliis subrotundis, verticillatis, nudis.*

HALL. Helv. p. 659.

Habitat circa *Labacium superius*.

3. MENTHA floribus lateralibus glomeratis, foliis ovatis ferratis, staminibus corolla longioribus.

*Mentha floribus capitatis, foliis ovatis ferratis petiolatis, staminibus corolla longioribus.* LINN. H. Cliff. p. 306. Fl. Svec. 482. Spec. plant. p. 576. ROYEN. Lugdb. p. 325. DALIB. Paris. p. 177.

*Mentha foliis ovato lanceolatis, verticillis paucis, supremo maximo.* HALL. Helv. p. 658.

Habitat in aquosis.

Rami patentes. Folia villosa, subsessilia. Alæ etiam 30. floræ. Pedunculi solitarii, rubelli, calycis longitudine.

Sal acre, quo scatent Menthæ, & penetrabile aroma, collapsas fibras efficaciter erigit; spontaneis ciborum & potuum corruptionibus, imprimis vero acidæ acrimoniæ resistit; hinc flatus dispellit, vermes non raro necat, & epithematis forma ventriculo applicata planta, crudiatum vomitum salubrem quandoque producit; cumque pueri ob viscerum debilitatem & copiam ingestorum, lumbricis, cruditatibus & acrimoniis obnoxii esse soleant, unde tusses illæ ficcæ & convulsivæ non raro oriuntur, sic mirum non est Menthas ac præcipue Pulegium in succo aut infuso cum saccharo vel melle sumptum toties profuisse. Verumtamen non eadem efficaciam omnibus Menthis inest; crispa enim vi aromatica & roborante reliquas superat; sylvestris minus fragrans & magis adstringens est; Pulegium vero fortius, emmenagogum, & adeo acre deprehenditur, ut externe recens applicatum cutim rubefaciat ac fere corrodat.

## VERBENA.

TOURNEF. *Inst.* p. 200. *Tab.* 94.

Calycis denticulus supremus reliquis brevior.  
Corollæ tubus curvus.

I. VERBENA tetrandra, spicis filiformibus paniculatis, foliis multifido laciniatis, caule solitario. LINN.  
*Spec. plant.* p. 20.

*Verbena foliis laciniatis, superioribus tripartitis, spicis angustis, longissimis.* HALL. *Helv.* p. 661. BOEHM. *Lips.* 133.

*Verbena foliis multifido-laciniatis, spicis filiformibus.* LINN. *H. Cliff.* p. 11. *Fl. Svec.* 26.

ROYEN. *Lugdb.* p. 327. DALIB. *Paris.* p. 9.

SAUVAG. *Monsp.* p. 269.

Carniol. *Sporisch.*

Habitat in ruderatis frequens.

Ab indole verticillatarum sensim recedens flores in spicas disponit & hæc quidem quaternarium Classi naturalem staminum numerum, reliquæ autem species non omnes observant. Præterea huic anguli in caule scabri. Calyx capitatis villis adspersus, bracteola sustentatus. Stamina intra corollæ tubum villosum. Corollæ faux villis ornata. Vires sensibus vix manifestæ sunt. Ego non semel recenti planta trita, & sola aut cum radice Bryoniæ, tumores viscerum abdominalium, præsertim vero Lienis, a febribus periodicis autumnalibus neglectis aut male tractatis ortos, extus apposita dissipavi.

## CLASSIS XXIV.

## PERSONATÆ.

Character essentialis idem, qui in *Verticillatis*, a quibus differunt limbo corollæ peculiariter figurato, nec non feminibus capsula propria, seu fructu

siccò inclusis. Floribus minime verticillatis. Ingenio minus aromatico.

## I. *Capsula uniloculari.*

### OROBANCHE.

TOURNEF. *Inst.* p. 175. *Tab.* 81.

Calyx quadrifidus, tetraphyllo similis. Corolla immarcescens; galea bifida; barba trifida A, segmentis æqualibus. Capsula oblonga, acuminata O, unilocularis, bivalvis E; feminibus orchidæis.

1. OROBANCHE caule simplicissimo, staminibus inclusis. LINN. *Spec. plant.* p. 632.

*Orobanche caule simplici, albido, foliis sub flore longioribus.* HALL. *Helv.* p. 610.

*Orobanche caule simplicissimo.* LINN. H. Cliff. p. 321. *Fl. Svec.* 519. ROYEN. *Lugdb.* p. 299. DALIB. Paris p. 190.

Habitat in sylvis, non rara.

Flores spicati, sessiles, concolores scapo aphyllulo, squammoso, hirsuto, alba medulla prædita. Corollæ segmenta subrotunda, denticulata, venosa. Stigma cordiforme, deflexum, crassum, papillosum, obscure rubrum.

### PINGVICULA.

TOURNEF. *Inst.* p. 167. *Tab.* 74.

Calyx bilabiatus; labio superiore trifido, inferiore bifido. Corolla calcarata C. Stamina duo. Stigma ferrulatum. Capsula ovata, bivalvis. Semina cylindracea.

1. PINGVICULA nectario conico petalo brevior. LINN. *Fl. Lapp.* 12. *Fl. Svec.* 22. *Spec. plant.* p. 17.

*Pingvicula calcare lato, conico, flore albo.* HALL. *Helv.* p. 612.

Habitat

Habitat circa *Idriam* prope *Bruschische*.

Scapus nudus, villis capitatis mucoriformibus adspersus. Corolla alba; calcare flavo, quasi bifido. Filamenta non bifida, antheris stigmatibus tectis, e cujus superiore loco arista brevis oritur. Germen villis capitatis instructum. Stigma hemisphæricum, album.

II. *Capsula biloculari.*

ANTIRRHINUM.

LINN. *Gen. plant.* 668.

Calyx quinquefidus TOURNEF. LUDWIG. LINN. quinquefolius HALL. irregularis. Corollæ labia conniventia; faux clausa duplici tumore. Capsula vario modo dehiscens, effundens semina reniformia, septo affixa.

1. ANTIRRHINUM racemis terminalibus, foliis verticillatis, caule diffuso.

*Antirrhinum caule procumbente, foliis verticillatis quaternis, floribus racemosis.* HALL. *Helv.* p. 614.

*Antirrhinum foliis subquaternis linearibus, caule diffuso, floribus racemosis.* ROYEN. *Lugdb.* p. 297. LINN. *Spec. plant.* p. 615.

Habitat in M. *Storschitsch*.

Caules teretes, humifusi, glabri. Calycis laciniae lineares; una longiore. Pedunculi calyce & folio breviores. Corollæ labium superius semibifidum; cornu rectum, convergens. Antheræ flavæ. Capsula subrotunda.

2. ANTIRRHINUM racemis terminalibus, floribus imbricatis, foliis linearibus confertis.

*Antirrhinum foliis lanceolato-linearibus confertis, caule erecto, spicis terminalibus sessilibus, floribus imbricatis.* LINN. *Fl. Svec.* 501. *Mat. Med.* 313. *Spec. plant.* p. 616.

*Antirrhini-*

*Antirrhinum foliis linearibus, adscendentibus, congestis, ramis spica florali densa terminatis.*

HALL. Helv. p. 614. BOEHM. Lips. 143.

Habitat in sterilibus & hortis.

Racemi terminales. Flores flavi. Cornu acutissimum. Capsula subovata; valvis trifidis. Semina in uno loculo ad 60.

Unguentum de *Linaria* ad ani varices utile est, a plantæ vero usu interno tutius abstinendum est.

3. ANTIRRHINUM floribus solitariis, foliis sublinearibus alternis obtusis.

*Antirrhinum foliis longis, obtusis, viscidis, caule erecto ramosissimo, calcare brevi.* HALL. Helv. p. 615.

*Antirrhinum foliis lanceolatis obtusis alternis, caule ramosissimo diffuso.* LINN. H. Cliff. p. 324. Fl. Svec. 502. Spec. plant. p. 617. ROYEN. Lugdb. p. 295.

*Linaria pamila, vulgatiore, arvensis.* TOURNEF.

Inst. p. 169. SEGUIER. Veron. 1. p. 263.

Habitat in arenosis sterilibus.

Caulis hirsutus, erectus. Rami alterni, multi. Folia breviter petiolata, linearia. Pedunculi solitarii, folio breviores. Calycis lacinia lineares. Filamenta ad basim villosa. Capsula villosa, foveolis pluribus cicatrizata.

4. ANTIRRHINUM floribus solitariis, foliis quinquelobis alternis cordatis.

*Antirrhinum foliis alternis, quinquelobis.* HALL. Helv. p. 613.

*Antirrhinum foliis cordatis quinquelobis alternis.* LINN. H. Cliff. p. 32. H. Upsal. p. 175. Spec. plant. p. 613.

Habitat in muris antiquis.

Foliorum lobi acuminati. Pedunculi non raro bini ex eadem ala, petiolis breviores. Semina decem in unico loculo.

SCRO-



## SCROPHULARIA.

TOURNEF. *Inst.* p. 166. *Tab.* 74.

Calyx quinquefidus. Corollæ tubus ventricosus. Capsula subrotunda, bivalvis L. Semina receptaculo dissepienti affixa N. O.

1. SCROPHULARIA foliis cordatis : basi transversis, caule obtusangulo. LINN. *Spec. plant.* p. 619.

*Scrophularia foliis cordatis, conjugatis, caule & ramis spica nuda, paniculata terminatis.* HALL. *Helv.* p. 619.

*Scrophularia foliis cordatis, racemo terminali.* LINN. *H. Cliff.* p. 322. *Fl. Svec.* 520. *Mat. Med.* 310. ROYEN. *Lugdb.* p. 293. DALIB. *Paris.* p. 191. BOEHM. *Lips.* 149.

Habitat ad vias & ruderata; *Tshernaben* dicta.

Folia cordata, basi obtusa, glabra, plana. Racemi plures, facti corymbis oppositis & alternis: primis septemfloris; ultimis bifloris. Filamenta villis capitatis adspersa; capitulis rubris, dein aqueis.

Frigidos colli tumores pulvere radice cum cera & sapone Veneto in emplastri formam redacto, sæpius debellavi. Decoctum foliorum scabie obsessos artus mundat.

2. SCROPHULARIA foliis cordatis rugosis, caule paniculato.

Habitat in Alpibus *Carniole superioris.*

Folia minora cordata, hirsuta & rugosa. Segmentum medium labii corollæ minus.

3. SCROPHULARIA foliis cordatis, pedunculis axillaribus solitariis dichotomis. LINN. *H. Cliff.* p. 322. *H. Upsal.* p. 177. *Spec. plant.* p. 620. ROYEN. *Lugdb.* p. 293.

*Scrophularia foliis conjugatis, cordatis, profunde incis, petiolis multifloris, ex alis foliorum prodeuntibus.* HALL. *Helv.* p. 619.

Habi

Habitat in *M. Anas*.

Corolla flava. Folia lata, incisa, cordata.

4. SCROPHULARIA foliis pinnatis, caule paniculato.

*Scrophularia*, foliis pinnatis, racemo terminali nudo, pedunculis bifidis. LINN. Virid. Cliff. p. 61.

H. Cliff. p. 322. Spec. plant. p. 621. ROYEN. Lugdb. p. 294.

*Scrophularia foliis pinnatis, ramis paniculata spica terminatis*. HALL. Helv. p. 620.

Habitat circa VIPACCUM.

Folia alterna, pinnata, pallida; costa canaliculata; pinnis alternis, glabris, incis. dentatis, apice dilatatis. Racemi breves, semel ramosi, pedunculis bifloris; flore intermedio. Calycis segmenta ovata, oris albis. Corolla atro-purpurea, fundo albo. Filamenta glandulosa. Antherarum pollen aureus.

## DIGITALIS.

TOURNEF. *Inst.* p. 163. *Tab.* 73.

Calyx quinquefidus, irregularis. Corolla quasi campanulata A; tubo inferius ventricoso C. Capsula oblonga, acuminata. Receptaculis dissepientibus.

1. DIGITALIS calycinis foliolis lanceolatis, corollis acutis, labio superiore bifido. LINN. *H. Upsal.* p. 178. *Spec. plant.* p. 622.

*Digitalis foliis caulinis acutis, flore venoso, maculoso*. HALL. Helv. p. 617.

*Digitalis foliis caulinis subulatis, floribus imbricatis*. LINN. H. Cliff. p. 318. ROYEN. Lugdb. p. 293. DALIB. Paris. p. 192.

Habitat in asperis saxosisque locis.

Caulis simplex. Folia sessilia, lanceolata, villosa. Calycis segmenta acuta, reflexa. Corollæ pendulæ. Stamina basi curva ut in *Scrophularia*. Capitulæ erectæ, hirsutæ, quadrifulcæ.

LINNÆVS

LINNÆVS hanc plantam ab omnibus fere Botanicis Digitalem dictam, eodem nomine proposuit, licet digitalis œconomicum plurimum Artificum sit instrumentum. *Phil. Bot.* 231.

## GRATIOLA.

RAY. *Meth. emend.* p. 93.

Corollæ tubus angulatus, calyce longior. Stamina duo tantum antherifera. LINN. *Gen. plant.* 25.

I. GRATIOLA floribus pedunculatis, foliis lanceolatis serratis. LINN. *Mat. Med.* 18. *Spec. plant.* p. 17.

Carniol. *Granzolle. Trenk.*

Habitat in pratis paludosis, passim.

Folia trinervia, marginibus reflexis, apicibus dentatis. Pedunculi solitarii, folio breviores. Foliola duo linearia, integerrima, divaricata sub calyce. Corollæ tubus flavus, striatus, angulato-plicatus, sursum curvus, foliolis sub calyce longior; limbus subruber, fauce villosa. Capsula calycis longitudine. Vi sursum & deorsum purgante infamis & notissima planta, Rusticis præsertim, quorum dura illa frangi sibi potius familiaribus hisce drasticis optant, quam ad mitia comparanda obulum crumenæ demere. Urbanis hominibus usum dissuadeo, imo & omnibus quibus viscera labefactata sunt.

## PEDICULARIS.

HALL. *Helv.* p. 620.

Calyx monophyllus, inæqualiter quinquentatus. Corolla valde hians Tournef. Tab. 77. A. galea rostrata; labio trifido, segmentis subrotundis: medio minore C. Capsula compressa, mucrone sæpius obliquo H. Semina angulosa.

1. **PEDICULARIS** caule simplici, calycibus crenatis, corollis galea rostrato-aduncis. LINN. *Spec. plant.* p. 610.

*Pedicularis alpina, foliis alternis, pinnatis, pinnulis pinnatis, floribus ochroleucis, rostratis, in spicam congestis.* HALL. *Helv.* p. 620. Tab. 15.

Habitat in Alpibus *Carinthæ* finitimis.

Folia radicalia pinnata; pinnis alternis, apicibus imbricatis, laciniatis, subtus venosis, marginibus reflexis. Calyx decem angulis hirsutis, & segmentis crenatis præditus. Spica densa. Pedunculi calycis longitudine. Corolla ochroleuca & purpurea; galea deflexa, ad latus versa, acuta; labio amplo; segmentis integerrimis. Filamenta supra medium villosa.

2. **PEDICULARIS** caule ramoso erecto, calyce bifido. HALL. *Helv.* p. 621. BOEHM. *Lips.* 136. LINN. *Fl. Svec.* 505.

*Pedicularis caule ramoso, calycibus calloso-punctatis, corollis labio obliquis.* LINN. *Mat. Med.* 314. *Spec. plant.* p. 607.

Habitat in paludosis agri *Labacensis*.

Implacidam & omnino suspectam sociorum indolem possidet. Ulceribus tamen saniosis & callofis mederi dicitur.

## RHINANTHUS.

LINN. *Gen. plant.* 658.

Calyx quadrifidus, inflatus Tournef. Tab. 77. F. Semina compressa, alata, P.

1. **RHINANTHUS** corollarum labio superiore brevior. LINN. *Fl. Lapp.* 248. *H. Cluj.* p. 325. *Fl. Svec.* 182. compresso. *Spec. plant.* p. 603.

### *Varietates.*

- (a) *Rhinanthus* corollarum labio superiore brevior compresso, calyce glabro.

*Alectorolophus calycibus glabris, foliis inter flores latioribus.* HALL. Helv. p. 624. BOEHM. Lips. 138.

Habitat in pratis, quorum indicat sterilitatem.

Caulis glaber, immaculatus. Folia minora & fusca magis. Calyx glaber. Corollæ galea apice minime violaceo. Stigma ovale, flavum.

(b) *Rhinanthus corollarum* labio superiore brevior compresso, calyce villoso.

*Alectorolophus calycibus hirsutis, foliis inter flores latioribus.* HALL. l. c. BOEHM. Lips. 139.

*Pedicularis pratensis lutea erectior, calyce floris hirsuto.* TOURNEF. Inst. p. 172.

Habitat ibidem.

Flores majores, folio latiore & flavescente excepti. Calyx villosus. Galeæ rostrum longius, cæruleum.

## MELAMPYRUM.

TOURNEF. Inst. p. 173. Tab. 78.

Calycis segmenta tenuia. Corollæ galea marginibus reflexis; labium æqualiter trifidum, duplici tumore notatum; tubus recurvus. Semina teretia, tritico similia.

I. MELAMPYRUM bracteis unifloris coloratis cordatis, calycibus hirsutis.

*Melampyrum bracteis cordato-lanceolatis, summis coloratis sterilibus, calycibus lanatis.* LINN. Fl. Svec. 512. Spec. plant. p. 605.

*Melampyrum spica laxissima, foliis inter flores laciniatis.* HALL. Helv. p. 626. BOEHM. Lips. 140.

Habitat<sup>9</sup> copiose circa Krainburg, & in M. S. Catharinæ prope Holdriedrouszka.

Caulis tetraobtusangulus. Flores subsessiles. Calyx hispidus, ex rubro-violaceus; segmentis acutis.

Corolla bicolor; limbo flavo; tubo subrubro, calyce duplo longiore; galeæ lateribus lanuginosis. Antheræ in ambitu villosæ. Capsula glabra; loculo uno monospermo, altero dispermo.

2. MELAMPYRUM bracteis unifloris ovatis, calycibus hirsutis, caule tereti.

Habitat circa *Podguelb.*

Caulis pedalis, erectus, villosus, teres, ramosus. Rami oppositi, simplices. Folia lanceolato-linearibus, sessilia, hamis amplexicaulibus. Spicæ densæ, longæ. Bractææ ovatæ, virides, laciniatæ; laciniis dentatis, glabris. Flos unicus; brevissimo pedunculo. Calyx villosus. Corolla flava, subvillosa; galeæ lateribus luteo-virescentibus. Capsula calyce longior; loculis monospermis.

## EUPHRASIA.

LINN. *Gen. plant.* 659.

Calyx monophyllus, irregularis. Corollæ galea bifida; barba trifida. Semina subrotunda. Essentia vero consistit in antheris denticulatis. LINN. *Phil. Bot.* 171.

1. EUPHRASIA foliis ovatis argute dentatis. LINN. *Fl. Lapp.* 247. *Fl. Svec.* 516. *Mat. Med.* 315. *Spec. plant.* p. 604. ROYEN. *Lugd.* p. 299. HALL. *Helv.* p. 628. BOEHM. *Lips.* 148.

Habitat ubique in pratis.

Folia circumscriptione subrotunda, subtus venosa & villosa, dentibus in molles spinulas desinentibus. Calycini dentes patuli, integerrimi. Calyx quadridentatus, striatus, transversis rugis strias unientibus. Labii segmenta æqualia; Corolla alba. Ala uniflora. Flos subsessilis.

Tantis encomiis ad morbos oculorum promiscue celebratur, ut solatium oculorum Germanice dicta sit.

Verum

Verum amarities & chemica principia demonstrant adeo acrem esse plantam, ut in calidis oculorum morbis, seu cum tenera eorum vasa obstructa acuto humorum impetu urgentur adeo ut facile destrui queant; nunquam prodesse possit. Nulla ergo dantur Ophthalmica specifica, sed omne arcanum consistit in scientia vitii, quod in solidis aut fluidis hæret, quo detecto eadem methodo sanabitur oculus qua manus aut digitus sanari potest.

2. EUPHRASIA foliis lineari-lanceolatis ferratis.

*Odontites foliis oppositis, lanceolatis, flore purpurascente.* SEGUIER. Veron. 1. p. 269.

*Odontites foliis inter flores ferratis.* HALL. Helv. p. 627. BOEHM. Lips. 142.

*Euphrasia foliis linearibus: omnibus ferratis.* LINN. H. Cliff. p. 346. Fl. Svec. 517. Spec. plant. p. 604. ROYEN. Lugdb. p. 299.

*Pedicularis serotina purpurascente flore.* TOURNEF. Inst. p. 172.

Habitat in locis incultis.

Caulis obtuse tetragonus. Folia lanceolata, dentata. Racemi laterales, foliosi. Flores heteromalli. Calyx subruber, minus profunde sectus. Corolla rubra; galea convexa: segmentis ciliatis, integerrimis; labio galea brevior, segmentis ovatis. Capsula ovalis, calycis longitudine, supra medium ciliata. Semina in uno loculo 6-8. oblonga, rufa.

CLASSIS XXV.

COLUMNIFERÆ.

ROYEN. Lugdb.

Corolla pentapetala; petalis & staminibus basi coactis, superne liberis. Capsulæ plures, receptaculo columnari, communi affixæ. Vis sæpius emolliens.

## MALVA.

LINN. *Gen. plant.* 751.

Calyx duplex; exterior triphyllus; interior quinquefidus. PRESTON. apud RAY *Meth. emend.* p. 92.

1. MALVA caule repente, foliis cordato-orbiculatis obsolete quinquelobis. LINN. *H. Cliff.* p. 347. *Fl. Svec.* 580. *Mat. Med.* 339. *Spec. plant.* p. 688. ROYEN. *Lugdb.* p. 336. HALL. *Helv.* p. 363. DALIB. *Paris.* p. 209. BOEHM. *Lips.* 72.

Carniol. *Sufena. Tschershen Kloubuk.*

Habitat in ruderatis.

Bractæ integerrimæ. Foliorum lobi subrotundi. Alæ unifloræ. Corolla alba. Calyx exterior linearis; interior subinteger, staminibus longior. Petala basi glabra, calyce duplo longiora. Columna staminum petalis concolor. Styli rosei.

Omnes tum Veteres quam Recentiores Medici unanimiter sentiunt Malvam inter Emollientia principem mereri locum, & acrimoniæ humorum obtundendæ efficacissimam esse. Nullum ergo medicamentum præstantius reperitur ad inflammatam ventriculi nerveam fabricam successive emolliendam; ad laxanda inflammata & tensa vasa tunicæ adnatæ & cornæ, faucium, muscutorum intercostalium; ad corrigendam acrimoniam in Cholera, Dysenteria, Tussi, Dyfuria, irritatione sphyncteris vesicæ senibus & diureticorum vinorum potatoribus familiari; ad emollienda loca præter naturam exsicata in partu difficili ex præmatura aquarum eruptione, alvo diutius obstipata ex acuta perspiratione, phlogosi denique membranacea, ubicumque demum ea fuerit.

2. MALVA caule erecto herbaceo, foliis lobatis obtusis, pedunculis petiolisque pilosis. LINN. *Spec. plant.* p. 689.

*Malva*



*Malva caule erecto, foliis fere palmatis obsolete serratis.* LINN. *H. Cliff.* p. 347. ROYEN. *Lugdb.* p. 356. HALL. *Helv.* p. 362. BOEHM. *Lips.* 73.

Habitat in cultioribus locis.

Villi in calyce, petiolis, pedunculis. Folia septemloba; lobis crenatis. Alæ multifloræ. Flos roseus. Calycis exterioris foliola lanceolata; calyx interior semiquinquefidus, staminibus brevior. Petala calyce triplo longiora, rubris lineis exarata, basi villosa. Columna staminum villosa. Filamenta glabra. Antheræ rosæ, albis globulis plenæ.

3. MALVA caule erecto, foliis multipartitis scabriusculis. LINN. *H. Cliff.* p. 347. *Fl. Spec.* 582. *Spec. plant.* 689. ROYEN. *Lugdb.* p. 356. HALL. *Helv.* p. 363. DALIB. *Paris.* p. 209. BOEHM. *Lips.* 74.

Habitat in cultis substerilibus.

Folia ad basim usque dissecta in lobos lanceolatos, laciniatos, subasperos; petiolis hirsutis. Pedunculi laterales, solitarii, hirsuti. Petala pedunculo paulo breviora; apicibus dilatatis, truncatis, crenulato-laceris.

## ALTHÆA.

LINN. *Gen. plant.* 749.

Calyx duplex; uterque quinquefidus. PRESTON. apud RAY. *Meth. emend.* exterior novemfidus. LINN. *loc. cit.* HALL. *Helv.* p. 364.

1. ALTHÆA foliis simplicibus tomentosis. LINN. *H. Cliff.* p. 348. *H. Upsal.* p. 204. *Mat. Med.* 338. *Spec. plant.* p. 686. ROYEN. *Lugdb.* p. 357. DALIB. *Paris.* p. 210.

Carniol. Schles.

Habitat circa Plainam, Maunitz, Zirchnitz. non abunde.

Folia triloba; lobis acutis, dentatis. Pedunculi multiflori. Calyx interior quinquefidus. Petala emarginata, subcrenata, basi hirsuta, calyce duplo majora.

Viribus medicis cum Malva convenit.

## CLASSIS XXVI. SUCCULENTÆ.

LINN. *Class. Plant. & Phil. Bot.* pleraque Genera.

**C**alyx sæpius monophyllus, persistens. Corolla ut plurimum polypetala. Stamina nunquam pauciora petalis aut segmenta corollæ & calycis. Fructus plerumque ficcus. Succulentus habitus.

### OXALIS.

LINN. *Gen. plant.* 715.

Calyx quinquefidus TOURNEF. *Tab.* 19. C. Corolla monopetala A. Stamina decem, alterna minora LINN. HALLER. Styli quinque LUDWIG. Capsula pentagona, quinquelocularis, angulis dehiscens, explodens femina.

I. OXALIS scapo unifloro, foliis ternatis, radice squamoso-articulata. LINN. *H. Cliff.* p. 175. *Fl. Svec.* 385. *Mat. Med.* 216. *Spec. plant.* p. 433. ROYEN. *Lugdb.* p. 458. BOEHM. *Lips.* 70. Oxydis nomine.

*Oxys radice dentata, foliis ternatis, scapo nudo, unifloro.* HALL. *Helv.* p. 364.

*Oxys flore albo & purpurascente.* TOURNEF. *Inst.* p. 88.

Carniol. *Kisla detela.*

Habitat in sylvis omnibus.

Folia utrinque virentia si flos albus, subtus rubra si purpurascens fuerit. Corolla malvacea, calyce triplo longior. Calyx unicus, regularis, staminibus bre-

brevior; segmentis subrotundis, rubris. Stamina libera.

Recentia folia jusculis incocta, aut alio modo assumpta, in putridis febribus, in quibus alcali dominatur, egregie demulcent; sed etiam peregrinantibus Alpes aquis destitutas, in situ & æstu solatium præbent.

## GERANIUM.

TOURNEF. *Inst.* p. 266. *Tab.* 142.

Corollæ pentapetala regularis in *Gruinali* RIVINI, irregularis in *Geranio* ejusdem, calyce pentaphyllo excepta. Stamina decem, alterna minora. Styli quinque. Capsulæ quinque, caudatæ, uniloculares, monospermæ, a basi fursum dehiscentes.

1. GERANIUM pedunculis bifloris, calycibus pilosis decemangulatis. LINN. *Spec. plant.* p. 681.

*Geranium pedunculis bifloris, foliis quinque-trivepartitis, lobis pinnatifidis.* LINN. *H. Cliff.* p. 344. *Fl. Svec.* 578. HALL. *Helv.* p. 369. BOEHM. *Lips.* 462.

Carniol. *Kervamozenzel.*

Habitat in hortis, muris, ruderatis.

Pedunculi diflori, non multiflori ut posuit VAILLANT. *Paris.* p. 80. Calyx aristatus, villis rubro capitulo sæpius terminatis hispidus, lineatus. Corolla subæqualis. Stamina breviora ultima sunt quæ ad stigmata connivent & pollen effundunt. Germina glabra sunt.

Plantam hanc adstringere, & vulnerariam esse popularia præsertim experimenta confirmant. An hæc herba sanguinalis ad sanguinis rejectionem ab ARETÆO commendata de *causis & signis acut. & diuturn. morb. de curat. Lib. 2. cap. 2. v. 40. edit. Wigan. p. 123. sub finem?*

2. GERANIUM pedunculis bifloris, petalis integris calycis longitudine, caule prostrato, foliis reniformibus incisus. LINN. Spec. plant. p. 683.

*Geranium pedunculis bifloris, foliis subrotundis multifidis, caule procumbente.* LINN. H. Cliff. p. 344. Fl. Svec. 575. ROYEN. Lugdb p. 351. HALL. Helv. p. 365. DALIB. Paris. p. 206.

*Geranium columbinum majus, flore minore cæruleo.* VAILLANT. Paris. p. 79. Tab. 15. fig. 1. Habitat ad vias.

Folia orbiculata, mollia, semiseptifida; lobis incisus. Calyx villosus, muticus. Petala rubra, emarginata, calyce minime longiora. Antheræ cæruleæ. Seminis acus calyce duplo longior, pedunculo paulo minor. Semina terrei coloris & villosa.

3. GERANIUM pedunculis bifloris, foliis quinquepartito-multifidis angulatis: laciniis acutis, capsulis glabris, calycibus aristatis. LINN. Fl. Svec. 576. Spec. plant. p. 682. DALIB. Paris. p. 207.

*Geranium foliis ad nervum quinquifidis, pediculo longissimo, caule prostrato.* HALL. Helv. p. 367.

*Geranium columbinum foliis dissectis, pediculis florum longissimis.* RAY. Hist. 2. p. 1059. TOURNEF. Inst. p. 268. VAILLANT. Paris. p. 79. Tab. 15. fig. 4. SEGUIER. Veron. 1. p. 472.

Habitat in sterilibus & apricis.

Caules prostrati. Folia longe petiolata, ad basim usque quinqueloba; lobis incisus, villis prostratis utrinque adspersa. Pedunculus acu feminis duplo longior, cum calyce irregulari & aristato glaber. Petala regularia, calyce breviora, emarginata, spinula e medio prodeunte. Filamenta calycis longitudine.

4. GERANIUM pedunculis bifloris, foliis peltato-incisus ferratis, caule erecto. LINN. Fl. Lapp. 266. H.

Cliff.

Cliff. p. 244. Fl. Svec. 572. Spec. plant. p. 681.

ROYEN. Lugdb. p. 351.

*Geranium foliis rugosis, semitrilobis, latioribus, lobis dentatis, lateralibus bipartitis, floribus purpureis.* HALL. Helv. p. 367.

Habitat in sylvis.

Caulis anguloso-fulcatus. Folia bina, opposita, quinqueloba, figura Ranunculi montani subhirsuti. BAUHINI; lobis acutis, dentatis. Calyx glaber, erectus, aristatus: arista herbacea. Pedunculus semipedalis, lateralis, compressus, nudus, biflorus. Flos magnus. Petala cæruleo-rubra, lineata, bifida, incisæ; unguibus ciliatis. Styli cinnabarini.

5. GERANIUM pedunculis multifloris, calycibus pentaphyllis, floribus pentandris, foliis pinnatis incisæ obtusis. LINN. Spec. plant. p. 680.

*Geranium pedunculis multifloris, calycibus pentaphyllis, foliis duplicato-pinnatis.* LINN. H. Cliff. p. 334. Fl. Svec. 579. Mat. Med. 337. ROYEN. Lugdb. p. 352. HALL. Helv. p. 369. DALIB. Paris. p. 208. BOEHM. Lips. 461.

Habitat fecus vias.

Caulis decumbens. Villosa omnia. Pinnæ sessiles, sæpius alternæ, incisæ, extremæ confluentes. Pedunculi laterales, convergentes, nudi, folio longiores. Flores umbellati, involucre communi monophyllo dentato. Calyx regularis, aristatus, basi ruber; lineis viridibus tribus in singulo foliolo Petala inæqualia, immaculata, rubra; unguibus ciliatis. Glandulæ subnigræ inter bases petalorum. Stamina quinque.

*Geranium Moschatum*, pinnis foliorum integris in Carniola nondum a me visum, odore certe ac viribus a *supino* diversum est.

## SEDUM.

HALL. *Helv.* p. 392.

Calycis folia & Petala germinum numero respondentia. Stamina duplo plura petalis, alterna ex horum unguibus. Siliquæ numero petalorum, calyce persistente exceptæ, unculares, polyspermæ, interiori latere dehiscentes.

Stirpium *Classes & Genera* Natura constituit, ut docuit LINNÆVS Generibus *Polygoni, Rhamni*, aliisque. Sed etiam ratio militat pro *Sedo, Alfine, Lychnide*, ut patet consideranti. In his itaque HALLERVM & LUDWIGIVM sequi visum est.

1. SEDUM (Sempervivum) foliis planis ciliatis, propaginibus patentibus. LINN. *Spec. plant.* p. 464.

*Sedum rosulis acaulis, liberis, conniventibus, foliis ciliatis.* HALL. *Helv.* p. 392. BOEHM. *Lips.* 412.

*Sempervivum foliis radicalibus carnosissimis ciliatis, caulinis imbricatis membranaceis, corymbo racemoso reflexo.* LINN. *H. Cliff.* p. 179. *Fl. Svec.* 375. *Mat Med.* 222. ROYEN. *Lugdb.* p. 457.

Habitat in rupibus, murisque hortorum.

SEGUIERIVS *Sempervivum* plantis accensuit pentapetalis pentandris, unde hoc? Optimo Amico ex cæcis hæmorrhoidibus sævissimo dolore vexato, apposita sunt, meo consilio hujus plantæ trita & facculo inclusa folia. Ea nocte bene dormivit, aliaque die ab omni dolore & tumore liber, suo officio liberime functus est. Succus foliorum cum melle mixtus aphtosis faucibus solatium adfert; eodem faciei maculas lentiformes dissipatas sæpius observavi. Sed & putredinem dysentericam, biliosam, alcaliscentem enervat, acido quo abundat & nitroso sale, si quotidie ad aliquot uncias sumptus fuerit.

2. **SEDUM** foliis planis ovatis serratis, cymis lateralibus corymbosis.

*Sedum foliis planiusculis serratis, corymbo folioso, caule erecto.* LINN. Spec. plant. p. 430.

*Sedum foliis serratis, ellipticis, umbella caulem terminante densissima.* HALL. Helv. p. 394.

*Sedum foliis planiusculis patentibus serratis, corymbo terminatrice.* LINN. H. Cliff. p. 176. Fl. Svec. 386. ROYEN. Lugdb. p. 456.

Habitat circa rupes.

Margo folii ruber, basis integerrima Corymbi foliosi, trifidi. Calyx acutus. Petala alba. Antheræ rubræ, polline flavo. Filamenta alterna breviora. Siliiculæ quinque, decem subovatis feminibus foetæ.

Viribus Medicis cum priore convenit.

3. **SEDUM** foliis teretibus compressis acutis, cyma trifida, floribus pedunculatis.

Habitat cum sequentibus.

Folia acuta, rubris maculis punctata, luteo-virescentia. Caulis apice trifido. Flores pedunculati. Petala alba, linea rubra per medium decurrente notata. Calyx acutus. Siliquæ sex. Stamina petalis & germinibus breviora.

4. **SEDUM** foliis teretibus obtusis patulis, cyma trifida, floribus sessilibus.

*Sedum foliis conicis, floribus in alis sessilibus, majoribus, luteis.* HALL. Helv. p. 396. cum infidum sit.

Habitat in aridis locis, juxta vias, & in muris.

Caules demum erecti. Folia patentia, viridia, obtusa, adnata, sessilia. Caulis apex trifidus. Flores sessiles. Calycis segmenta teretia, angustiora. Petala flava. Stamina flava. Siliquæ quinque.

5. **SEDUM** foliis teretibus obtusis, racemis dichotomis corymbosis, calycibus obtusis,

*Sedum foliis oblongis teretiusculis sessilibus patentibus, cyma ramosa.* LINN. H. Cliff. p. 177. Fl. Svec. 387. Spec. plant. p. 432. ROYEN. Lugdb. p. 457. HALL. Helv. p. 398.

Habitat in muris.

Folia satore virentia, tuberculosa. Racemi plures ter quaterque dichotomi, in corymbum confluentes. Pedunculi Petalorum longitudine. Calycina folia ovata. Petala alba, sine lineâ decolore. Stamina petalorum longitudine, stylis longiora. Sapor acidus.

## SAXIFRAGA.

LINN. Gen. plant. 494.

Calyx quinquefidus, persistens, Petala quinque. Stamina decem, alterna breviora. Capsula birostris, unilocularis, polysperma.

1. *SAXIFRAGA* foliis caulinis reniformibus dentatis petiolatis. LINN. Spec. plant. p. 403.

*Saxifraga foliis reniformibus acute orenatis, caule ramoso folioso.* LINN. H. Cliff. p. 167. ROYEN. Lugdb. p. 453. HALL. Helv. p. 400.

*Geum rotundifolium, majus.* TOURNEF. Inst. p. 251. Tab. 129. SCHEUCHZ. It. p. 334. SEGUIER. Veron. 1. p. 446.

Habitat in udis saxosisque sylvarum etiam alpinarum locis.

Folia prædicta. Racemi laterales, nudi, trifidi; pedunculis lateralibus trifloris, medio unifloro. Calyx patens, germine minor. Petala alba, lanceolata, rubris punctis supra medium, infra vero luteis notata maculis. Semina ovata, glabra.

2. *SAXIFRAGA* foliis radicalibus aggregatis lingulatis cartilagineo-ferratis, caule paniculato. LINN. Spec. plant. p. 398.



*Saxifraga foliis ligulatis radicalibus, margine cartilagineo, acute serratis, floribus paniculatis.* LINN. Fl. Svec. 355.

*Saxifraga foliorum ora cartilaginea, crenata, florum spica parva & alba.* HALL. Helv. p. 402.

*Saxifraga foliorum marginibus cartilagine crenatis.* LINN. H. Cliff. p. 168. ROYEN. Lugdb. p. 453.

Habitat in M. Anas.

Folia ima congesta, basi rubra, apicibus dilatata, crassa, lingulata, oris, dum planta semen parat, tuberculis albis separabilibus, veluti scabie obsessis. Scapus villosus, subruber, foliaceus, racemosus. Pedunculi patentes ramosi. Petala alba, elliptica, punctata, marginibus crispis. Stamina suberecta, segmentis calycinis vix longiora; antheris ochroleucis. Ovarii tegmen flavum. Capsula semina continet 50. circiter.

3. *SAXIFRAGA* foliis caulinis alternis linearibus spinoso-ciliatis.

*Saxifraga foliis caulinis linearibus alternis ciliatis: radicalibus aggregatis.* LINN. Spec. plant. p. 402.

*Saxifraga foliorum margine ciliari, floribus luteis maculosis.* HALL. Helv. p. 399. & non maculosis. SEGUIER. supplement. p. 200.

Habitat cum *Cherleria*.

Ego folia radicalia & aggregata Linnæi non invenio, sed mere caulina, crassa, patentia, spinulis remotis mollibus albidis pellucidis ciliata. Pedunculi inferiores plerumque biflori, terminalis uniflorus. Calyx patentissimus, virens, glaber, staminibus brevior. Petala aurantia, oblonga, integerrima, patula, croceis maculis notata. Stamina petalis breviora. Germen rubrum.

4. *Saxifraga* foliis caulinis cuneiformibus trifidis alternis, caule erecto ramoso. LINN. *Fl. Svec.* 355. *Spec. plant.* p. 404.

*Saxifraga foliis latius petiolatis, trifidis, ad caulem palmatis.* HALL. *Helv.* p. 404.

*Saxifraga foliis trifidis: basi angustis, caule erecto.* ROYEN. *Lugdb.* p. 457.

*Saxifraga foliis omnibus trilobis: basi angustis, caule erecto.* LINN. *Fl. Lapp.* p. 173. H. Cliff. p. 168.

*Saxifraga verna, annua, humilior.* TOURNEF. *Inst.* p. 252. ZANICHELL. *Ven.* p. 255. Tab. 226. SEGUIER. *Veron.* I. p. 448.

Habitat in muris circa *Lok* &c

Folia ima trifida, suprema simplicia. Caulis digitum longus, paniculatus. Calyx virens. Petala alba, ovata.

## CHRYSOSPLENIUM.

TOURNEF. *Inst.* p. 146. *Tab.* 60.

Calyx quadrifidus, coloratus, patens. Stamina octo. Germen receptaculo immersum. Capsula Saxifragæ. Semina in duos ordines distributa.

1. *CHRYSOSPLENIUM* foliis alternis. HALL. *Helv.* p. 189. LINN. *Fl. Svec.* 317. *Spec. plant.* p. 398.

*Chrysofplenium foliis pediculis oblongis insidentibus.* TOURNEF. *Inst.* p. 146. SEGUIER. *Veron.* I. p. 242.

Habitat in gramineis humidioribus, umbrosis; circa sepes, fontes, & rivulos.

Caules trigoni, erecti, apice dichotomi. Rami corymbosi. Folia alterna, petiolata, cordato-reniformia, crenata, inferiora villosa, sub floribus glabra. Flores sessiles, flavescentes, flavescentibus foliis cincti, qui color in adulta planta successive evanescit. Capsula compressa,

pressa, segmentis calycinis minoribus tecta, divaricatis stylis coronata, ad medium ita compressa, ut bicularis videatur; septo tamen caret, cæterum bivalvis, & ita dehiscens ut unilocularis appareat. Semina ante valvarum aperturam in duas phalanges, veluti locula distributa.

## PORTULACA.

TOURNEF. *Inst.* p. 236. *Tab.* 118.

Calyx bifidus, imam partem germinis ambiens C. Petala quinque A. Stamina plura. Stylus unicus. Stigmata sex. Capsula ovata E, transversim dehiscens H. G.

I. PORTULACA foliis cuneiformibus, floribus sessilibus. ROYEN. *Lugdb.* p. 473. LINN. *H. Upsal.* p. 146. *Mat. Med.* 260. *Spec. plant.* p. 445. HALL. *Helv.* p. 392. DALIB. *Paris.* p. 158. WACHENDORF. *ultraject.* p. 95. BOEHM. *Lips.* 885.

*Portulaca foliis cuneiformibus verticillatis sessilibus, floribus sessilibus.* LINN. *H. Cliff.* p. 207.

Carniol. *Sher.*

Habitat in hortis.

Syrupus aut succus in Stranguria præsertim utilis est, commendatus etiam a CRATON in *Epist.* 5. p. 275.

## CLASSIS XXVII.

### CARYOPHYLLEI.

LINN. *Class. Plant. & Phil. Bot.*

Calyx persistens. Petala tot quot foliola aut segmenta calycis, germi circumposita; unguibus erectis; limbis patulis. Staminum dupla ratio ad petala. Fructus unicus, plerumque siccus, polyspermus. Folia sæpius opposita.

ALSINE.

## ALSINE.

TOURNEF. *Inst.* p. 242. *Tab.* 126.

Folia calyna & Petala eodem numero. Stamina petalis nunquam pauciora, aut duplo plura. Styli 2-5. Capsula conica, unilocularis, polysperma, apice dehiscens in valvas nunquam pauciores quam sunt petala. Pedunculus solitarius inter ramos.

1. ALSINE floribus tetrandris tetragynis, caulibus diffusis.

*Sagina ramis procumbentibus.* LINN. *Spec. plant.* p. 128. cum aliis Synonymis ac in *Flora Svecica* posuit. 148.

*Alfne pusilla graminea, flore tetrapetalo.* SEGUIER. *Veron.* 1. p. 421. *Tab.* 5. fig. 3. omnino.

*Alfne tetrapetala, foliis angustis, in origine latexcentibus.* HALL. *Helv.* p. 390. BOEHM. *Lips.* 385. qui *Saginam* LINN. cum ejusdem *Moehringia* confundit.

Habitat circa hortos.

Folia *Moehringiæ*. Statura minor. Calyx patens, tetraphyllus. Stamina quatuor inter binas glandulas erumpentia. Styli quatuor, reflexi. Petala quatuor, alba, ovata, calyce multo minora.

2. ALSINE floribus pentandris, foliis ovato-cordatis.

*Alfne petalis bipartitis, foliis ovato-cordatis.*

LINN. *Spec. plant.* p. 272.

*Alfne pentastemon, petalis bipartitis.* HALL. *Helv.* p. 386.

*Alfne foliis ovato-cordatis.* LINN. *Fl. Lapp.* 186. H. *Cliff.* p. 173. *floribus trigynis.* FL. *Svec.* 369. BOEHM. *Lips.* 378.

Habitat in cultis abunde.

Folia ima petiolata, superiora sessilia, succulenta; unde inter hanc & priorem Classem adfinitas elucescit.

Petala

Petala bifida, calyce breviora. Stamina naturaliter quinque. Styli tres. Capsula sexvalvis. Semina lutea, compressa, subrotunda, usque quatuordecim, e filis pendula.

Phlegmatis aquosi, non vero salis ammoniaci SEGUIER. *Veron.* I. p. 417. copia abundat. Hanc appetunt spini & Cardueles instinctu naturæ ad putredinem humorum ex nimio usu feminum Cannabis, avertebant. Corpus vero humanum quomodo afficiat, nondum certo constat.

3. ALSINE floribus octandris.

*Moehringia.* LINN. Spec. plant. p. 359.

*Moehringia pedunculis unifloris.* LINN. H. Upsal p. 95.

*Alpine tetrapetalo, foliis perangustis, longissimis.*

HALL. Helv. p. 390. BOEHM. Lips. 384.

Habitat in rupibus umbrosis & asperis udis locis.

Calyx tetraphyllus. Petala quatuor, integerrima. Stamina octo, æqualia. Styli duo conniventes, dein divergentes ut in *Saxifragis*. Capsula quadri-valvis; valvis reflexis. Semina quatuor, splendens, nigra, reniformia.

4. ALSINE floribus decandris trigynis, foliis lanceolatis, petalis bifidis.

*Stellaria foliis lanceolatis serrulatis, petalis bifidis.* LINN. Spec. plant. p. 422.

*Alpine foliis gramineis, asperis, petalis semibifidis.* HALL. Helv. p. 386.

*Alpine foliis lanceolatis serratis.* LINN. Fl. Svec. 371. BOEHM. Lips. 376.

Habitat circa sepes agri *Labacensis*, & prope *Pellant*.

Caulis erectus, subtetragonus. Folia lanceolata. Calycis margo albicans. Petala semibifida, venosa, calyce duplo longiora. Stamina decem. Styli tres. Capsula sphaerica, obtusa. Semina pauca.

5. **ALSINE** floribus decandris trigynis paniculatis, foliis linearibus.

*Stellaria foliis linearibus integerrimis, floribus paniculatis.* LINN. Spec. plant. p. 422.

*Alfne foliis linearibus integerrimis.* LINN. Fl. Svec. 372. BOEHM. Lips. 375.

*Alfne foliis gramneis, petalis bipartitis.* HALL. Helv. p. 385.

Habitat in herbidis, udisque.

Caulis repens, compresso-tetragonus. Folia linearia, patula. Flores paniculati. Calycina folia lineata. Petala calyce longiora. Capsula sexvalvis.

6. **ALSINE** floribus decandris trigynis, corollis calyce brevioribus.

*Alfne foliis lanceolatis, petalis integris, calycis magnitudine.* HALL. Helv. p. 389. BOEHM. Lips. 383.

*Arenaria foliis subovatis acutis sessilibus, corollis calyce brevioribus.* LINN. H. Cliff. p. 173. Fl. Svec. 373. Spec. plant. p. 423. ROYEN. Lugdb. p. 451.

Habitat in ficcis & sterilibus.

Petala ovato-oblonga, integra, alba, calyce duplo breviora. Capsula sexvalvis, non quinquevalvis. LINN. Gen. plant. 446.

7. **ALSINE** floribus decandris pentagynis, foliis sessilibus cordatis.

*Cerastium foliis cordatis sessilibus, floribus solitariis, fructibus pendulis.* LINN. Spec. plant. p. 439.

*Alfne foliis cordatis, floribus pentagynis.* LINN. Fl. Svec. 370. BOEHM. Lips. 377.

*Alfne foliis cordatis, petalis bipartitis.* HALL. Helv. p. 386.

Habitat in areis hortorum, udisque in locis.

Folia amplexicaulia. Petala semibifida, calyce longiora. Stamina decem. Styli quinque. Capsula quinquevalvis. En differentiam ab *Alfine media*.

8. **ALSINE** floribus decandris pentagynis, foliis verticillatis.

*Alfine foliis verticillatis, petiolis ramosis, petalis integris.* HALL. Helv. p. 387. BOEHM. Lips. 380.

*Spergula foliis verticillatis, floribus decandris,* LINN. H. Cliff. p. 440. Fl. Svec. 377. ROYEN. Lugdb. p. 451.

*Spergula fructu pendulo.* LINN. Fl. Lapp. 190. Habitat inter segetes.

Caulis erectus, teres, ramosus. Folia linearia, teretia, ciliata, nitida, verticillata, canaliculata. Panicula dichotoma, laxa, terminalis. Petala ovata, integra. Stamina numero variantia 5. 7. 8. sed numerus naturalis decimus est. Capsula ovata, calyce duplo longior, quinquevalvis. Semina atra, compressa, papillosa.

Dato numero quinario staminum interdum occurrente, nihil obstat esse *Droseræ* speciem. Ergo notæ Generum naturalium ab iis, quæ artificialibus tribuuntur, diversissimæ sunt.

## CERASTIUM.

LINN. species nonnullæ, seu *Myosotides*, TOURNEFORT. HALLER.

Differt ab *Alfine* capsula cylindræa, cornu simili, decem denticulis, cum semina effundit, in apice instructa. TOURNEF. Tab. 126. E. F. G. VAILLANT. Paris. Tab. 30. fig. 1. 2. 3. a. a. b. b.

1. **CERASTIUM** floribus decandris, corollis calyce majoribus, foliis ovato-lanceolatis.

*Cerastium foliis ovato-lanceolatis, caule diviso, capsulis oblongis.* LINN. Spec. plant. p. 438.

*Cerastium foliis lanceolatis, corollis calyce majoribus.* LINN. Fl. Svec. 380.

*Myosotis foliis exovato acuminatis, flore calycem excedente.* HALL. Helv. p. 383.

Habitat in herbidis siccis, passim.

Villi in calyce subulati, subarticulati.

## CHERLERIA.

HALL. Helv. p. 391.

Habitus *Alfines* est, & fructus, & tubæ. Sed stamina alternatim quinque simplicia, quinque ex cordiforme ungue profecta, neque alia præter eos ungues (nectaria LINNÆI, petala LUDWIGII) qui calyce minores sunt, petala. HALL. l. c. qualia pinxit SEGUIERIVS. *Veron. supplem. Tab. 4. fig. 3. C.* & fatetur etiam HALLERVS in *Itin. helvet.* n. 79.

1. **CHERLERIA.** HALL. *Helv. ibid. Tab. 6. & It. Helv. Tab. 1.* LINN. *Spec. plant.* p. 425. SEGUIER. l. c. p. 180.

Habitat in saxosis cacuminibus Alpium *Carniolæ superioris.*

Descriptionibus a Cl. HALLERO consignatis in *Comm. Lit. Norimb. 1736. Helv. n. 13. Tab. 1. fig. 5. Helvet. Enum. l. c. Opuscul. Bot. p. 25. & 299. 300.* addo Cespites latos, ut in *Lychide gramineo folio.* Pedunculos erectos, uno foliorum pari ornatos, ungue digiti auricularis nunquam longiores. Calycem virentem, suberectum, glabrum. Stamina longiora ex nectariis, minora ex receptaculo; antheris pallide luteis. Stylos nectariorum longitudine. Capsulam trivalvem.

LYCH-



## LYCHNIS.

HALL. *Helv.* p. 373.

Calyx monophyllus, quinquedentatus. Petala quinque; unguibus longis, gracilibus, sæpius stamiferis. Stamina decem, alteræ majora. Styli nunquam plures quam sunt petala. Capsula polysperma.

## 1. LYCHNIS acaulis.

*Cucubalus acaulis*. LINN. *Spec. plant.* p. 415.

*Silene acaulis*. LINN. *Fl. Lapp.* 184. *Fl.*

*Svec.* 368. ROYEN. *Lugdb.* p. 447. HALL.

*Helv.* p. 375.

Habitat ad sabulosas Alpium summorum femitas.

Cespites ut in *Dryade* & *Cherleria*. Folia linearia. Pedunculus uniflorus, uno pari foliorum. Calyx purpureus, glaber, subventricosus, decemangulatus, unguibus petalorum brevior. Petalorum limbi emarginati, purpurei, patuli, calyce breviores. Staminum antheræ flavæ. Styli tres. Germen sessile oblongum. Capsula ultra duo semina in fundo nidulantia raro continens.

## 2. LYCHNIS floribus digynis corymbosis, capsulis quadrivalvibus.

*Saponaria calycibus cylindricis, foliis ovato-lanceolatis*. LINN. *H. Cliff.* p. 165. *H. Upsal.* p. 106. *Mat. Med.* 214. *Spec. plant.* p. 408.

ROYEN. *Lugdb.* p. 444. BOEHM. *Lips.* 369.

*Saponaria foliis trinerviis, floribus umbellatis*.

HALL. *Helv.* p. 378.

*Lychnis sylvestris, quæ Saponaria vulgo*. TOURNEF. *Inst.* p. 336. ZANICHEL. p. 172. *Tab.*

285. SEGUIER. *Veron* 1. p. 428.

*Carniol. Scheiffen schelze.*

Habitat secus hortos & agros.

Folia lanceolata, sessilia, nervosa, glabra. Pedunculi umbellati terni; laterales triflori, medio simplici.

plici. Calyx infra medium crassior, subinflatus, postice introverfus. Petala limbis integris, subcrenatis. Stamina omnia ex receptaculo. Styli duo. Germen transversim rugosum, cylindraceum. Capsula unilocularis, quadrivalvis. Semina 30-35. nigra, reniformia. Resolventium princeps est, quoties vasa & viscera a pinguibus, glutinosis lentisque coagulis obstructa fuerint.

3. *LYCHNIS floribus trigynis, calycibus campanulatis, capsula colorata.*

*Cucubalus calycibus campanulatis, petalis distinctibus, fructu colorato, ramis divaricatis.* LINN. Spec. plant. p. 414.

*Cucubalus.* BOEHM. Lips. 389.

*Cucubalus caule ramoso, floribus trigynis, fructu colorato globoso.* LINN. H. Cliff. p. 170. H. Upsal. p. 107. ROYEN. Lugdb. p. 448.

*Cucubalus Plinii.* TOURNEF. Inst. p. 339. BOERHAAV. 2. p. 71. SEGUIER. Veron. 1. p. 432.

Habitat ad sepes agri *Labacensis*.

Caulis scandens, hirsutus. Habitus Alfinis. Folia petiolata, ovato-acuminata. Pedunculi multiflori. Calyx late campanulatus. Petala alba, bifida. Styli tres. Capsula nigra, sphaerica. Semina ad 40.

4. *LYCHNIS floribus trigynis pendulis, calycibus ovatis inflatis venosis, capsula semitriloculari.*

*Lychnis tristyla, trilocularis, calyce inflato.* BOEHM. Lips. 394.

*Cucubalus calycibus subglobosis glabris reticulato-venosis, capsulis trilocularibus, corollis subnudis.* LINN. Fl. Svec. 360. Spec. plant. p. 414.

*Viscago calyce inflato, petalis ferratis, bifidis.* HALL. Helv. p. 373.

*Cucubalus floribus trigynis, calycibus glabris, capsulis trilocularibus.* LINN. H. Cliff. p. 176. ROYEN. Lugdb. p. 448.

*Cucubalus calycibus ovatis, floribus hermaphroditis.* LINN. Fl. Lapp. p. 180.

Habitat in pratis cultioribus.

Caulis paniculatus. Folia mollia, lanceolata. Calyx unguibus petalorum longior. Stamina germine nihilo longiora. Capsula receptaculo subrotundo innixa, pyriformis, sexvalvis, infra medium septa producens quibus in tria locula fundus dividitur.

5. LYCHNIS trigynis secundis paniculatis pendulis, petalis convolutis bifidis.

*Silene petalis bifidis, floribus lateralibus secundis cernuis, caule recurvato.* LINN. Spec. plant. p. 417.

*Viscago foliis imis petiolatis, petalis bifidis seconvolventibus.* HALL. Helv. p. 374.

*Lychnis tristyla, trilocularis, petalis convolutis.* BOEHM. Lips. 395.

*Silene foliis lanceolatis, caule paniculato, floribus nutantibus, calyce striato, corolla involuta.* LINN. H. Cliff. p. 171. Fl. Svec. 366. ROYEN. Lugdb. p. 446.

Habitat in pratis & circa vias.

Caulis villosus, paniculatus. Panicula viscosa. Racemi remoti, laterales, heteromalli. Calyx ruber, angulis decem villosis: villis capitatis. Petala rubra, aut rubro-virescentia; limbis ungue longioribus. Stamina, effuso polline, longiora & convoluta. Styli, post delapsas staminum longiorum antheras, ultra auriculas petalorum elati & elongati. Receptaculum cylindricum, germinis figura.

6. LYCHNIS floribus trigynis erectis, capsulis trilocularibus, foliis linearibus.

*Silene floribus erectis, petalis emarginatis, calycibus teretibus, foliis lanceolatis.* LINN. Fl. Svec. 367. Spec. plant. p. 421.

*Silene floribus erectis, laxè distantibus, caule dichotomo.* LINN. Fl. Lapp. 183.

*Lychnis saxatilis alpina, glabra, pumila.* TOURNEF. Inst. p. 338.

Habitat in *M. Anas.*

Caules teretes, tenues, viscidi, uni- & biflori, ramosi semipedales. Folia linearia, oris subciliatis. Flores erecti. Calyx decemlineatus, divergens, viscidus, subruber, unguibus paulo brevior. Corolla albo-virens. Capsula trilocularis, oblonga, innixa receptaculo striato convergente. Semina in uno loculo ultra duodecim.

7. **LYCHNIS** floribus trigynis, petalis quadrilobis, foliis linearibus.

*Lychnis alpina, foliis angustis, reflexis, petalis quadripartitis.* SEGUIER. Veron. supplem. p. 186.

Habitat in Alpibus *Krainburgo* proximis. Eandem reperi primo An. 1753. in amoenissimis *Incliti Atmontensis Cænobii* pascuis *Keiserhau, Styriæ superioris.*

Flos erectus. Calyx cylindricus. Limbi petalorum inæqualiter quadrilobi. Capsula oblonga, trilocularis.

8. **LYCHNIS** floribus pentagynis, petalis laciniatis.

*Lychnis petalis quadrifidis, longissimis.* HALL. Helv. p. 378. BOEHM. Lips. 391.

*Lychnis petalis quadrifidis, fructu subrotundo.* LINN. H. Cliff. p. 174. Fl. Svec. 304. Spec. plant. p. 436. ROYEN. Lugdb. p. 439.

Habitat in pratis paludosis.

Caulis sulcatus. Folia lanceolata; oris revolutis, internodiis rubris. Panicula brevis, terminalis, laxa; pedunculis bifloris & unifloris. Calyx coloratus, limbis petalorum brevior. Auriculæ segmentis capillaceis. Capsula subrotunda, unilocularis, angulis oblitteratis. Receptaculum calyciforme. Semina

ovata,

ovata, pedunculo albo prædita, verrucis obtusis & cylindræis ad lentem vitream aspera.

9. *LYCHNIS* floribus pentagynis, petalis nudis calyce brevioribus.

*Agrostemma hirsuta*, calycibus corollam æquantibus, petalis integris nudis. LINN. Spec. plant. p. 435.

*Lychnis calycis laciniis petalorum longitudinem superantibus.* HALL. Helv. p. 376. BOEHM. Lipf. 396.

*Agrostemma.* LINN. H. Cliff. p. 185. Fl. Svec. 383. ROYEN. Lugdb. p. 449.

Habitat inter segetes, nimis abunde.

Calyx hirsutus, laciniis corolla longioribus. Petala rubra, cæruleis punctis maculata, auriculis destituta. Styli villosi. Germen sessile, pyriforme. Capsula unilocularis. Semina angulosa, nigra.

10. *LYCHNIS* floribus dioicis. LINN. Spec. plant. p. 437.

*Lychnis sexu distincta*, foliis ovatis, acutis. HALL. Helv. p. 377. BOEHM. Lipf. 392.

*Cucubalus floribus dioicis.* LINN. H. Cliff. p. 171. Fl. Svec. 361. ROYEN. Lugdb. p. 448.

Habitat ad sepes & vias.

*In Flore rubro masculo*, caulis hirsutus, Folia ovata, oris undulatis. Stamina villosa. *In Flore rubro femineo*, eadem, sed styli villis subcapitatis adpersi, quin; capsula proprio calyce excepta, e cujus margine modo oriebantur filamenta decem, exigua, basi villosa, ad latus flexa, terminata antheris bilocularibus aqueo & infecundo humore turgidis, modo vero idem calyx nudus erat. *In Flore albo masculo.* Calyx cylindræus, angulis rubris, denticulis longioribus erectis. Filamenta basi villosa; antheris flavis. *In Flore albo femineo.* Calyx inter angulos venis confluen-

tibus instructus; denticulis reflexis rubris, alibi virens. Styli quinque, glabri. Capsula pyriformis.

## DIANTHUS.

LINN. *Gen. plant.* 500.

Calyx monophyllus, quinquentatus, squammis quatuor ad basim auctus. Petala quinque. Stamina decem. Styli duo. Capsula cylindræa, quadrivalvis. Semina compressa.

1. *DIANTHUS* floribus subaggregatis, squammis calycinis ovatis aristatis tubum subæquantibus, foliis linearibus. LINN. *H. Upsal.* p. 105. *Spec. plant.* p. 409.

*Tunica calyce universali aristato, floribus brevior.* HALL. p. 382. BOEHM. Lips. 366.

Habitat in agri *Vipacensi*.

Folia linearia. Pedunculi tres, umbellati; laterales biflori; medio ramoso: ramulis bifloris, umbellatis. Calyx subsessilis, ruber, striatus; squammis argentibus oblongis, aristatis. Petala limbis rubris, crenatis, superne villosis & lineatis. Antheræ cæruleæ.

2. *DIANTHUS* floribus solitariis, corollis lacero-partitis, squammis calycinis ovatis acutis. LINN. *Fl. Svec.* 344.

*Dianthus floribus solitariis, squammis calycinis subovatis brevissimis, corollis multifidis: fauce pubescentibus.* LINN. *Spec. plant.* p. 411.

*Dianthus floribus solitariis, petalis multifidis: basi canaliculatis.* LINN. *H. Upsal.* p. 105. SAUVAG. Monsp. p. 143.

*Tunica pet. lis profundissime laciniatis.* HALL, *Helv.* p. 382. BOEHM. Lips. 365.

*Dianthus petalis multifidis.* LINN. *H. Cliff.* p. 174. ROYEN. Lugab. p. 443.

Varietas

Varietas una *P. talis imberbibus*, circa *Idriam* in *Struk* ad rupes orta; squammis calycinis in acumen longum, erectum, virens, attenuatis; petalis alborubris. Odore liliorum alborum. Altera *Petalis fauce pubescentibus*, circa *Coka*, & alibi in asperis locis habitans, gerit ramos semiteretes, unifloros; calycem uncialem, dentibus margine albo membranaceo, squammis subrubris ovatis; acumine vix bilineari; petalis albis, fauce villis rubris; aut petalis rubris & fauce villis nigris pubescente.

3. **DIANTHUS** floribus solitariis, petalis crenatis; unguibus triquetris.

*Tunica angustifolia, procumbens, petalis serratis.* HALL. Helv. p. 382.

*Dianthus floribus solitariis, squamis calycinis subovatis brevissimis, corollis crenatis.* LINN. H. Cliff. p. 164. H. Upsal. p. 104. Mat. Med. 213. Spec. plant. p. 110. ROYEN. Lugdb. p. 443.

Habitat in apricis & aridis locis calidioris *Carniolæ*.

Folia linearia. Nodi in caule quini. Caulis uniflorus. Petalorum limbi, rosei, ovati, glabri, crenati; unguibus triquetris.

Conserva & Syrupus ex recentibus corollis scopo cardiaco, si vis vitæ in morbis acutis defecerit, inservire potest.

4. **DIANTHUS** floribus solitariis, petalis emarginatis, foliis linearibus ciliatis.

Habitat in arenosis apricis *Carniolæ* collibus.

Radix crassa, multicaulis. Caules vix semipedales, ascendentes, ramosi. Folia linearia, acuta, semiteretia, ciliata. Rami uniflori. Petala parva, pallide rubra, fauce glabra, integra, emarginata; unguibus longitudine calycis tribus lineis rubris exarati.

5. **DIANTHUS** caule unifloro, corollis crenatis, squamis calycinis tubum æquantibus, foliis linearibus.

LINN. *Spec. plant.* p. 412.

Habitat ad vias in agro *Vipacensi* & circa *Heiden-schaffi*.

Caulis semipedalis. Folia linearia, acuta, triner-  
via. Squammæ pallide rubræ in mucronem calycis  
longitudine desinentes. Petala rubella, crenata. Co-  
rollæ centrum circulo saturatiore & pubescente orna-  
tum. Ungues petalorum subtetragoni. Stigmata pu-  
bescentia. Ergo non idem cum *Alpino* LINNÆI.

## LINUM.

TOURNEF. *Inst.* p. 339. *Tab.* 176.

Calycis foliorum, Petalorum, Staminum, Stylo-  
rum, Angulorum & Valvarum capsulæ, numerus qui-  
narius. Capsulæ globosa, acuta; loculis decem.

1. **LINUM** foliis oppositis ovato-lanceolatis caule  
dichotomo, corollis acutis. LINN. *H. Cliff.* p. 372.

*Fl. Svec.* 255. *Mat. Med.* 157. *Spec. plant.* p. 281.

ROYEN. *Lugdb.* p. 434.

*Linum foliis conjugatis, petalis albis, acutis.*

HALL. *Helv.* p. 372. BOEHM. *Lips.* 362.

Habitat in herbidis sterilibus pascuis.

Caulis antiquus repit, annui eriguntur, supra me-  
dium dichotomi. Folia in ramis alterna, alibi oppo-  
sita. Calyx acutus, integerrimus. Petala alba; lim-  
bis ovatis & lateraliter ita contractis ut acutiores  
quam reipsa sunt, videantur; unguibus flavis. An-  
theræ, & stigmata flavo colore tincta.

Sapor amaricans & mucilaginosus. Vis cathar-  
ctica.

2. **LINUM** foliis alternis, calycibus subserratis sca-  
bris lanceolatis subsessilibus, ramis dichotomis.

LINN. *Spec. plant.* p. 279.

Habitat



Habitat in *M. Anas*.

Caulis angulatus. Folia oblonga, obtusa, glabra, patula. Calyx acutus, ferrulatus. Petala flava, croceis lineis notata; unguibus ita cohærentibus, ut corolla, veluti in *Cxalyde*, integra decidat.

3. LINUM foliis alternis lanceolatis, calycibus acutis integris

*Linum calycibus capsulisque obtusis, foliis alternis lanceolatis integerrimis.* LINN. Spec. plant. p. 277.

*Linum perenne, foliis lanceolatis, argute mucronatis, calyce mutico.* HALL. Helv. p. 371.

*Linum perenne, ramis folisque alternis linearilanceolatis.* LINN. H. Cliff. p. 114. ROYEN. Lugdb p. 434.

Habitat circa *S. Vittum*, in *M. Anas*, circa *Zirchnitz*, *Hochedraschza*.

Caulis tres. Folia lanceolata, imbricata, glabra, trinervia, villis glandulosis utrinque pubescens. Calyx acutus, integer, glandulosus. Petala cærulea, ovata, acuminata; unguibus flavis & albis, plica nectarifera instructis. Filamenta alba. Idem videtur ac *perenne* LINNÆI.

4. LINUM foliis alternis linearibus inferne scabris, calycibus acutis.

*Linum calycibus acuminatis, foliis sparsis linearisetaceis retrorsum scabris.* LINN. Spec. plant. 278.

Habitat circa *Labacium*.

Caulis glaber. Folia imberbia, linearia. Calyx acutus, infra medium glandulosus. Petala dilute purpurascens aut camea.

## CLASSIS XXVIII.

### NASTURTIA.

Tetradynamiæ LINNÆI. *Gen. plant.* Siliquosæ  
EJUSDEM. *Clas. plant.*

Calyx tetraphyllus, deciduus. Petala quatuor, decidua, caryophyles. Stamina sex, erecta: duobus brevioribus. Stylus unicus. Fructus ficcus, læpius

sæpius bilocularis. Sapor acris, mordens, chemyca analysis, infulsi fere a combustione relicti cineres, magnam salis volatilis copiam hisce plantis inesse docent. Acidam itaque acrimoniam corrigant, & coagula resolvunt, quæ ab inertia solidorum, ab austero, aut acido genita, multos chronicosque morbos excitant. Hinc etiam scorbuta medentur optime, quem post longas versus borealia loca suscepta navigationes, & spontaneas ingestorum vegetabilium degeneraciones, acrimonia acida fovet. Caveant vero Medici ab harum stirpium usu, ubi fœtor oris, putredo gingivarum, caloris augmentum, alkalescentia, putrida, & nimium agitata liquida produnt, ne eorum laxa compages, motu magis excitato, inde penitus destruat.

Nullibi major Recentiorum dissensus observatur, quam in hisce generibus, quia notæ ab uno excogitatæ, alteri insufficientes visæ sunt; quarum difficultatum nullus erit finis, nisi unanimiter consentiant Botanici, Generum Definitiones, ab ea floris parte potissimum esse petendas, quæ cæteris constantior & facilior observatur. Hæc meditatus, relicto fructu & habitu, ex glandulis sive tuberculis basi staminum vel petalorum adfidentibus aut deficientibus quas in *Nasturtiis filiquosis* jam ante me LINNÆVS annotavit, *Siliculosa* quoque Genera definire decrevi; Nam 1. Flos in characteribus constituendis certior est quam fructus. *Phil. Bot.* 177. 2. Sufficiet botanophilis unice obiterque annotasse ad qualem ordinem genera, ex fructu siliculoso aut filiquoso pertineant, quod in plerisque intra florem adultum! in aliis autem statim ac petala deciderunt, ex stylo facile conspici potest. 3. Omnes aliæ floris partes fallaciores observantur, ut patet ex characteribus. RAY. TOURNEFORTII, aliorumque.

### I. *Siliculosa.*

## COCHLEARIA.

Gladulæ nullæ.

I. COCH-

1. COCHLEARIA filiculis sphaericis monospermis compressis rugosis.

*Myagrum filiculis globosis compressis puncto-rugosis.* LINN. Spec. plant. p. 641.

*Myagrum filiculis globosis compressis scabris.* LINN. H. Cliff. p. 328. Fl. Svec. 542. ROYEN. Lugdb. p. 330. HALL. Helv. p. 536.

*Myagrum monospermum, hirsutum, siliculis rotundis.* LOESEL. Boruff. p. 174. Icon. 56.

*Rapistrum arvense, folio auriculato, acuto.* TOURNEF. Inst. p. 211. VAILLANT. Paris. p. 171. SEGUIER. Veron. I. p. 368.

Habitat inter segetes.

Calyx hirsutus, flavescens. Petalorum limbus ovatus. Siliculæ loculum unum monospermum, alterum vacuum.

2. COCHLEARIA filiculis sphaericis polyspermis glabris, foliis radicalibus petiolatis: caulinis sessilibus linearibus.

*Cochlearia foliis radicalibus lanceolatis serratis, caulinis linearibus.* SAUVAG. Monsp. p. 122. LINN. Spec. plant. p. 648.

*Alysson foliis ellipticis, petiolatis, levibus, rarius serratis.* HALL. Helv. p. 538.

*Cochlearia perennis, saxatilis, minima.* MAGNOL. H. p. 59.

Habitat in asperissimis locis Alpium Carniolæ superioris.

Folia ima conferta, petiolata, uno aliove dente notata; caulina sessilia integerrima. Pedunculi imi ramosi. Calycis foliola cava, subalba, ovata, petalis duplo breviora. Petala alba, integerrima; ungue brevi. Capsula sphaerica; loculis tetraspermis. Semina rufa, hinc obtusa, inde acuminata.

3. COCHLEARIA filiculis lanceolatis polyspermis, caule paniculato nudo.

*Draba*

*Draba caulibus nudis, foliis incisis.* LINN. H. Cliff. p. 333. Fl. Svec. 523. Spec. plant. p. 642. ROYEN. Lugdb. p. 333. HALL. Helv. p. 538. BOEHM. Lips. 295.

*Alysson vulgare, Polygoni folio, caule nudo.* TOURNEF. Inst. p. 217. VAILLANT. Paris. p. 11. SEGUIER. Veron. p. 375. Tab. 4. fig. 3. Habitat fecus vias, passim.

## LEPIDIUM.

Glandulæ duo, sustinentes stamen quodque minus.

### 1. LEPIDIUM.

*Lepidium foliis pinnatis : pinnis lanceolatis.*

HALL. Helv. p. 347.

Habitat in M. Storschitsch.

Folia radicalia pinnata; pinnis lanceolatis, integris. Pedunculi pinnis longiores, patuli. Calycina folia petalorum unguibus nihilo longiora. Petalorum limbi calyce breviores. Antheræ flavæ. Silicula calyce duplo longior, oblonga, acuminata.

## THLASPI.

Glandulæ quatuor, inter stamina majora & minora positæ.

### 1. THLASPI filiculis orbiculatis compressis emarginatis.

*Nasturtium filiquis orbiculatis, foliis oblongis, dentatis, glabris.* HALL. Helv. p. 545.

*Thlaspi filiculis orbiculatis, foliis oblongis dentatis glabris.* LINN. Fl. Lapp. p. 251. Fl. Svec. 530. H. Cliff. p. 330. Spec. plant. p. 646. Mat. Med. 323. ROYEN. Lugdb. p. 333. BOEHM. Lips. 289.

Habitat in arvis, abunde.

Folia

Folia sagittata, amplexicaulia. Petala subemarginata. Calycina folia ovata, glabra. Siliculæ valvæ alatae, naviculares, polyspermæ.

2. *THLASPI* filiculis obcordatis, foliis radicalibus pinnatifidis. LINN. *Spec. plant.* p. 647.

*Thlaspi filiquis verticaliter cordatis.* LINN. *Fl. Lapp.* 252. H. Cliff. p. 330. *Fl. Svec.* 532. ROYEN. *Lugdb.* p. 334. DALIB. *Paris.* p. 196.

*Nasturtium filiquis verticaliter cordatis.* HALL. *Helv.* p. 545.

*Bursa Pastoris.* MATH. CAMER. LOBEL. LUDWIG. BOEHM. &c.

Habitat in cultis, passim, *Pleschitsch* dictum.

Folia juniore integerrima sunt, per ætatem dentata, ac tandem pinnatifida. De adstringente vi *Burse Pastoris* mira loquitur Orbis, quam tamen nec sapor, nec Classica virtus, nec propria experimenta demonstrant.

3. *THLASPI* filiculis orbiculatis bidentatis, floribus racemosis, petalis exterioribus majoribus.

*Iberis foliis lanceolatis acutis subdentatis, floribus racemosis.* LINN. *Spec. plant.* p. 649.

Habitat circa *Heidenschafft.* Augusto M. florens.

Foliis integerrimis, linearibus, & floribus rubris differt a *Thlaspi amaro* TABERNEM. p. 853. cum quo convenit sapore amaro intolerabili; floribus corymbosis; petalis exterioribus majoribus, calycis colore; filiculis in duo tanquam cornua desinentibus, loculis monospermis.

4. *THLASPI* filiculis emarginatis, foliis radicalibus ovatis: caulinis amplexicaulibus. GUETTARD. *Stamp.* p. 142. DALIB. *Paris.* p. 196.

*Thlaspi filiculis subrotundis, foliis amplexicaulibus cordatis subserratis.* LINN. *Spec. plant.* p. 646.

*Nasturtium foliis imis ovatis, reliquis amplexicaulibus, cordatis.* HALL. Helv. p. 544.

Habitat in *Carniolæ* collibus apricis herbidis, verno tempore.

Caulis simplex, spithamæus. Folia glabra, subglauca; ima ovata; caulina sagittata. Calyx subruber, non gibbosus. Petala alba, calyce duplo longiora. Siliculæ horizontaliter patentés, emarginatæ, Bursæ pastoris effigie, superne concavæ, subtus convexæ; loculis 2-4. semina continentibus.

## LUNARIA.

Glandulæ quatuor: utrinque una inter stamen quodque minus & stylum: utrinque alia inter calycem idemque stamen.

### I. LUNARIA.

*Lunaria filiculis oblongis.* LINN. Spec. plant. p. 653.

*Lunaria foliis cordatis, perennis, siliqua longiore,* HALL. Helv. p. 540.

*Lunaria foliis cordatis.* LINN. H. Cliff. p. 333. Fl. Svec. 529. ROYEN. Lugdb. p. 332. Habitat in sylvis umbrosis udisque.

Radyx perennis. Folia cordata. Flores racemosi. Calycina folia colorata, acu terminata. Silicula pedunculata; septo valvis perpendiculari. Semina pauca, compressa, alata.

## BISCUTELLA.

Glandulæ sex: una utrinque inter stamina majora & ubique una inter stamen quodque majus minusque, cohærens.

### I. BISCUTELLA.

*Biscutella filiculis orbiculato - didymis a stylo divergentibus.* LINN. H. Cliff. p. 329. H. Upsal.

p. 185. Spec. plant. p. 653. ROYEN. Lugdb.  
p. 337.

*Biscutella foliis aspero, dentato, siliqua levi.*

HALL. Helv. p. 541.

Habitat in aridis collibus, non raro.

Caulis basi villosus. Calyx corollæ concolor, glaber; foliolis alterne acutioribus. Petalorum margines crispî, limbi ovati. Stylus persistens. Silicula orbiculata, monosperma, didyma, media parte suæ circumferentiæ cohærens invicem.

## II. *Siliquosæ.*

### SISYMBRIUM.

Glandulæ duo: utrinque una ad basim staminis cujusque minoris,

#### I. SISYMBRIUM.

Habitat verno tempore in apricis siccisque collibus herbidis abunde.

Caulis spithamæus, angulatus, glaber, ramosus. Folia omnia pinnata: pinnis oblongis, dentatis, glabris, extrema majore. Calyx ruber, glaber, non gibbosus; foliolis erectis, ovatis, corolla duplo brevioribus. Petala alba, limbis integerrimis. Staminum filamenta alba, pellucida; antheræ flavæ. Siliqua uncialis, erecta, compressa; valvis ab imo sursum revolutis. Semina lentiformia, in uno loculo. 15.

### ALLIARIA.

Glandulæ duo: utrinque una cingens bases staminum majorum.

#### I. ALLIARIA.

*Sisymbrium foliis cordatis.* LINN. H. Cliff. p. 338. Fl. Svec. 558. Mat. Med. 334. Spec. plant. p. 660. ROYEN. Lugdb. p. 342. DALIB.

Paris. p. 291. *Retufis*. HALL. Helv. p. 553.  
BOEHM. Lips. 281.

Habitat ad sepes *Carniolæ calidioris*.

Limbi petalorum, staminibus brevioribus longiores.

Scordium odore & vi medica putredini in ulceribus gangrænosus efficaciter resistente imitatur.

## DENTARIA.

Glandulæ duo: utrinque una inter calycem & stamen minus.

1. DENTARIA foliis imis digitatis: caulinis ternatis.

*Dentaria foliis summis digitatis*. LINN. Spec. plant. p. 654.

*Dentaria foliis quinatis*. HALL. Helv. p. 556.

Habitat in Fagetis.

Calyx corollæ concolor. Petala rubra, venis faturatoribus, unguibus calyce brevioribus. Filamentorum apices petalorum colore.

2. DENTARIA foliis simplicibus: imis petiolatis, superioribus amplexicaulibus.

*Turritis foliis radicalibus dentatis hispidis, caulinis integerrimis amplexicaulibus glabris*. LINN.

H. Cliff. p. 339. Fl. Svec. 544. Spec. plant. p. 666. ROYEN. Lugdb. p. 339. HALL. Helv.

p. 560. DALIB. Paris. p. 203.

Habitat in sterilibus & lapidosis.

Siliqua uncialis, scapo adpressa.

## TURRITIS.

Glandulæ quatuor: utrinque una sustinens stamen, quodque minus, & alia utrinque inter stamina longiora & calycem.

1. TURRITIS foliis lanceolatis alternis hispidis.

*Turritis*



*Turritis foliis asperis, dentatis, caule simplici.*  
HALL. Helv. p. 561.

*Turritis foliis omnibus dentatis hispidis alternis  
amplexicaulibus.* LINN. H. Cliff. p. 339. Fl. Svec.  
545. Spec. plant. p. 666. ROYEN. Lugdb. p.  
339. DALIB. Paris. 62. SEGUIER. Veron. 1.  
p. 384.

*Turritis major.* TOURNEF. Inst. p. 223. ZAN-  
NICHELL. Ven. p. 266. Tab. 170.

Habitat circa *Idriam*.

Caulis teres. Folia lanceolata, hispida; ima con-  
gesta, obtusa; caulina imbricata, acutiora, amplexi-  
caulia: marginibus reflexis. Petala alba, linearia,  
calyce duplo longiora. Siliqua longa, scapo adpressa.

2. **TURRITIS foliis liratis.**

*Erysimum foliis liratis, extimo subrotundo.*  
LINN. Fl. Svec. 557. Spec. plant. p. 660.

*Erysimum foliis pinnatis; pinna extrema am-  
plissima, subrotunda.* HALL. Helv. p. 549. BOEHM.  
Lips. 279.

*Erysimum foliis basi pinnato-dentatis, apice  
subrotundis.* LINN. Fl. Lapp. 264. H. Cliff. p.  
338. ROYEN. Lugdb. p. 342. DALIB. Paris.  
p. 202.

*Sisymbrium Erucæ folio glabro, flore luteo.*  
TOURNEF. Inst. p. 226. VAILLANT. Paris. p.  
185. BOERHAAV. 2. p. 16. SEGUIER. Veron.  
1. p. 390.

Habitat circa fluvios.

Caules sulcati. Folia imâ basi amplexicaule, fo-  
liosa: pinna extrema cordato-subrotunda, sed ova-  
ta in foliis quæ caulem ornant.

3. **TURRITIS foliis verticillatis ternatis.**

*Dentaria foliis ternis ternatis.* LINN. Spec.  
plant. p. 653.

*Dentaria foliis omnibus ternatis.* ROYEN.  
Lugdb. p. 340.

*Dentaria.* V. TABERNEM. p. 325.

Habitat circa *Idriam* frequens, verno tempore.

Radix alba, nodosa, repens. Caulis unicus, teres. Petioli tres verticillati, quorum quilibet tria folia gerit serrata: serraturis subciliatis, glandulosis. Calyx corollæ concolor. Flores racemoso corymbosi; petalis aquose luteis, venulis saturatoribus, calyce duplo longioribus. Siliqua erecta.

4. TURRITIS foliis pinnatis, caule tereti.

*Cardamine foliis pinnatis: foliolis radicalibus subrotundis, caulinis lanceolatis.* LINN. Spec. plant. p. 656.

*Cardamine foliis pinnatis, imorum pinnis subrotundis, superiorum oblongis & strictis.* HALL. Helv. p. 559.

Habitat in pratis paludosis.

Caulis fistulosus, teres, glaber. Foliorum pinnæ lineares, integerrimæ; extrema ovata, obsolete dentata. Petala subrubra; unguibus virescentibus.

5. TURRITIS foliis pinnatis, caule angulato.

*Sisymbrium filitiquis declinatis, foliis pinnatis: foliis subcordatis.* LINN. H. Cliff. p. 336. Fl. Svec. 552. Mat. Med. 331. Spec. plant. p. 657. ROYEN. Lugdb. p. 340. DALIB. Paris. p. 203.

*Sisymbrium foliis pinnatis, anguosis, floribus super folia vix elatis.* HALL. Helv. p. 549.

Carniol. brungrös.

Habitat circa aquas, & in pratis paludosis, prope *Seirok, Labacium, Plannam, Krainburg* &c.

Caulis angulatus, ramosus. Pinnaria paria quatuor; impare majore; reliquis ovatis, sinuato-crenatis, uno latere sessilibus. Calyx patens, virens, foliolis alternis postice deorsum gibbis. Petala alba, subrugosa. calyce triplo longiora. Antheræ rubro, demum fulcæ.

Acris

*Acris* est admodum, ejusque sal nihil est aliud, quam sal alkali acido saturatum. **GEOFFROY. Mat. Med.** hinc recte monuit *Magnus BOERHAAVIUS* in scorbuto non promiscue adhibendum esse, sed tunc unice cum acida præcipue acrimonia dominatur, neque putridæ humorum dissolutionis signa apparent. Ad chronicos pulmonum morbos commendant aliqui, imò Phthysici pene consumpti, assiduo herbæ ejusdem usu, integre sanati exemplum habet **BONETUS. Sepulc. anat. Lib. 2. Sect. 7. Obs. 23**; sed in ea historia, circumstantiæ tales sunt, quæ fidem non merentur. Incolæ nostri *Nasturtio aquatico* in acetariis utuntur.

## ERYSIMUM.

Glandulæ quatuor distinctæ: utrinque una ad latus staminis cujusque minoris, ut in *Thlaspi*.

### I. ERYSIMUM.

*Erysimum filiquis scapo adpressis.* **LINN. H. Cliff. p. 337. Fl. Svec. 554. Mat. Med. 333. Spec. plant. p. 660. ROYEN. Lugdb. p. 342. DALIB. Paris. p. 200. BOEHM. Lips. 273.**

*Sisymbrium foliis pinnatis, extremo lobo triangulo, filiquis erectis cauli adpressis.* **HALL. Helv. p. 551.**

**Carniol. Touge Scheneff.**

Habitat in ruderatis.

Caulis teres, tuberculofus. Rami horizontaliter patentes, dum filiquas gerunt reflexi. Calyx subhirsutus, apice fusco-ruber. Petala flava. Siliqua teres, subulata, hirsuta, unciâ brevior.

Vi humanæ vitæ, aut igne chemico soluta planta, non modicam salis acris alcalini copiam exhibet, quod lentos humores alicubi in visceribus aut vasis hærentes incitat atque resolvit; caute itaque utantur Medici *Erysim*o in Pectoris morbis acutis.

## RORIPPA.

Glandulæ quatuor, ut in *Eryfimo*, sed cohærentes.

## 1. RORIPPA.

*Sisymbrium siliquis declinatis, foliis pinnatis: foliolis lanceolatis serratis.* LINN. H. Cliff. p. 336.

Spec. plant. p. 657. ROYEN. Lugdb. p. 341.

DALIB. Paris. p. 204. BOEHM. Lips. 278.

*Sisymbrium pinnis profunde serratis, diffitis.* HALL. Helv. p. 548.

*Sisymbrium palustre repens, Nasturtii folio.* TOURNEF. Inst. p. 226. VAILLANT. Paris. p.

185. BOERHAAV. 2. p. 16. SEGUIER. Veron.

1. p. 391.

Habitat in udis & sterilibus,

Calyx corollæ concolor.

Nomen Genericum Gesnerianum est.

## HESPERIS.

Glandulæ quatuor: una utrinque inter stamen quodque minus & corollam; & alia utrinque inter stamina majora & calycem.

## 1. HESPERIS.

Habitat in rupibus fere inviis *M. Anas*.

Ex antiquis, lignosis, nudis & teretibus caulibus oriuntur annui erecti, angulati, glabri, simplices, vix pedales. Folia uncialia, linearia, integerrima, sessilia, glabra, apicibus dilatatis. Flores corymbosi; imo folio excepti; superiores nudi; pedunculis angulosis, brevibus. Calycina folia apicibus fusco-rubris, alibi luteo-virentia, glabra, alterne gibba & latiora. Petala limbis flavis, sphaericis, integerrimis, calyce brevioribus; unguibus pallidioribus, linearibus, deorsum convergentibus, calycis longitudine. Germen staminum majorum longitudine, glabrum, tetragonum. Facies *Leucoti*.

SINA-

## SINAPIS.

Glandulæ quatuor: una utrinque inter stylum & stamen quodque minus; & alia utrinque inter stamina longiora & calycem.

## I. SINAPIS.

Habitat in *M. Ortea*, & circa *Pelant*.

Caulis teres, ramosus, debilis. Folia lanceolato-linearia, obiter dentata, remota, glabra. Calyx subluteus. Petala alba, integra. Siliqua teres, linearis, glabra.

## CARDAMINE.

Glandulæ sex: utrinque duo inter stamen quodque minus & majus proximum; alia vero utrinque inter stamina majora & calycem.

I. CARDAMINE foliis ternatis. HALL. *Helv.* p. 559.

LINN. *Fl. Svec.* 563.

*Cardamine foliis ternatis obtusis, caule subnudo.*

LINN. *Spec. plant.* p. 654.

Habitat circa *Idriam* in udis, verno tempore frequens.

Folia glabra, ternata, ferrata, nitida, firma. Petalorum unguis calyce breviores, auriculati; limbi integerrimi, marginibus rugosis.

## 2. CARDAMINE foliis decomposito-pinnatis.

*Sisymbrium petalis calyce minoribus, foliis decomposito-pinnatis.* LINN. *Fl. Svec.* 553. *Spec. plant.* p. 659. *Mat. Med.* 332. DALIB. *Paris.* p. 204.

*Sisymbrium pinnis foliorum pinnatis, pinnulis subhirsutis, linearibus.* HALL. *Helv.* p. 550.

*Sisymbrium annuum, Absynthii minoris folio.* TOURNEF. *Inst.* p. 226. SEGUIER. *Veron.* 1. p. 392.

Habitat ad sepēs, & cultis in locis.

Caulis angulatus. Stamina calyce longiora. Siliqua patens, uncialis, glabra, subteres. Semina compressa, subovata.

Semen lumbricis adversum est. Tota planta acris in acutis morbis relinquenda.

## BARBAREA.

Glandulæ sex, ut in *Rorippa*, sed eæ; inter quas stamina minora prodeunt, cohærent invicem.

### I. BARBAREA.

*Dentaria foliis inferioribus pinnatis, summis simplicibus.* LINN. H. Cliff. p. 335. Fl. Svec. 565.

Spec. plant. p. 651. ROYEN. Lugdb. p. 340.

HALL. Helv. p. 557.

Habitat in *syvis Idriensibus.*

Calycinorum foliorum margines albi, membranacei. Petala nondum evoluta apices rubros habent, explicata vero expallescent & alba fiunt.

## CLASSIS XXIX. PAPILIONACÆ.

TOURNEF. PONTEDEK. LINN.

Leguminosæ. MORISON. HERMAN. RAY. BOERHAAV.

ROYEN. HALL.

Diadelphix Decand. LINN.

Conveniunt cum *Nasturtiis* Flore tetrapetalo & fructu bivalvi; differunt vero Calyce monophyllo; Corolla irregulari, papilionæ quodammodo referente; staminibus plerumque decem: uno libero & superiore, aliis e vagina membranacea, germen involvente prodeuntibus; Seminibus farinaceis & flatulentis.

I. *Sili-*

I. *Siliqua uniloculari.*

## ANTHYLLIS.

LINN. *Gen. plant.* 773.

Character essentialis est in foliis digitatis umbellam densam florigeram comprehendentibus, & fructu intra calycem latente, exiguo, monospermo; Calyx enim inflatus ex vulgari specie desumitur. HALL. in *Charact. Vulnerariæ. Helv.* p. 569.

1. ANTHYLLIS herbacea, foliis pinnatis inæqualibus, capitulo terminali. LINN. *Spec. plant.* p. 719.

*Vulneraria foliis ad terram simplicibus, ovatis, ad caulem pinnatis.* HALL. *Helv.* p. 570.

*Anthyllis foliis pinnatis, foliolis pluribus: terminali majore.* LINN. *H. Cliff.* p. 371. *Fl. Svec.* 594. ROYEN. *Lugdb.* p. 389. BOEHM. *Lips.* 322.

*Anthyllis.* RIVIN. *tetrap.* Tab. 18.

Habitat in siccioribus pratis frequens.

Folia ima simplicia, caulina pinnata; pinnarum paria sex, impare majore; reliquis lanceolatis, supra maculatis, inferne villosis. Capitulum terminale, duplex. Vexilli latera reflexa. Siliqua unico legumine foeta.

2. ANTHYLLIS herbacea, foliis pinnatis æqualibus, capitulo terminali. LINN. *Spec. plant.* p. 719.

*Vulneraria foliis pinnatis, æqualibus, sub umbella palmatis.* HALL. *Helv.* p. 569. SAUVAG. *Monsp.* p. 237.

Habitat in *M. Anas*, supra Sacellum *Divi Hieronymi.*

Pinnarum paria 10-12; Hæ vero ellipticæ, æquales, dorso & oris villosis. Vexillum calyci parallelum. Capitulum simplex.

TRI-

## TRIFOLIUM.

LINN. *Gen. plant.* 802.

Numerus, figura, proportio & situs partium fructificationis, characterem *Trifolii* absolutum non supeditant. Ergo habitus non semper occulte confuendus, & a cohorte notarum characterificarum perpetuo rejiciendus est; sunt enim *Trifolio*, flores in capitulum congregati; Folia ternata; bracteis amplexicaulibus; Calyx tubulosus, quinquedentatus; Siliqua univalvis, calyce vix longior.

I. TRIFOLIUM corollis monopetalis inæqualibus, spicis subrotundis, stipulis setaceis, foliis integerrimis.

*Trifolium spicis subvillosis cinctis stipulis oppositis membranaceis, corollis monopetalis.* LINN. *Spec. plant.* p. 768.

*Trifolium spicis villosis, foliis insidentibus, vaginalium caudis capillaribus.* HALL. *Helv.* p. 585. BOEHM. *Lips.* 317.

*Trifolium spicis villosis, caule diffuso, foliolis integerrimis.* LINN. *H. Cliff.* p. 375. *Fl. Svec.* 612. ROYEN *Lugdb.* p. 580. DALIB. *Paris.* p. 222.

*Triphylloides pratensis, flore purpureo.* PONTER. *Antholog.* p. 241. SEQUIER. *Veron.* I. p. 274. En quomodo sociæ divellantur stirpes, quoties Ars imperat Naturæ.

*Trifolium pratense, flore monopetalo.* TOURNEF. *Inst.* p. 404. BOERHAAV. 2. p. 31. LINN. *Fl. Lapp.* p. 273. ZANICHELL. *Ven.* p. 264. *Icon.* 185.

Carniol. *Petela.*

Habitat in omnibus pratis.

Caulis teres, villosus. Bractea venosæ; auriculis setaceis, brevissimis. Capitula subrotunda. Calyx villosus.



villosus, excepto longitudinali dentium tractu. Corollæ vexillum alis, alæ carina longiores. Siliqua intra calycem, cujus faucem squamæ claudunt, mono- & disperma, transversim dehiscens. Seritur in arvis pro animalium pabulo.

2. TRIFOLIUM corollis monopetalis æqualibus calycino imo dente nihilo longioribus, spicis oblongis, foliis ferrulatis.

*Trifolium spicis villosis, calyce glabro, dentibus villosis, imo longissimo.* HALL. Helv. p. 585. positum inter tetrapetala.

*Trifolium spicis villosis longis, corollis monopetalis, caule erecto, foliis ferrulatis.* LINN. H. Cliff. p. 375. Spec. plant. p. 768. ROYEN. Lugdb. p. 380.

Habitat in aridis & apricis circa *Tolninium, Labacium, S. Vittum.*

Caulis erectus, teres, glaber. Folia lanceolata, vaginis amplis; in bractæas acutas, marginibus reflexis præditas desinentibus. Spica digiti fere longitudine, pollicis crassitie, acuminata. Flores imi verticillati, superiores sparsi. Corolla purpurea, imo calycis dente minime longior, Vexillo, alis & carina æqualiter longis. Calycini dentes villosi, tubus glaber, striatus, fauce clausa villis. Siliqua intra calycem disperma.

3. TRIFOLIUM corollis monopetalis æqualibus, spicis subrotundis, stipulis lanceolatis, foliis integerrimis.

*Trifolium spicis villosis, foliis infidentibus, vaginarum caudis latioribus.* HALL. Helv. p. 585.

*Trifolium spicis villosis subovatis, caule erecto, foliis ovato-oblongis integerrimis.* ROYEN. Lugdb. p. 380.

Habitat in dumetis & sylvis, non rarum.

Differt à specie secunda caule subangulato, striato. Foliis integerrimis, subtus villosis; bracteis planis, pilosis. Spica subrotunda, subsessili, ut in primo. Calyce striis rubris exarato; tubo glabra; dentibus ubique villosis. Corollæ tubo denticuli calycini longioris longitudinem æquante.

Ergo diversa species est, inter *Trifolium pratense*, & *mayus tertium* CLUSII media, prætervisa Egregio LINNÆO, & inter tetrapetalas non bene relata a SEGUIERIO, BOEHMERO & aliis, cum vere monopetala sit.

4. TRIFOLIUM corollis polypetalis calyce minoribus, spicis cylindræis villosis, caule dichotomo.

*Trifolium spicis villosis ovalibus, dentibus calycis setaceis æqualibus.* LINN. H. Cliff. p. 375. Fl. Svec. 616. Spec. plant. p. 769. ROYEN. Lugdb. p. 379. DALIB. Paris. p. 225.

*Trifolium spicis villosis, calyce & denticulis plumosis.* HALL. Helv. p. 583. BOEHM. Lips. 321.

Habitat in aridis, & inter segetes *Agri Labacensis*.

Caulis erectus, hirsutus, dichotomus. Folia ex emarginatura aristam brevem emittentia. Spicæ villosissimæ, cylindrææ. Calyx omnino villosus, dentibus fere æqualibus, corolla longioribus.

5. TRIFOLIUM corollis polypetalis persistentibus, vexillis plicatis, spicis ovalibus, caule erecto.

*Trifolium recemis ovalibus strepentibus, caule erecto.* HALL. Helv. p. 581.

*Trifolium spicis ovalibus imbricatis, vexillis deflexis persistentibus, caule erecto.* LINN. H. Cliff. p. 374. Fl. Svec. 617. Spec. plant. p. 772. ROYEN. Lugdb. p. 378. DALIB. Paris. p. 226. BOEHM. Lips. 316.

Habitat in pratis siccioribus.

Caulis

Caulis erectus, glaber. Folia ovalia, emarginata, supra medium ferrata. Scapi nudi, laterales, villosi. Flores in uno capitulo raro ultra 20. Vexillum subrotundum, emarginatum, rugosum, infra medium serrulatum. Calycini dentes glabri. Siliqua calyce longior, glabra, monosperma, corollæ concolor, pedunculata, bivalvis; valva inferiore obtusa.

6. TRIFOLIUM corollis polypetalis, spicis terminalibus subrotundis, foliis lanceolatis, caule erecto.

*Trifolium capitulis terminalibus, corollarum vexillis subulatis, caule erecto, foliis lanceolatis serratis.* LINN. Fl. Svec. 611. Spec. plant. p. 770.

DALIB. Paris. p. 223.

*Trifolium caule erecto, spicis albis, densis, brevibus terminato, foliis nervosis, inferne subhirsutis.*

HALL. Helv. p. 583.

Habitat in pratis vulgare.

Caulis erectus, sulcatus, villosus. Folia lanceolata, venosa, subciliata, subtus villosa. Flores albi, in capitulum erectum globosum terminale collecti. Calyx villosus. Germen ad basim villosum. Stamina octo. Antheræ flavæ.

7. TRIFOLIUM corollis polypetalis, spicis subrotundis, calycibus inflatis bidentis reflexis reticulatis.

*Trifolium spicis subovatis, calycibus inflatis dorso gibbis.* LINN. H. Cliff. p. 373. ROYEN. Lugdb. p. 378. HALL. Helv. p. 582.

*Trifolium capitulis subrotundis, calycibus inflatis bidentatis reflexis, caulibus repentibus.* LINN. Fl. Svec. 613. Spec. plant. p. 772.

*Trifolium fragiferum folio oblongo.* VAILLANT. Paris. p. 195. Tab. 22. fig. 2.

Habitat circa *Heidenschafft*.

Caulis repens Petioli digitum longi, villosi, teretes; bracteis acutis. Folia ovata, serrulata, emarginata; nervis villosis. Scapi fere semipedales, terminati

minati capitulo subovato. Pedicelli virentes, villosi, breves. Corolla rubra. Calyx prædictus, fere clavius, demum reflexus. Siliqua disperma.

8. TRIFOLIUM corollis polypetalis, scapis axillaribus, siliquis tetraspermis, caule repente.

*Trifolium capitulis umbellaribus, leguminibus tetraspermis, caule procumbente.* LINN. Spec. plant. p. 767.

*Trifolium caule procumbente, & florigeris & foliosis petiolis prælongis.* HALL. Helv. p. 581.

*Trifolium capitulis subrotundis, flosculis pedunculatis, leguminibus tetraspermis, caule procumbente.* LINN. H. Cliff. p. 375. Fl. Svec. 612. Mat. Med. 354. ROYEN. Lugdb. p. 378, DALIB. Paris. p. 224.

*Trifolium repens.* RIVIN. tetrap. Tab. 13.

LINN. Fl. Lapp. p. 274. KRAM. meth. p. 60.

Habitat in pratis, & ad vias, passim.

Caulis repens, teres. Folia ovata. Scapi canaliculati. Capitulum subrotundum. Flores, albi erecti, dein penduli. Calyx pedunculi longitudine, dentibus inæqualibus. Siliqua calyce duplo longior, tetra- & pentasperma, subarticulata.

Ufus: Arthritis. LINN. Mat. Med. l. c.

9. TRIFOLIUM corollis polypetalis, racemis lateralibus, siliquis monospermis rugosis.

*Melilotus siliquis turgidis, brevibus, obscure transversim rugosis.* HALL. Helv. p. 587.

*Trifolium leguminibus racemos nudis dispermis, caule erecto.* LINN. H. Cliff. p. 316. H. Upsal. p. 223. Fl. Svec. 619. Mat. Med. 355. Spec. plant. p. 765. ROYEN. Lugdb. p. 381. DALIB. Paris. p. 225. BOEHM. Lips. 314.

Carniol. Douga dettela.

Caulis striatus, erectus, glaber, altior sociis. Folia dentata, subaristata, inferne villosa. Scapi sulcati, axil-

axillares. Flores racemosi, heteromali, penduli, flavi & albi. Pedunculi purpurei, calycis longitudine. Calycini dentes æquales. Vexillum ovatum. Siliqua subrotunda, monosperma, nigricans, transversis rugis aspera.

Indago plantæ sensibus nostris & analysi chemica instituta docet, magnam in emmolliendo, majorem vero resolvendi potentiam eidem inesse. In omnibus itaque tumoribus inflammatoriis, qui in suppurationem tendunt, utiliter adhibetur. Ad deliganda quoque vulnera, quæ vesicatoria fecerunt, opportunissime imponitur. HALL. loc. cit.

## MEDICAGO.

LINN. Gen. plant. 805.

Essentia consistit in carina hiante, a vexillo deflexa; legumine compresso, contorto. LINN. Syst. Nat.

1. MEDICAGO spicis axillaribus ovatis, filiquis monospermis rugosis.

*Medicago spicis ovalibus, leguminibus reniformibus monospermis, caule procumbente.* LINN. FL. SVEC. 621. DALIB. Paris. p. 281.

*Medica floribus racemosis, filiqua reniformi, monosperma.* HALL. Helv. p. 579.

*Melilotus minima.* RIVIN. tetrap. Tab. 8.

Habitat in cultis.

Caulis procumbens, angulatus. Bractæ ferratæ, simplices. Folia ferrulata, subtus villosiora. Spicæ subglobosæ. Pedunculi & calyces villosi. Alæ carinæ æquales. Stamina sex. Siliqua nigra, monosperma, rugosa, semel intorta, villis subulatis & capitatis adspersa.

2. MEDICAGO racemis axillaribus, filiquis polyspermis falcatis compressis.

*Medicago pedunculis racemosis, leguminibus lunatis, caule prostrato.* LINN. Fl. SVEC. 620. Spec. plant. p. 779. DALIB. Paris. p. 229. BOEHM. Lips. 349.

*Medica caule procumbente, filiqua semel inflexa, floribus racemosis.* HALL. Helv. p. 579.

*Medicago pedunculis laxe spicatis, leguminibus contortis, caule erecto glabro.* LINN. H. Cliff. p. 377. ROYEN. Lugdb. p. 381.

Habitat in pratis frequens.

Caulis sponte procumbens. Folia oblonga, emarginata, apicibus dilatata, denticulo ex emarginatura prodeunte notata. Pedunculi calyce longiores. Vexillum fere planum, carina alis brevior & obtusa. Siliqua compressa, semilunaris. Semina usque septem, acuta facie futuræ affixa.

## ONONIS.

LINN. Gen. plant. 772.

Vexillum cordatum, alis longius Tournef. Tab. 229. A. Siliqua turgida, hirsuta. D. F. E. Semina reniformia.

I. ONONIS floribus solitariis lateralibus, spinis rameis terminalibus foliosis.

*Ononis floribus racemosis geminatis, foliis ternatis, ramis spinosis.* LINN. Spec. plant. p. 716.

*Anonis floribus pene sessilibus, vaginis foliorum amplissimis, ramo quolibet in spinam terminato.* HALL. Helv. p. 589.

Habitat in pascuis siccis & sterilibus; diciturque *Gladeich*.

Caules nudi, inermes, teretes, ramosi. Rami spinosi. Folia sub spinis ternata, in spina & sub floribus simplicia. Racemus inermis, terminalis, constans floribus solitariis, breviter pedunculatis. Calyx folio

concolor, villis albis capitatis & simplicibus pubescens; dentibus binis superioribus brevioribus. Petala purpurea; carina superne villis brevibus capitatis adspersa, subtus lineata, subrotunda, integerrima; alis pallidioribus, carina brevioribus. Germen villosum.

Radicem diureticam esse, experimenta practica, chemica principia, & Clarissimorum Virorum evincit auctoritas. Dubitat tamen LINNÆVS eamque potius emmenagogum esse, & peculiari virtute adversus Hungaricam febrim valere docuit in *Mat. Med.* 357.

## CYTISUS.

TOURNEF. *Inst.* p. 647. *Tab.* 416.

Ab *Ononide* differt imprimis vexillo & filiqua in origine angustiore, tum calyce bilabiato; dentibus brevissimis duobus vel tribus. HALL. *Helv.* p. 591. pluribusve LINN. LUDWIG.

1. CYTISUS racemis simplicibus pendulis, foliolis ovato-oblongis. LINN. *H. Cliff.* p. 354. *H. Upsal.* p. 210. *Spec. plant.* p. 739. ROYEN. *Lugdb.* p. 369. HALL. *Helv.* p. 591.

Habitat circa *Idriam. Lok, Krainburg.*

Folia ternata, ovata, integra, oris villosis. Racemi terminales, spithamæi, nudi, penduli. Flores flavii. Calyx e lata basi in cylindrum extensus, bifidus, villosus. Pedunculi imi flore longiores, patuli. Corollæ vexillum erectum; alæ oblongæ, carina nihilo breviores. Stamen liberum nullum. Siliqua dilatata.

2. CYTISUS pedunculis simplicibus lateralibus, calycibus hirsutis trifidis obtusis ventricoso-oblongis. LINN. *H. Upsal.* p. 211. *Spec. plant.* p. 739.

*Cytisus calycibus hirsutis sessilibus, pedunculis simplicibus brevissimis.* LINN. *H. Cliff.* p. 355. ROYEN. *Lugdb.* p. 370.

Habitat in sterilibus apricis.

Caulis semiprocumbens, fruticosus. Folia ovata, hirsuta, spinula terminata, petiolis compressis. Flores laterales, binati, ternatique, brevibus pedunculis. Calyx hirsutus, oblongus, trifidus. Corolla flava; vexilli margine rugoso. Stamen liberum nullum. Siliqua uncialis.

## GENISTA.

LINN. *Gen. plant.* 766.

Calyx obscure bilabiatus; labio superiore bidentato, brevior. Corollæ vexillum reflexum, carina brevius. Siliqua turgidiuscula. Semina reniformia.

1. GENISTA foliis lanceolatis, ramis striatis teretibus. LINN. *H. Cliff.* p. 355. *Fl. Svec.* 587. *Mat. Med.* 346. erectis. *Spec. plant.* p. 710.

*Genista foliis confertis, ovalibus, acutis, floribus sessilibus, spicatis.* HALL. *Helv.* p. 592. BOEHM. *Lips.* 323.

*Genistella.* RIVIN. *tetrap.* Tab. 67.

Habitat loca sterilia, sæpius inculta.

Caules antiqui, prostrati, nudi, novos emittunt erectos, striatos, supra medium ramosos. Flores spicati, solitarii ex alis. Folia breviter petiolata, marginibus subhirsutis. Calyx quinquefidus, glaber, pedunculo longior. Corolla flava; alis demum patulis, reflexis. Stamina octo; quatuor majora, totidem minora; antherarum poline subcarneo. Involucrum germinis, post effusum pollen antherarum sese una cum stylo intra vaginam recondit. Siliqua compressa, glabra.

Hydropicis mederi docent experimenta plurima, & Sambucci odor fœtidus in chemica analysi; sed si viscera læsa fuerint, mortem accelerat.

2. GENISTA ramis ancipitibus articulatis, foliis ovato lanceolatis. LINN. *Spec. plant.* p. 710.

*Genista*



*Genista foliorum parte prima cauli adnata, elliptica, altera patente, lanceolata.* HALL Helv. p. 593.

*Genista ramis trianguli-ancipitibus, petiolis decurrentibus, foliis ovato-lanceolatis.* LINN. H. Cliff. p. 355. ROYEN. Lugdb. p. 371.

Habitat loca paulo cultiora.

Caules prostrati, nudi, articulati, ensiformes, aridi, emittunt annuos, triquetros, erectos, simplices. Spica densa, nuda, terminalis. Calyx quinquefidus; dente imo medio lineari; bractea lineari; pedunculo brevissimo. Corolla flava; vexillo cordato; carina dipetala, glabra; alæ non auriculatæ. Stamina octo.

3. GENISTA spinis compositis, ramis floriferis inermibus, foliis lanceolatis. LINN. Spec. plant. p. 710.

*Genista foliis ovato-lanceolatis, spinis in ramis senescentibus, ramosis.* HALL. Helv. p. 593.

*Genista caule nudo, spinis ramosis, caulinis, ramis floriferis inermibus, foliis lanceolatis.* ROYEN. Lugdb. p. 371.

*Genistella spinosa.* RIVIN. tetrap. Tab. 67.

*Genista spartium minus Germanicum.* TOURNEF. Inst. p. 645. ZANICHELL. Ven. p. 108. Tab. 92. SEGUIER. Veron. 2. p. 317.

Habitat sicca & aspera loca.

Caulis fruticulosus, spinosus diffusus. Rami erecti, inermes. Folia hirsutula. Flores patuli. Calyx quinquefidus. Vexillum integerrimum, reflexum; cum proprio pede angulum rectum efficiens. Alæ carina villosa fere duplo longiores. Stamen liberum nullum.

4. GENISTA spinis rameis compositis mollibus, foliis lanceolato-linearibus.

Habitat in rupibus *Montis Anas.*

Caules inermes, suberecti, nudi. Rami annotini, erecti, subhirsuti, angulati, ramosi; ramulis non flori-

feris spinosis: spinis compositis, teneris. Flores subspicati, flavi; pedunculis calyce brevioribus. Calycis denticuli lineares, glabri; infimo longiore. Corollæ vexillum erectum; alæ incurvæ; carina obtusa, bifida, vexillo longior.

5. *GENISTA* inermis frutticosa procumbens, ramis angulatis, foliis lanceolato-linearibus.

Habitat cum priore.

Caules nodosi, terrei, glabri, teretes. Rami primi angulis albis instructi. Rami ultimi adscendentes, villosi, subangulati. Flores bini, in apicibus ramulorum, solitarii, erecti; pedunculis & calycibus hirsutis. Calyx bilabiatus. Corollæ vexillum ovatum, integerrimum; alæ rectæ; carina villosa, recta.

## SPARTIUM.

LINN. *Gen. plant.* p. 765.

Differt a *Genista* calyce evidenter labiato, filamentis intra carinam occultatis, an fatis?

I. *SPARTIUM* foliis ternatis solitariisque, ramis inermibus angulatis. LINN. *H. Cliff.* p. 356. *Fl. Svec.* 589. *Spec. plant.* p. 709. ROYEN. *Lugdb.* p. 370.

Habitat in *M. Planina* aliisque ei proximis circa *Idriam*.

Caulis erectus, fruticosus. Rami fulcati. Ramuli striati, denuo ramosi. Folia ternata, linearia, hirsuta, e squamma bracteiformi nata. Calyx ventricosus, hirsutus; labio inferiore tridentato. Stamina octo, libero nullo. Siliqua hirsuta, trisperma.

Ex legibus methodi naturalis *Spartium* a *Genista* separari non potest.

## HIPPOCREPIS.

LINN. *Gen. plant.* 791.

Siliqua compressa, altera futura pluries emarginata, curva. LINN. *Syst. Nat.*

1. HIPPOCREPIS filiquis umbellatis: margine exteriore lobatis.

*Hippocrepis filiquis umbellatis, utrinque emarginatis.* HALL. Helv. p. 573.

*Hippocrepis leguminibus pedunculatis confertis: margine exteriore repandis.* ROYEN. Lugdb. p. 232. DALIB. Paris. p. 232. LINN. Spec. plant. p. 744.

*Hippocrepis leguminibus pedunculatis confertis: margine exteriore lobatis.* LINN. H. Cliff. p. 364.  
Habitat in herbidis collibus.

Caulis procumbens, ramosus. Foliorum paria quinque. Scapi nudi, sulcati. Flores umbellati, reflexi; involucre reflexo, dentato. Calyx pedunculo longior, regularis, glaber. Corollæ vexillum ovatum, a reliquis petalis remotum; tuberculo mellifero ad basim præditum. Stamina decem; antheris aristatis. Siliqua inflexa, glabra, folio longior, interiore latere foveolis hemisphæricis excavata, exteriore lobata.

## LOTUS.

LINN. Gen. plant. p. 803.

Differt a *Trifolio* corolla decidua, filiqua longiore LINN., binis foliis ad originem petioli TOURNEF., uno terminali, floribus subiecto HALL.

1. LOTUS capitulis depressis, caulibus decumbentibus, leguminibus cylindricis. LINN. Spec. plant. p. 775.

*Lotus floribus umbellatis, filiquis pendulis, caule procumbente.* HALL. Helv. p. 572.

*Lotus caule herbaceo, florum capitulo depresso, leguminibus decumbentibus.* LINN. H. Cliff. p. 372. Fl. Svec. 609. ROYEN. Lugdb. p. 388. DALIB. Paris. p. 221. BOEHM. Lips. 343.

Habitat in pratis & hortis.

Caules anguloso-fulcati. Scapi laterales, longi. Capitulum folio ternato abraçteato exceptum. Bractæ cordatæ. Flores umbellati. Calycini dentes ciliati, æque diffiti. Vexillum subrotundum, sex lineis rubris ad basim pictum, postice ante explicationem rubrum. Siliqua longa, recta, teres.

2. *Lotus* capitulis aphyllis, foliis sessilibus quinatis.

LINN. *Spec. plant.* p. 776.

*Dorycnium foliis quinatis.* HALL. *Helv.* p.

570.

*Dorycnium foliis digitatis sessilibus.* LINN. *H.*

*Cliff.* p. 371. ROYEN. *Lugdb.* p. 389.

Habitat circa *Vipaccum* & *S. Vitum*.

Folia sericeo villo pubescentia, apicibus dilatatis. Corolla alba; carinæ apice violaceo. Calyx regularis, villosus. Vexillum acutum; auriculæ subrotundæ. Filamenta ramosa, plerumque sena. Siliqua ovata, mono- aut disperma, calyce duplo longior. Semen hinc obtusum, inde acuminatum.

Ex iis legibus *Dorycnium Lotus* adjunctum est, quibus ex *Hedysaro*, *Coronilla* & *Hippocrepide* unum Genus construi potest.

## CORONILLA.

LINN. *Gen. plant.* 789.

Calycis bilabiati dentes duo superiores longiores & connati essentiam constituunt LINN. *Syst. Nat.* Adde siliquam longam, strictam, inter singula semina non sphaerica plus aut minus contractam.

3. *CORONILLA* fruticosa, corollarum unguibus calyce duplo longioribus. ROYEN. *Lugdb.* p. 387.

LINN. *Fl. Svec.* 590. *Spec. plant.* p. 742.

*Coronilla frutescens*, *siliquis longissimis*, *obscurius articulatis.* HALL. *Helv.* p. 575.

Habitat in *M. Anas*.

Pinnæ subovatae, emarginatae, apice dilatatae, subtus pallidiores, paribus tribus cum impare. Flores umbellati in scapis striatis. Flores sex & septem flavi, petalorum unguibus calyce duplo longioribus. Siliqua folio longior, articulata. Semina oblonga.

2. CORONILLA herbacea, leguminibus falcato-gliadatis. LINN. *H. Cliff.* p. 363. *H. Upsal.* p. 234. ROYEN. *Lugdb.* p. 386.

Reperi circa *Idriam*, in sterilibus.

Radix perennis. Foliatio *Orobi* TOURNEFORT, quatuor pinnarum paribus. Corolla flava. Flores racemosi. Calyx, Flos & Fructus *Coronillæ*, non tamen articulatus, neque teres, sed compressus & folio longior.

## OROBUS.

TOURNEF. *Inst.* p. 393. *Tab.* 214.

Calyx basi obtusa; dentibus binis superioribus brevioribus, profundioribus, ad se invicem accedentibus. Vexillum cordatum. Siliqua teres, longa. Verum hæc omnia etiam *Viciis* quibusdam propria sunt, exceptis foliis, quæ in *Orobo* absque impare sunt, costa in mucronem desinente.

1. OROBUS foliis pinnatis ovatis, stipulis semifagittatis integerrimis, caule simplici. LINN. *Spec. plant.* p. 728.

*Orobus caule simplicissimo, foliis pluribus ovatis acutis.* LINN. *H. Cliff.* p. 366. *Fl. Svec.* 595.

ROYEN. *Lugdb.* p. 396. HALL. *Helv.* p. 602.

Habitat inter *Corylos* ad montium radices, verno tempore.

Caulis teres. Stipulae semihastatae, integerrimae. Foliorum paria sex; eaque ovato-lanceolata, nitida, sessilia, glabra, trinervia. Scapus sulcatus, costa folii longior. Racemus unilateralis. Calyx basi virens, ali-

bi subruher. Vexillum corollæ rubro cæruleum; alæ cæruleæ, auriculis carnosis. Antheræ flavæ.

2. **OROBUS** foliis pinnatis lanceolatis, stipulis semiagittatis integerrimis, caule simplici. LINN. *Spec. plant.* p. 728.

*Orobus caule non ramoso, foliis imis ovatis, superioribus ellipticis, acutis.* HALL. *Helv.* p. 603.

*Orobus caule simplicissimo, foliolis pluribus lanceolatis integris.* LINN. H. Cliff. p. 366. Fl. Svec. 596. ROYEN. *Lugdb.* p. 366.

Habitat in sylvis circa *Voiska*.

Caulis alatus. Pinnarum paria tria, æque sessiles, lanceolatæ. Stipulæ semiagittatæ, integræ. Racemi bi- & triflori, costa subtriquetra. Flores rubri. Calyx cærulescens; dentibus inferioribus æqualibus. Siliqua rubra.

## VICIA.

LINN. *Gen. plant.* 782.

Differt ab *Orobo*, stigmate inferne barbato LINN., costa folii in cyrrhum desinente TOURNEFORT.

1. **VICIA** axillis subbifloris, floribus subsessilibus erectis, calycibus semiquinquefidis: segmentis linearibus.

*Vicia leguminibus sessilibus subbinatis erectis, foliis retusis, stipulis notatis.* LINN. *Spec. plant.* p. 736.

*Vicia siliquis sessilibus erectis, foliis imis ovatis, superioribus linearibus.* HALL. *Helv.* p. 598. BOEHM. *Lips.* 330.

*Vicia leguminibus erectis, petiolis polyphyllis, foliolis acumine emarginatis, stipulis dentatis.* LINN. H. Cliff. p. 368. Fl. Svec. 601. ROYEN. *Lugdb.* p. 365.

Habitat inter segetes, *Grashiza, Grahoz dicta.*

Axillæ sæpius bifloræ. Flores magni, brevissime pedunculati, erecti. Calyx virens, villosus, in longos æquales dentes ad medium usque divisus. Vexillum lividum. Alæ rubræ.

2. *Vicia* axillis subquadrifloris, floribus erectis pedunculatis, foliis ovatis, stipulis dentatis.

*Vicia siliquis erectis, foliis ex ovatis, obtuse decrescentibus.* HALL. Helv. p. 599. BOEHM. Lips. 331.

*Vicia leguminibus pedicellatis subquaternis erectis, foliolis ovatis integerrimis: exterioribus decrescentibus.* LINN. Spec. plant. p. 737.

*Vicia leguminibus adscendentibus, petiolis polyphyllis, foliolis ovatis acutis integerrimis.* LINN. H. Cliff. p. 362. Fl. Svec. 602. ROYEN. Lugdb. p. 365. DALIB. Paris. p. 219.

Habitat ad sepem, passim.

Bractææ imæ serratæ, virides, supremæ integerrimæ & quasi deustæ. Folia spiculo deflexo in apice decrescente notata. Calyx coloratus, ut in specie 3. Vexilli semidiameter calycis longitudinem adæquat. Carinæ apex macula laterali cærulea utrinque pictus. Stigma villis verticillatis coronatum. Siliqua erecta, compressa, glabra.

3. *Vicia* racemis folio brevioribus, floribus imbricatis pendulis, foliolis lanceolatis utrinque villosis.

*Vicia pedunculis multifloris, floribus imbricatis, foliolis lanceolatis pubescentibus: stipulis integris.* LINN. Spec. plant. p. 735.

*Vicia foliis linearibus hirsutis, siliquis subhirsutis, racematis pendulis.* HALL. Helv. p. 600.

Habitat circa agros, non rara.

Caulis adscendens, villosus. Folia distica. Pinnarum paria 12. pinnæ ipsæ villosæ, lanceolatæ, brevi spinula terminatæ. Bractææ hirsutæ, integræ. Ra-

cemi

cemi rachi breviores, 9- & 10. flori. Calyx glaber, ruber.

4. *Vicia* racemis folio longioribus, floribus imbricatis secundis pendulis, foliolis lanceolatis, superne villosis.

*Vicia filiquis hirsutis, pendulis, dispermis.* HALL. Helv. p. 601. BOEHM. Lips. 334.

*Ervum pedunculis multifloris, seminibus globosis binis.* LINN. Spec. plant. p. 738.

*Cicer pedunculis multifloris, seminibus globosis.* LINN. H. Cliff. p. 370. Fl. Svec. 607. ROYEN. Lugdb. p. 389. DALIB. Paris. p. 228.

Habitat inter segetes.

Folia in spinulam rubram, erectam, desinentia; pinnarum paribus 7-8. Racemi folio longiores, heteromalli, ad 20. Vexilli basis dente utrinque notata.

## LATHYRUS.

LINN. Gen. plant. 781.

Differt a *Vicia* aliisque, stylo plano LINN. LUDWIG. stigmatate villoso TOURNEFORT.

1. *LATHYRUS* pedunculis multifloris, cirrhis diphyllis, foliolis lanceolatis: cirrhis simplicissimis. LINN. H. Cliff. p. 367. Fl. Svec. 599. Spec. plant. p. 733. ROYEN. Lugdb. p. 364. DALIB. Paris. p. 217.

*Lathyrus foliis binatis, acutis, capreolo non ramoso.* HALL. Helv. p. 597. BOEHM. Lips. 337.

*Lathyrus pratensis.* RIVIN. tetrap. Tab. 43.

Habitat in udis & umbrosis.

Alæ a carina absque laceratione vix separabiles. Cirrhus simplex.

2. *LATHYRUS* pedunculis multifloris, cirrhis diphyllis, foliolis lanceolatis, internodiis membranaceis. LINN. H. Cliff. p. 367. H. Upsal. p. 217. Fl. Svec. 1139. Spec. plant. p. 733.

*Lathy-*



*Lathyrus foliis binatis, ovatis, floribus racemosis.* HALL. Helv. p. 596. BOEHM. Lips. 338.  
Habitat in siccis apricis.

Folia lanceolata, trinervia. Cirrhus pinnato-ramosus, racemo brevior. Alæ caulinae denticulatae. Bracteolæ fetæcæ sub pedunculis calyce longioribus. Vexillum purpureum. Alæ violaceæ. Carina subvirens. Siliqua longa.

## II. *Siliqua biloculari.*

# ASTRAGALUS.

LINN. *Spec. plant.* p. 799.

Flos strictus HALL. Calyx tubulosus. Vexillum alis & carina longius; lateribus reflexis. Siliqua bilocularis.

1. *ASTRAGALUS caulescens prostratus, leguminibus subtriquetris arcuatis, foliis ovalis pedunculo longioribus.* LINN. *Spec. plant.* p. 758.

*Astragalus caule ex alis spicato, ramoso, pro-umbente, foliis ovalibus.* HALL. Helv. p. 565.

*Astragalus leguminibus lunatis biventricosis, caulibus procumbentibus.* LINN. H. Cliff. p. 362.

Fl. Svec. 591. ROYEN. Lugdb. p. 392.

Habitat in incultis asperis.

Caulis teres, glaber, repens. Bractæ erectæ, lanceolatae. Folia deflexa, elliptica, paribus 5-6. Racemi folio breviores. Flores albo-lutei, carinae apice ad dorsum rubro; pedunculis calyce brevioribus, foliolo fetaceo sustentatis. Calycini dentes exigui. Carinae basis dente utrinque notata. Antheræ crocæ. Stamina octo, nonum liberum. Siliqua transversim secta cordis figuram exhibet. Semina reniformia.

## CLASSIS XXX.

## ANOMALÆ.

TOURNEFORT. Unicapsul.

**C**alyx sæpius polyphyllus. Corolla polypetala, quasi papilionacea. Antheræ nunquam pauciores quam sunt petala. Capsula unilocularis in plerisque.

## POLYGALA.

LINN. *Gen. plant.* 761.

Calyx quinquefolius, irregularis, persistens; foliolis majoribus coloratis, foventibus capsulam bilocularem, compressam. Stamina octo connata.

- I. **POLYGALA** floribus cristatis racemosis, caulibus herbaceis simplicibus procumbentibus, foliis lineari-lanceolatis. LINN. *Amœnit. acad.* p. 136. *Spec. plant.* p. 702.

*Polygala foliis omnibus acutis- & imis subrotundis, superioribus angustis.* HALL. *Helv.* p. 606. BOEHM. *Lips.* 253.

*Polygala foliis lineari-lanceolatis, caulibus diffusis herbaceis.* LINN. *Virid. Cliff.* p. 70. H. *Cliff.* p. 352. *Fl. Svec.* 586. ROYEN. *Lugdb.* p. 393.

*Polygala latifolia humilior, spicis brevioribus, dilute purpurascens.* ZANICHELL. *Ven.* p. 214. *Icon.* 38.

*Polygala Buxi minoris folio, flore cæruleo.* VAILLANT. *Paris.* Tab. 32. fig. 1. 2. 3.

Habitat in collibus herbis, apricis.

Pedunculi rubri, corollis breviores. Calycina folia majora alis similia, demum virescentia. Cristæ lacinia utrinq̄ue octo, obtusæ, ferrulatæ, non raro bifidæ. Vaginae margo villosus; villis inflexis. Stigma bilabiatum; labio superiore subtrifido; inferiore simplici.

plici, reflexo. Capsula Thlaspidea; loculis monospermis. Semen hirsutum, nigricans.

2. **POLYGALA** floribus imberbibus sparsis: carina apice subrotundo, caule fruticoso, foliis lanceolatis. LINN. *Amæn. academ.* p. 140. *Spec. plant.*

p. 704.

*Polygaloides.* HALL. *Helv.* p. 607.

*Polygala fruticosa*, *Buxi folio*, *flore flavescente*, *vex ex purpureo-rubente.* TOURNEF. *Inst.* p. 175.

Habitat in asperis, siccis, & meridionalibus collibus.

Caulis frutescens, semiprocumbens. Folia alterna, subsessilia, perennia. Pedunculi laterales uniflori & biflori. Calyx triphyllus; supremo folio solitario, postice gibbo, tegente germen.

Varietates hujus plantæ in Carniola frequentior sunt 1. *Flos ruber*, petalis aleformibus, folio calycino supremo, & petali tertia parte, homogæneo rubro colore donata; calycino folio inferiore & bractea pallidior; crista rugis quinque prædita. 2. *Flos albus* ubique, sed calycis folia duo inferiora cum bractea albo viridi colore tincta sunt. Rugæ in crista quatuor. Stigma corollæ concolor. 3. *Flos albo-ruber*, cui alæ rubræ, idemque color tertiam partem petali tertii tingit; rugæ in crista quinque. 4. *Flos alboluteus*, alba omnia possidet, sed rostrum flavescit, & rugas sex in crista gerit.

## FUMARIA.

LINN. *Gen. Plant.* 760.

Omnes partes fructificationis in hoc Genere variant, solaque stamina constanter fiunt filamentis duobus, trifidis, triantheris LINN. LUDWIG. qualia in *Tab.* TOURNEF. 237. L. K. accuratissimus Pictor delineavit.

1. Fu-

1. **FUMARIA** caule simplici, bracteis longitudine florum. LINN. *Spec. plant.* p. 699.

*Fumaria caule simplici, radice bulbosa.* HALL. *Helv.* p. 604. 605.

*Fumaria caule simplici, bracteis integris.* BOEHM. *Lips.* 312. 313.

*Fumaria caule simplicissimo diphylo, floribus calyce destitutis.* LINN. *H. Cliff.* p. 351. *Fl. Svec.* 585. *Mat. Med.* 344. ROYEN. *Lugdb.* p. 394.

Habitat in cultis, verno tempore.

Flores patuli. Bracteæ primæ in folia non raro mutatæ. Pedunculus cornu carina brevior. Stigma luteum. Siliquæ heteromalæ; valvis ab imo sursum abscedentibus; loculis pentaspermis. Semina rugosa, nitida, compresso-sphærica.

Pulvis radicis ulceribus inspersus, fatuam (ut vocant) carnem lente absumit, acris est ergo neque emmenagogis tam facile adjungendus.

2. **FUMARIA** pericarpis monospermis racamosis, caule diffuso. LINN. *Spec. plant.* p. 700.

*Fumaria pericarpis monospermis.* LINN. *H. Cliff.* p. 252. *Fl. Svec.* 584. *Mat. Med.* 343.

ROYEN. *Lugdb.* p. 394. HALL. *Helv.* p. 605. BOEHM. *Lips.* 311.

Habitat in cultis.

Calyx bifolius, corollæ concolor, bracteæ longitudine. Antheræ globulo terminatæ. Silicula monosperma.

Viribus Medicis convenit cum soncho & adfinibus Cichoreaceis. Succus inspissatus Cristallos dat octaedras, igne frementes, nitrosæ indolis. Odor nullus. Succu magna copia, amari saporis, & saponacei, ad oris, partium internarum, & cutis ulcera detergenda aptissimi. Nihil ergo volatile & impetum faciens *Fumaria* continet, quin potius refrigerat utilis idcirca & adeo expetita in aere Italo æstuoso & sicciore.

## I M P A T I E N S .

L I N N . *Gen. plant.* 899.

Calyx deciduus. Stamina quinque. Capsula unilocularis in quinque valvas elastice difiliens, effundens semina subrotunda, receptaculo columnari affixa.

I. *IMPATIENS* pedunculis multifloris, foliis ovatis, geniculis caulinis tumentibus. L I N N . *Fl. Svec.* 722. *Spec. plant.* p. 938.

*Balsamina capsula oblonga, tenui.* B O E H M .  
Lipf. 310.

*Impatiens pedunculis solitariis multifloris.* L I N N .  
H. Cliff. p. 428. R O Y E N . Lugdb. p. 431. H A L L .  
Helv. p. 505.

Habitat in ruderatis, hortis, udisque sylvarum locis.

Foliorum crenæ spinula herbacea terminatæ. Pedunculi petiolo longiores, ramosi, nudj, tenues. Calyx triphyllus, albicans. Flos pendulus, tetrapetalos, luteus; petalo supremo subrotundo, sustinente unum folium calycinum, concavo, minore; laterali-bus majoribus, alas floris papilionacei referentibus, auriculatis ad basim & maculosis; quartum petalum posticum est, convergens in cornu curvum, subulatum, acutum, maculis rubris interne notatum, folia reliqua calycina gerens. Antheræ subcordatæ basi rotundæ impositæ, polline albo. Silicula uncialis, striata; receptaculo lingulato, subtriquetro; angulis crispis. Semina subtriticea.

## V I O L A .

T O U R N E F . *Inst.* p. 419. *Tab.* 236.

Calyx quinquefidus D. E. foliolis supra basim coherentibus. Corolla pentapetala, cornu nectarifero

M m

postice

postice instructa A. B. C. Stamina quinque; Antherarum apicibus membranaceis. Capsula trivalvis. F. G.

1. VIOLA pedunculis radicalibus, foliis cordatis, stolonibus reptantibus.

*Viola foliis cordatis, stolonibus reptantibus.*

LINN. Spec. plant. p. 954.

*Viola acutis, stolonibus teretibus reptantibus.*

LINN. H. Cliff. p. 427. Fl. Svec. 715. Mat.

Méd. 410. ROYEN. Lugdb. p. 431. HALL.

Helv. p. 500. DALIB. Paris. p. 258.

Habitat circa hortos, ad vias, & in pratis, passim verno tempore.

Stolones non adsunt semper. Pedunculi folio longiores sunt. Antheræ foliacea crocea lingula terminatæ. Stylus uncinatus, subventricosus.

Flores & syrupus ex his confectus in Tussi & raucedine convenit, idem mixtus cum alcalinis liquoribus viridem colorem induit, utilis idcirca ad salium, & mineralium aquarum naturam examinandam.

2. VIOLA pedunculis caulinis, stipulis ciliatis, foliis cordatis.

*Viola caule demum adscendente, foliis oblongo cordatis.* LINN. Spec. plant. p. 935.

*Viola caulibus adscendentibus floriferis, foliis cordatis.* LINN. H. Cliff. p. 427. Fl. Svec. 716.

ROYEN. Lugdb. p. 430. HALL. Helv. p. 501.

DALIB. Paris. p. 269.

Habitat in sylvis.

Stipulæ ciliatæ, lanceolatæ, simplices. Scapi axillares, teretes. Antheræ pallidæ. Semina in una cohorte non ultra octo.

3. VIOLA pedunculis caulinis triquetris, stipulis laciniatis, foliis oblongis crenatis.

*Viola caule triquetro diffuso, foliis oblongis incis, stipulis dentatis.* LINN. Spec. plant. p. 935.

*Viola*

*Viola caule procumbente, foliis sub ramis laciniatis, flore parvo, bicolore.* HALL. Helv. p. 504.  
BOEHM. Lips. 452.

*Viola pedunculis caulinis angulatis, stipulis oblongis pinnato-dentatis, foliis ovato-oblongis crenatis.* LINN. H. Cliff. p. 527.

Habitat in cultis.

Folia ima cordata, subrotunda; reliqua oblonga, crenata. Bractæe amplexicaules laciniatæ, foliosæ.

4. VIOLA pedunculis caulinis, stipulis lanceolatis, foliis reniformibus.

*Viola caule biflora, foliis reniformibus serratis.*  
LINN. Spec. plant. p. 936.

*Viola foliis reniformibus, caulibus foliosis floriferis.* HALL. Helv. p. 502.

*Viola foliis reniformibus, pedunculis caulinis.*  
LINN. Fl. Lapp. p. 276. H. Cliff. p. 427. Fl. Svec. 720. ROYEN. Lugdb. p. 431.

Habitat in locis fylvarum udis & umbrosis.

Caulis erectus, semiteres. Folia superne subvillosa, radicalia bina. Bractæe glabræ, simplices. Corolla flava. Calycis foliola lanceolata.

## RESEDA.

LINN. Gen. plant. 535.

Calyx monophyllus, varie partitus. Petala inæqualia, partita; uno ad basim nectarifero. Stamina duplo certe plura quam sunt petala. Stylorum numerus idem qui angulorum capsulæ unilocularis, inter stylos dehiscens. Semina reniformia, angulis affixa.

1. RESEDA foliis omnibus trifidis, inferioribus pinnatifidis. LINN. H. Cliff. p. 213. H. Upsal. p. 149.

M. m. 2

Spec.

Spec. plant. p. 449. ROYEN. Lugdb. p. 483.  
HALL. Helv. p. 315. DALIB. Paris. p. 159.

Habitat secus vias circa *Vipacem*.

Calycis segmenta fena, linearia; supremo minore. Petala quatuor, alba, e basi orbiculata lingulas una cum fetis educunt. Stamina infra petala prodeunt ad 20. Capsula scabra. Semina in uno angulo plerumque decem, compressa, subovata.

## CLASSIS XXXI.

### MULTISILIQUÆ.

**C**alyx plerumque nullus, aut deciduus. Corolla polypetala; petalis æqualibus RAY *multisiliquæ* II. *meth. emend.* p. 80. vel inæqualibus TOURNEF. *Class. XI. Sect. 2.* Stamina ex receptaculo genita, petalorum numerum sæpius superantia. Fructus ex pluribus capsulis compositus. Folia minime succulenta. Ingenium acre.

### DELPHINIUM.

TOURNEF. *Inst.* p. 426. *Tab.* 241.

Calyx nullus. Petala quinque inæqualia A. B. supremo postice corniculato C. Nectarium bifidum E. corniculatum D. cornu subeunte petali calcar. Stamina triplo certe plura, quam sunt petala. Styli tres.

I. DELPHINIUM nectaribus monophyllis, caule subdiviso. *H. Cuff.* p. 217. *Fl. Svec.* 440. *Mat. Med.* 268. *Spec. plant.* p. 530. ROYEN. *Lugdb.* p. 482. DALIB. *Paris.* p. 158.

*Delphinium nectaribus monophyllo.* BOEHM. *Lips.* 541.

*Delphinium radice fibrosa, foliis tenuissime divis.* HALL. *Helv.* p. 314.



*Delphinium segetum flore cæruleo.* TOURNEF.

Inst. p. 426. BOERH. I. p. 302. SEGUIER.

Veron. 2. p. 118.

Habitat inter segetes, & in hortis; diciturque  
*Aidoska sele.*

Stamina 14. supra medium flexuosa, infra latiora; antheris luteo-virentibus, demum flavescentibus. Germen hirsutum. Siliqua una aut plures. Conjungit ergo *Anomalas nostras* cum *Multifiliis*.

Syrupum florum *Consolidæ regalis* pro Violarum succedaneo proposuit LINNÆVS, an expertus? valde dubito; Repugnat enim nimia ejusdem cum *Aconitis* adfinitas; Vires diureticiæ, pellentes, acriores in scriptis Botanicorum passim annotatæ; Auctoritas denique *Celeberr. HALLERI.*

## ACONITUM.

TOURNEF. *Inst.* p. 424. *Tab.* 239. 240.

Calyx nullus. Petala quinque inæqualia. Nectaria duo D. pedunculata, fistulosa. Stamina ultra 20. Semina hinc acuta, inde latiora & obtusa.

I. ACONITUM foliis palmatis multifidis villosis. LINN.

*Spec. plant.* p. 532.

*Aconitum foliis peltatis multifidis, petalo supremo cylindraceo.* LINN. *Fl. Lapp.* 211. H. Cliff.

p. 213. *Fl. Svec.* 441. ROYEN. *Lugdb.* p. 482.

HALL. *Helv.* p. 312.

Habitat in sylvis elatioribus, asperis, umbrosis & ficcis.

Caulis anceps. Folia quinqueloba & triloba: lobis incisus, acutis, ferratis. Racemi horizontaliter patentes. Flores ochroleuci, villosi, binis foliolis sub quolibet pedunculo. Galea apice dilatato; alæ subtus lanuginosæ, marginibus reflexis, superne calloso fornice convexæ. Nectariorum pedunculi compressi.

Capfulæ tres, transversim rugosæ, una sæpius abortiente. Semina aspera, cuneiformia.

2. *ACONITUM* foliorum laciniis linearibus, superne latioribus, linea exaratis. LINN. *H. Cliff.* p. 214. *Fl. Svec.* 442. ROYEN. *Lugdb.* p. 483. HALL. *Helv.* p. 312.

Habitat in altioribus sylvis & pascuis, circa rivus; *Shlent gloubuk* dictum Cerberi spumante saliva adpersæ plantæ parcunt avidi animalium dentes, quam tamen siccam & gramini immixtam inpune vorant. In spicam cæruleam pulcherrime ordinati flores alliciunt sæpe ignoros ut pileos & vestes ornent sibi que capita immani sæpe dolore gravent. Manum sibi intumuisse, quæ hanc stirpem diu gestaverat, narrabat olim Verissimus & Experientissimus senex BAYERVS in Oenipontana Academia Professor Publicus; licet hanc vulgi persuasionem varissimam esse censeat Cl. HALLERVS. Decoctum radice cymices enecat, pulvis vero muribus loco arsenici est, si butyro misceatur; & omnibus animalibus mortem infert inflammationis intestinis & fere corrosis. Antidotum veneni est oleum aut aqua tepida diu & copiosissime ingesta, emolliens, diluens, enervans acre. Fabulosa & vana sunt quæ de suo mure MATHIOLVS, & *Anthora* Nappello proxima fabulantur Poetæ.

## AQUILEGIA.

TOURNEF. *Inst.* p. 428. *Tab.* 242.

Calyx nullus. Petala quinque æqualia B. Nectaria totidem corniculata, petalis interjecta C. Stamina multa, in cohortes proprio canali instructas distributa. Siliquæ distinctæ.

1. *AQUILEGIA* nectariis incurvis. LINN. *H. Upsal.* p. 152. *Mat. Med.* 272. *Spec. plant.* p. 533.

*Aquilegia foliis rotunde lobatis.* HALL. *Helv.* p. 310. Habi-

Habitat cærulea circa *Idriam*, violacea vero circa *S. Catterinam*.

Paleæ albæ, decem, acutæ, erectæ, marginibus reflexis & rugosis præditæ, germina protegunt, totidemque canales faciunt, quorum quilibet sex stamina continet adeo inæqualia, ut primum & exterius filamentum anthera duplo unice longius sit, quartum paleæ longitudinem habent, sextum vero & intimum germinum superet longitudinem.

Seminibus *Aquilegiæ* in Emulsione, aut ad semidrachmam quovis trihorio in pulvere datis, ad expellendas variolas, aliaque exanthemata familiariter utor, suadentibus Viris Celeberrimis HOFFMANNO, WERLHOFIO, aliisque.

## DICTAMNUS.

LINN. *Gen. plant.* 468.

Calyx pentaphyllus, deciduus. Petala quinque, inæqualia, unguiculata. Stamina decem. Stylus unicus. Capsulæ quinque, margine introrsum coalitæ.

1. DICTAMNUS. LINN. *H. Cliff.* p. 161. *H. Upsal.* p. 102. *Mat. Med.* 208. *Spec. plant.* p. 383. ROYEN. *Lugdb.* p. 463.

*Fraxinella.* HALL. & aliorum ab eo citatorum.

Habitat circa *S. Vittum*.

Vires pellentes radicum *Dictamni* demonstrat oleum essentielle & tenue quo abundant GEOFFROY. *Mat. Med.* 3. art. 24. odor penetrabilis, & amarissimus sapor qui vermes & bufones ipsos necat, acres sunt ergo & impetum faciendo idoneæ, hinc in febribus continuis cautissime usurpandæ.

## SPIRÆA.

LINN. *Spec. plant.* p. 554.

Calyx monophyllus, quinquefidus, persistens. Petala quinque, calyci inserta. Filamenta plura e calyce nata. Siliculæ monospermæ.

1. SPIRÆA foliis supradecompositis, spicis paniculatis, floribus dioicis. LINN. *Spec. plant.* p. 490. en Virum celeberrimum sensim ad Naturalia Genera redeuntem.

*Filipendula sexu distincta, foliis æqualibus.*

HALL. *Helv.* p. 306.

*Aruncus.* LINN. *H. Cliff.* p. 462. ROYEN. *Lugdb.* p. 278.

*Ulmaria floribus in longas spicas digestis.*

BOERH. I. p. 295.

*Drymopogon.* RUP. p. 99.

Carniol. *Kofia brada.*

Habitat ad sepes, & umbrosis asperisque in locis.

*Mari,* Paniculæ racemi primi laterales, cæteri nudi, compositi, & decompositi; spicis albis, julaceis, subulatis, longis, nudis. Flores pedunculati, patuli. Stamina 12 - 16. *Feminæ* Panicula minor; spicarum axibus villosis. Flores erecti, patuli. Stigmata demum rubra. Capsulæ pendulæ, glabræ, tres, non spirales, nitidæ.

Stiptica planta est, in Dyfenteria, Hernia, aliisque morbis consentanea, ubi laxitas nimia & debilitas observatur.

2. SPIRÆA foliis pinnatis: foliolis uniformibus. LINN. *H. Cliff.* p. 191. *Fl. Svec.* 404. *Mat. Med.* 239. serratis, caule herbaceo, floribus cymosis. *Spec. plant.* p. 490.

*Filipendula foliis longis, angustis, extremo trilobato, minimis pinnulis intermixtis.* HALL. *Helv.*

p. 307.

Habitat

Habitat circa *Vipaccum, Planinam, Krainburgum.*

Calyx reflexus. Stamina ad 40. Germina usque  
10. Siliculæ erectæ, hirsutæ.

Utilitas Medica, quæ prioris.

3. *SPIRÆA* foliis pinnatis: impari majore lobato, floribus cymosis. LINN. *Fl. Lapp.* 201. *H. Cliff.* p. 191. *Fl. Svec.* 405. *Mat. Med.* 241. ROYEN. *Lugdb.* p. 277.

*Filipendula foliis ex ovalibus acutis, extremo trilobato, minimis pinnulis intermixtis.* HALL. *Helv.* p. 306.

*Filipendula.* MATH. TABERNEM. DODON. BOEHM. &c.

Habitat prope fossas.

Inflorescentia fere quæ in *Junco villoso.* Caulis angulatus. Rami teretes. Foliorum pinnatorum paria tria; primo minimo; extremo trilobo, maximo; cæteris oblongis, ferratis; minimis pinnulis interjectis. Calyx albus, reflexus. Petala ovata. Stamina ad 24. Styli & germina 5 - 7.

## THALICTRUM.

TOURNEF. *Inst.* p. 270. *Tab.* 143.

Calyx nullus. Petala fugacia, æqualia, sæpe quatuor. Stamina multa. Styli multi. Siliquæ monospermæ.

1. *THALICTRUM* caule folioso sulcato, panicula multiplici erecta. LINN. *H. Cliff.* p. 226. *Fl. Svec.* 453. *Spec. plant.* p. 546. ROYEN. *Lugdb.* p. 485. HALL. *Helv.* p. 306. DALIB. *Paris.* p. 162. BOEHM. *Lips.* 307.

*Thalicttrum pratense.* LINN. *Fl. Lapp.* 224.

Habitat in umbrosis udis locis.

Folia supradecomposita; pinnis subrotundis, ternatis, subcrenatis, inferne venosis. Bractææ hemi-

sphæricæ. Panicula terminalis. Petala concava, sty-  
lorum longitudine, postice dilute violacea. Stamina  
70 - 90. antheris luteo-virescentibus. Germina pe-  
dicellata.

2. *THALICTRUM* fructibus pendulis triangularibus  
rectis, caule tereti. LINN. *Spec. plant.* p. 547.

*Thalictrum seminibus triangularibus pendulis,*  
*stipulis caulinis.* LINN. H. Cliff. p. 226. Fl. Svec.  
452. ROYEN. *Lugdb.* p. 285. HALL. *Helv.*  
p. 309.

*Thalictrum alpinum, Aquilegiæ foliis, florum*  
*staminibus purpurascens.* TOURNEF. *Inst.* p.  
270. SEGUIER. *Veron.* I. p. 475.

Habitat in collibus, siccis, sterilibus, asperis.

Rami ultimi teretes. Stamina ad 70. filamentis  
purpureis; antheris flavo-rubris. Germina aquose  
lutea. Siliculæ alato-triquetræ; angulo quarto, in  
imos angulos eminente.

3. *THALICTRUM* foliis lanceolato-linearibus inte-  
gerrimis. LINN. H. Cliff. p. 226. *Spec. plant.* p.  
546. ROYEN. *Lugdb.* p. 487. HALL. *Helv.* p. 308.

Habitat ad sepes circa *Kranburgum*.

Caulis angulatus. Folia duplicato-pinnata; pin-  
nis lanceolatis, planis, integerrimis, superne nitidis,  
inferne nervosis. Stamina ad 14. alba. Germina us-  
que septem, sessilia.

4. *THALICTRUM* foliis decompositis: pinnis sessili-  
bus linearibus fulcatis rugosis: marginibus re-  
flexis.

*Thalictrum caule folioso, foliis angustissimis, non*  
*dentatis.* HALL. *Helv.* p. 307.

Habitat in macilentis aridisque locis.

Omnino est *Thalictrum* angustissimo folio BAU-  
HIN. *Prodr.* p. 146. optima, quæ etiam apud Taber-  
nemontanum extat, icone expressum, quod Cl. LIN-  
NÆVS cum priore conjunxit, diversum tamen statura  
cubi-

cubitali; angulis in caule pluribus & rubris; foliis uncialibus, fere Rorismarini, superne rugosis, sulco medio exaratis, oris revolutis; Panicula densi, brevi; Pedunculis staminum longitudinem superantibus. Staminibus 13. Germinibus plerumque quatuor.

## I S O P Y R U M.

LINN. *Gen. plant.* 621.

Calyx nullus. Petala quinque æqualia. Nectaria totidem auriculata, pedicellata. Stamina multa. Styli duo aut tres. Siliculæ totidem monospermæ.

I. ISOPYRUM stipulis ovatis, petalis obtusis. LINN. *Spec. plant.* p. 557.

Habitat in cavis viarum semitis inter Corylos, umbrosis in locis, verno tempore.

Radix repens, fasculos radicularum conicarum & fibrosarum producit, unde oritur caulis & folium decompositum; pinnulis lobatis. Caulis erectus, teres, semipedalis. Folia triloba; lobis glabris, venosis, semibifidis, inæqualibus, crenatis: supremo semitrifido. Albæ glandulæ lobos terminant. Stipulæ ovatæ, acutæ, simplices; marginibus albis. Petala elliptica, non acuta, alba, patentia, inferne cum aliqua rubedine. Pedunculi nudi, tenues, solitarii. Nectaria quinque & plura, auriculæ animalis forma, breviter pedicellata, petalis breviora. Stamina 30-40. filamentis albis, ad basi leniter tuberosis; antheris flavis. Germina bina, staminum longitudine. Stigmata simplicia, virentia, curvula. Siliculæ duæ, raro tres, monospermæ. Semen oblongum.

## HELLEBORUS.

TOURNEF. *Inst.* p. 271. *Tab.* 144.

Corolla pentapetala, persistens A. B. pro calyce sumpta a GENERO RAI0, VOLKAMERO, HALLERO,  
LUD-

LUDWIGIO. Nectaria tubulosa, quasi bilabiata C. Capsulæ polyspermæ H.

1. HELLEBORUS nectariis obconicis filamentis staminum triplo brevioribus.

*Helleborus caule multifloro folioso, foliis digitatis.* LINN. Spec. plant. p. 558.

*Helleborus vaginis foliaceis digitatis, flore virente.* HALL. Helv. p. 317.

*Helleborus caule æquali folioso, foliis radicalibus caulem tandem superantibus.* LINN. H. Cliff. p. 227. H. Upsal. p. 158. ROYEN. Lugdb. p. 484.

Habitat in apricis sterilibus *Carniole* frequens, sed nullibi frequentior quam in *Styria*.

Folia aspera, ferrata, venosa, virentia, acuminata. Caulis diflorus, dichotomus; vaginis foliaceis digitatis. Flos virens, minor; pedunculis subangulatis. Nectaria brevia; pedunculis anthera brevioribus, recta fere excisa. Styli ad futuras siliquarum & germinum perpendiculares.

2. HELLEBORUS nectariis obsubulatis filamentis staminum duplo brevioribus.

*Helleborus scapo subunifloro subnudo, foliis pedatis.* LINN. H. Upsal. p. 157. Mat. Med. 273. Spec. plant. p. 558. ROYEN. Lugdb. p. 484.

*Helleborus scapo bifloro subnudo, pedunculo communi bipartito.* LINN. H. Cliff. p. 227.

Habitat in locis asperioribus.

Differt a priore, caule unifloro, supra medium sæpius maculoso; uno aliove folio cavo, ovato, simplici instructo infra florem. Foliis radicalibus, crassis, levibus, obtusis, obsolete crenatis. Flore ampliore, non viridi. Nectariis angustis, longis, oblique truncatis. Styli reflexis.

Varietates autem ita se habent. 1. *Flos albus*, Nectaria gerit, una cum antheris flavo colore tincta;

Ger-



Germina vero cum bracteis & caule purpurascencia.  
 2. *Flos ruber*, fundo virente; Nectariis & staminibus flavis; Germinibus subrubris. 3. *Flos roseus*, venulis albis pictus, prioris filius; germinibus subrubris, non raro intortis. *Flos ex albo & rubro varius*, fundo viridi; germinibus circa stylos tantum purpurascentibus.

Hellebori sui radices inter acerrima purgantia numeravit HIPPOCRATES quoties de iis meminit. Eandem efficaciam inesse nostris, quotidiana fere experientia demonstrat; ut mirum sit catharticam Hellebori efficaciam a LINNÆO in dubium revocari. Dosis pulveris radice in nostris hominibus experta est a granis 20. ad 40. extracti cum aqua simplici decem grana sufficiunt, si vero sulphureis acidive menstruis paratum fuerit, largiore dosi dandum est & alvi tormina facilius inducit. Clyster ex decocto radice uncie semis, in excitandis apoplecticis præstat colocyntiidi aliisque. Boves suos sanant Rustici intruso sub vulnerata cute radice recentis frustulo, unde magnus tumor, & assiduus icoris effluxus oritur. Sed aliud quid inest Helleboro singulare penitus & vere noxium. Dedi Puellæ vegetæ & nullo morbo affectæ triginta grana pulverisatæ radice; hinc alvus absque torminibus bis unice mota est; accessit vero torpor quidam artuum & insueta rigiditas congruis tamen auxiliis debellata. An hæc vis est illa hellebori convulsionem quoque faciens ab HIPPOCRATE jam dudum observata?

## T R O L L I U S.

GESNERI. RUPPII.

LINN. *Gen. plant.* p. 620.

Calyx nullus. Corolla polypetala, decidua, magnitudine inæqualia. Nectaria plana, lingulata.  
 Siliquæ

Siliquæ in capitulum collectæ. Semina subrotunda.

I. TROLLIUS corollis conniventibus, nectariis longitudine staminum. LINN. *Spec. plant.* p. 556.

*Helleboro Ranunculus.* BOERHAAV. LUDWIG, BOEHM. *Lips.* p. 549.

*Helleborus uniflorus, petalis & siliquis plurimis.* HALL. *Helv.* p. 318.

*Helleborus foliis angulatis multifidis, flore globoso.* LINN. *H. Cliff.* p. 227. ROYEN. *Lugdb.* p. 484.

*Helleborus caule simplici, flore pediculato.* LINN. *Fl. Lapp.* p. 226.

*Helleborus niger, Ranunculi folio, flore globoso, majori.* TOURNEF. *Inst.* p. 272. SCHEUCHZ. *It. I.* p. 39.

Habitat in pratis montanis.

Facies *Ranunculi* & fructus, sed Calyx nullus. Petala vero & figura Nectariorum ab *Helleboro* diversissima.

## VERATRUM.

TOURNEF. *Inst.* p. 272. 273. *Tab.* 145.

In eadem planta sunt Flores 1. *hermaphroditi*, calyce nullo; petalis senis persistentibus; staminibus sex; siliculis tribus, polyspermis; seminibus compressis, alatis. 2. *Masculi* prætervisi magno TOURNEFORTIO, rudi germinis imitamento donati. His addit *Femineos* Cl. HALLERVS, quibus filamenta sunt equidem, sed antheris destituta. En novum sexus in plantis, quæ plurimos flores gerunt, variantis argumentum.

I. VERATRUM racemo supradecomposito, corollis erectis. LINN. *Spec. plant.* p. 1044.

*Veratrum caule ramoso.* LINN. *Mat. Med.*

*Veratrum pedunculis corolla erecta patente brevioribus.* GMELIN. Sibir. I. p. 75.

*Veratrum flore subviridi.* TOURNEF. Inst. p. 273. SEGUIER. VERON. I. p. 506. qui sexum non vidit.

Habitat in montanis herbis & sterilibus; *Tschmerica* dictum.

Caulis paniculatus; panicula contracta. Calyx ferrulatus, virens, erectus. Pedunculi glabri. Flores fertiles in racemo terminali, steriles plerumque in lateralibus. Capsulae pedunculo longior.

Helleborus albus a Veteribus summopere celebratus in Melancholiae curatione jam tempore experientissimi ALEXANDRI TRALLIANI in desuetudinem abiit eoque, ut nostro ævo rarissime aut nunquam prorsus adhibeatur. Veratri in suis scriptis sæpe meminit HIPPOCRATES, sed helleborum intelligit quoties vim purgantem eidem attribuit. Non ergo Veratrorum & Helleborus eadem planta est, ut perperam in Commentariis ad HIPPOCRAT. posuit MARNELLVS.

2. VERATRUM racemo composito, corollis patentissimis. LINN. Spec. plant. p. 1044.

*Veratrum pedunculis corolla patentissima longioribus.* GMELIN. I. p. 76.

*Veratrum flore atro-rubente.* TOURNEF. Inst. p. 273. SEGUIER. VERON. I. p. 507. HALL. Helv. p. 778.

Habitat circa *Uriam* in *Struk* prope ferram.

Planta, quam coram habeo, habet humanam altitudinem. Folia sexdecim transversos digitos longa, novem & decem lata; hæc sensim decrescunt, lanceolata, & tandem lanceolato-lineariter redduntur. Caulis teres, lanuginosus. Racemi laterales, patuli, simplices simipedales, lanuginosi. Pedunculi horizontaliter patentes, lanuginosi, flore nihilo breviores. Corollae segmen-

segmenta ovata, integerrima, subtus virescentia, superne obscure rubra, patentissima. Flores omnes fertiles in racemo terminali, pedalique; pauci in racemis primis, nulli in superioribus. Capsulæ leniter sursum flexæ, pedunculo breviores.

## ALISMA.

LINN. *Gen. plant.* 418.

Calyx triphyllus, persistens. Petala tria. Stamina sex. Siliculæ multæ.

1. *ALISMA* foliis ovatis acutis, fructibus obtuse trigonis. LINN. *Spec. plant.* p. 342.

*Damasonium panicula verticillata, petiolis ramosis, siliquis monospermis.* HALL. *Helv.* p. 300.

*Alisma fructu obtuso trigono.* LINN. *Fl. Lapp.* 138. H. Cliff. p. 141. *Fl. Svec.* 300. ROYEN. *Lugd.* p. 46. BOEHM. *Lipf.* 252.

*Damasonium ampliore folio, paniculatum.* VAILLANT. *Paris.* p. 46.

*Ranunculus palustris, Plantaginis folio ampliore.* TOURNEF. *Inst.* p. 292.

Habitat circa Lacus & Fluvios.

Stamina e quolibet ungue petali duo. Styli duodecim. Siliculæ totidem monospermæ.

In *Lacu Zirchnicensi* angustifolium reperi, radice tuberoso-sphærica; foliis plantaginis lanceolatæ, radicalibus, quinquenerviis; scapo subterete; petalis rubris, majoribus, emarginatis: unquibus luteis; staminum antheris virescentibus; siliculis sexdecim. An alia species?

## SAGITTARIA.

LINN. *Gen. plant.* 946.

Sextu differt ab *Alismate*, nempe floribus masculis superioribus, polyantheris; femineis siliculas multas  
in

in capitulum hemisphæricum congregantibus. An fatis ?

1. SAGITTARIA foliis sagittatis acutis. LINN. *Fl. Lapp.* 344. *H. Cliff.* p. 446. *Fl. Svec.* 780. *Spec. plant* p. 993. HALL. *Helv.* p. 300. DALIB. *Paris.* p. 297. BOEHM. *Lips.* 660.

*Ranunculus palustris, folio sagittato.* TOURNEF. *Inst.* p. 292.

Habitat in Fossis agri Labacensis.

An non melius dici posset *Alisma floribus monoicis, foliis sagittatis acutis?* Naturæ certe non placet ex sexu Genera constituere, ut alibi monui.

## BUTOMUS.

LINN. *Gen. plant.* 455.

Involucrum commune sub umbella simplici. Calyx nullus. Petala sex; alterne majora. Stamina novem. Germina & Siliculæ sex.

1. BUTOMUS. LINN. *Fl. Lapp.* 159. *H. Cliff.* p. 155. *Fl. Svec.* 328. *Spec. plant.* p. 372. ROYEN. *Lugd.* p. 45. HALL. *Helv.* p. 299. BOEHM. *Lips.* 254.

Habitat circa lacum Zirchnicensem.

Folia radicalia triquetra, spongiosa. Caulis nudus, teres, foliis longior. Umbella terminalis; involucri spathaceo, triphylo. Pedunculi digiti longitudine, subrubri, usque 20. involucri monophyllo. Petala ovata, ex albo-rubra. Stamina petalis breviora; filamentis albis, teretiusculis; antheris rubris: polline flavo. Germina rubra; stigmatibus canaliculatis, bifidis. Siliquæ interius & longitudinaliter dehiscentes. Semina exigua, plurima.

## CALTHA.

LINN. *Gen. plant.* 623.

Calyx nullus. Petala quinque. Stamina multa. Siliquæ radiatim patulæ, acuminatæ.

1. **CALTHA.** LINN. *Fl. Lapp.* 227. *H. Cliff.* p. 228. *Fl. Svec.* 473. *Spec. plant.* p. 558. ROYEN. *Lugdb.* 484. DALIB. *Paris.* p. 169.

*Populago.* DILLEN. *Syn.* 3. p. 272. HALL. *Helv.* p. 319.

*Populago flore majori.* TOURNEF. *Inst.* p. 273. SEGUIER. *Veron.* 1. p. 481.

Habitat circa Rivulos in pratis, & in aquosis passim.

Differt a Ranunculo calycis defectu, ab Helleboro nectariorum absentia, ab utroque denuo staminibus duorum ordinum; exteriora enim duplo longiora sunt, claveformia; antheris compressis; interiora vero minora sunt, & antheris latioribus intructa.

## RANUNCULUS.

LINN. *Gen. plant.* 619.

Ranunculi nota essentialis consistit in petalis ad unguem interius excavatis. LINN. *Syst. Nat. Obs.* 20. *in regnum veget.* vel squama nectarifera ibidem posita LUDWIG. *Defin. gen.* 623. reliquæ partes fructificationis omnes ludunt.

1. **RANUNCULUS** foliis linearibus, caule repente. LINN. *Fl. Lapp.* 236. Tab. 3. fig. 5. *Fl. Svec.* 459. *Spec. plant.* 549.

Habitat in fossis agri *Labacensis.*

Caulis compressus, glaber, repens. Folia integerrima, linearia, opposita. Pedunculi laterales, uniflori, nudi. Calyx patulus, glaber, petalis duplo minor. Petala flava, elliptica, integerrima; squama nectarifera vix manifesta. Stamina 25-30. calyce breviora. Germina usque 10 Styli subnigri. Siliculæ in capitulum subrotundum collectæ.

2. **RANUNCULUS** foliis lanceolatis, caule erecto. LINN. *H. Cliff.* p. 228. *Fl. Svec.* 457. *Spec. plant.* p. 549.

p. 549. ROYEN. *Lugdb.* p. 489. DALIB. *Paris.* p. 163. BOEHM. *Lips.* 445.

*Ranunculus erectus, foliis longis, sessilibus, capitulo squamulis distincto.* HALL. *Helv.* p. 322.

Habitat cum priore.

Caulis erectus. Folia sessilia. Calycina folia fuscis lineis notata. Petala subrotunda. Stamina 90-100.

3. RANUNCULUS foliis cordatis angulatis petiolatis. LINN. *H. Cliff.* p. 228. *Fl. Svec.* 460. *Mat. Med.* 274. *Spec. plant.* p. 550. ROYEN. *Lugdb.* p. 490. DALIB. *Paris.* p. 167.

*Ficaria.* DILLEN. *Giff.* p. 39. RUPP. p. 159.

HALL. *Helv.* p. 321. BOEHM. *Lips.* 546.

*Ranunculus vernus rotundifolius minor.* TOURNEF. *Inst.* p. 286. SEGUIER. *Veron.* I. p. 484.

Habitat verno tempore in hortis, & agris.

Caulis procumbens. Folia simplicia, cordata, angulato-crenata, splendens, glabra. Calyx triphyllus. Petala 8-12. interdum vigilantia. Stamina ad 36. antheris filamentis paulo brevioribus. Squama ad unguem petali cujusque conspicua.

Mitissimus est inter fratres & soli natalis indole ita mutatus, ut oleraceam fere naturam acquisiverit; Retinet tamen adhuc acre Generis ingenium quod aquam ex foliis destillatam sinapis odore infecit GEORFROY *Mat. Med.* & spiritum acrem fundit. Incolæ nostri in acetariis utuntur, Medici vero ad hæmorrhoides.

4. RANUNCULUS foliis trilobis: lobis acutis, caule unifloro.

*Ranunculus foliis tripartitis, lobis obtusis, caule subnudo unifloro.* LINN. *Fl. Svec.* 461. *Spec. plant.* p. 553.

*Ranunculus caule aphylo, unifloro, foliis rotundis, semitridis.* HALL. *Helv.* p. 326.

*Ranunculus caule simplici unifloro, foliis tripartitis.* LINN. Fl. Lapp. 231. Tab. 3. fig. 4.

Habitat in alpibus circa *Krainburg*.

Non sine dubio hæc synonyma affumo; quæ nostram stirpem non omnino referunt, cui caulis bifolius, sulcatus; foliolis simplicibus. Folia radicalia neque rotunda, neque subcordata, neque semitrifida, sed in tres lobos ad nervum usque difecta; summo trifido; lateralibus bifidis: lobulo superiore trifido, inferiore bifido; omnibus acutis, glabris, subsplendentibus. Calyx albus, unicus, patulus; macula flavâ notatus in quolibet foliolo, petalis nihilo brevior. Petala alba, obiter emarginata.

5. RANUNCULUS foliis trilobis hispidis, calycibus patulis, caule multifloro tereti.

*Ranunculus montanus, subhirsutus, latifolius*  
BAUHIN. Prodr. p. 96.

Habitat in udis locis circa *Idriam*, prope aqueductus.

Diversissimum esse ab *acri pratensi* docent caulis fistulosus; folia perpetuo triloba, ampla, hirsuta: lobis incisus, ferratis; calyx staminibus nihilo longior; stamina ad 70.

6. RANUNCULUS foliis tripartito-multifidis, summis linearibus, calycibus patulis, pedunculis teretibus. LINN. Fl. Svec. 466. Spec. plant. 554. DALIB. Paris. p. 164.

*Ranunculus caule erecto, multifloro, folio pentagono, lobis sessilibus.* HALL. Helv p. 324.

*Ranunculus foliis peltatis quinqueangularibus, multipartitis laciniis linearibus, caule multifloro.*

LINN. H. Cliff. p. 231. ROYEN. Lugdb. p. 492.  
Habitat circa rivulos, & paludes.

Lacinia foliorum glabræ. Petala subcordata; macula nulla ad unguem notata. Stamina ad 90. filamentis calyce brevioribus.



Acre esse & vesicas adplicatum excitare certum est, sed vim hanc a putridis effluviis stagnantium aquarum, aut corruptis terræ partibus unice oriri, FRIDERICI HOFFMANNI conjectura est, *de meth. vires plant. indag.* nullis experimentis demonstrata.

7. RANUNCULUS foliis omnibus quinatis lanceolatis inciso-ferratis. LINN. *H. Cliff.* p. 229. *H. Upsal.* p. 156. *Spec. plant.* p. 551. ROYEN. *Lugdb.* p. 490. HALL. *Helv.* p. 325.

Habitat in *Mov. Ortea, Anas*, aliisque.

Caulis teres, fistulosus, glaber, ramosus, multiflorus. Foliorum lobi oblongi, dentati. Flores corymbosi. Calyx patens, staminum longitudine. Petala alba, ovata; squama nectarifera lingulata. Stamina flava, ad 90. Styli erecti. Siliquæ in capitulum subrotundum collectæ.

8. RANUNCULUS foliis compositis, calycibus patulis, stolonibus repentibus. LINN. *Fl. Svec.* 468. *Spec. plant.* p. 554.

*Ranunculus caule ex geniculis radicato, foliorum lobis petiolatis.* HALL. *Helv.* p. 324. BOEHM. *Lipf.* 439.

*Ranunculus foliis ternatis, foliolis petiolatis trifidis: medio productiore, caule multifloro.* LINN.

*H. Cliff.* p. 230. ROYEN. *Lugdb.* p. 491.

Habitat in hortis & agris.

Folia radicalia obtuse trigona, sulco medio, basi rubra amplexante. Caulis subtriqueter, ramosus, foliosus, multiflorus; foliorum lobi tres, trilobi; lobulis incis, dentatis, nitidis, glabris. Pedunculi sulcati. Petala subrotunda. Stolones repentis, teretes, radicati, foliosi.

9. RANUNCULUS foliis compositis, calycibus retroflexis, pedunculis sulcatis, caule erecto. LINN. *Fl. Svec.* 469. *Spec. plant.* p. 554. DALIB. *Paris.* p. 165.

*Ranunculus radice simplici subglobosa.* LINN.

H. Cliff p. 230. ROYEN. Lugdb. p. 491. HALL.

Helv. 323. BOEHM. Lips. 438.

Habitat in pratis & collibus passim.

Radix globosa. Hirsiities singularis. Folia radicalia triloba; lobo medio trilobo, crenato; lateralibus semibifidis. Calyx reflexus. Squama nectarifera emarginata. Stamina ad 80.

10. RANUNCULUS foliis submersis capillaceis, emerfis peltatis. LINN. *Spec. plant.* p. 556.

Habitat in aquis.

Pedunculi solitarii, nudi, petiolo oppositi, longiores; bracteis oppositis, latis, simplicibus. Calycis foliola erecta, ovata. Petala alba, subrotunda, integerrima; unguibus lineatis, flavis. Stamina ad 20.

Hoc nomine Cl. LINNÆVS complexus est Ordinem secundum Ranunculorum HALLERI, postquam LUDWIGIVS annotavit, folia a fluento aquarum plus minus agitata & scissa, ab unica specie nasci posse.

11. RANUNCULUS foliis superioribus decompositis linearibus, capsulis aculeatis. LINN. *H. Cliff.* p. 229. *Fl. Svec.* 470. *Spec. plant.* p. 555. ROYEN. *Lugdb.* p. 491. HALL. *Helv.* p. 323. DALIB. *Paris.* p. 166. BOEHM. *Lips.* 443.

Habitat in arvis, annuus.

Capulæ echinata, nuda femina referentes, ut longe certior a *Multifiliis* ad *Gymnopolyspermas*, in ordine naturali, transitus fieri possit.

## CLASSIS XXXII. GYMNOPOLYSPERMÆ.

**D**ifferentia harum stirpium a *Multifiliis*, consistit in seminibus nudis & aggregatis.

HEPA-

## HEPATICÆ.

LINN. *Gen. plant.* 614.

Differt ab *Anemone* calyce trifolio, thalamo paposo.

I. HEPATICÆ. LINN. *H. Cliff.* p. 223. *Fl. Svec.* 445. *Mat. Med.* 277. ROYEN. *Lugdb.* p. 487.

*Anemone flore trilobis integerrimis.* LINN *Spec. plant.* p. 538. a quo plura alia mutanda sunt genera, antequam *Hepaticæ* ad *Anemones* referatur.

*Ranunculus tridentatus vernus.* TOURNEF. *Inst.* p. 286.

*Hepatica trifolia.* SEGUIER. *Veron.* I. p. 511. Habitat in sylvis, verno tempore, *Tetenek* dicta.

Calyx persistens, fovea aut squama nulla ad unguem petalorum, femina denique nuda docent *Hepaticam* cum *Ranunculo* conjungi non posse. Sapor & odor nullus utilitatem medicam vix ullam spondent, verumtamen iners & terreum illud quo abundant folia, adstringentem vim possident nec inutilem in corrigenda laxitate nimia solidorum.

## ANEMONE.

HALL. *Helv.* p. 329.

Essentiam constituunt terna ad caulem folia TOURNEF. *Tab.* 147. M. N. nec alius præter ea calyx. HALL. *ibid.*

I. ANEMONE feminibus acutis, petalis ellipticis, foliis serratis.

*Anemone femine lævi, petalis senis ellipticis.* HALL. *Helv.* p. 330. BOEHM. *Lipf.* 548.

*Anemone feminibus acutis, foliolis incisiss, caule unifloro.* LINN. *H. Cliff.* p. 224. *Fl. Svec.* 450.

Spec. plant. p. 541. ROYEN. Lugdb. p. 488.

DALIB. Paris. p. 161.

*Anemonoides flore albo & ex purpura rubente.*

BOERH. I. p. 56.

Habitat in pratis humidioribus.

Folia serrata, non decurrentia. Pedunculus uniflorus, basi angulatus. Petala sex, alba; quorum tria majora & exteriora subtus purpurea sunt. Stamina ad 40. Styli breves, quasi recti. Semina villosa. Receptaculum subrotundum, læve.

2. ANEMONE seminibus acutis, petalis subrotundis, foliis crenatis.

*Anemone semine lævi, petalis quinis, subrotundis, luteis.* HALL. Helv. p. 329. BOEHM. Lipf. 547.

*Anemone seminibus acutis, foliolis incis, petalis subrotundis, caule subbifloro.* LINN. H. Cliff. p. 125. Fl. Svec. 451. Spec. plant. p. 541. ROYEN. Lugdb. p. 488. DALIB. Paris. p. 161.

*Anemonoides flore luteo, bino & terno.* BOERH.

I. p. 36.

Habitat in pratis ficcioribus, aliquando etiam cum priore.

Folia crenata, per petiolum decurrentia. Pedunculus sæpe biflorus. Petala flava. Stamina ad 60. Styli reflexi, longiores.

8. ANEMONE seminibus caudatis, petalis lanceolatis rectis, foliis bipinnatis.

*Anemone pedunculo involucrato, petalis rectis, foliis bipinnatis.* LINN. Spec. plant. p. 539.

*Anemone tubis caudatis, imis foliis duplicatopinnatis, multifidis, superioribus angustissimis.* HALL. Helv. p. 333.

*Pulsatilla foliis decompositis pinnatis, flore nutante, limbo errecto.* LINN. H. Cliff. p. 223. Fl. Svec. 446. Mat. Med. 276. ROYEN. Lugdb. p. 487. DALIB. Paris. p. 160.

Häbi-

Habitat in montanis *Carniolæ*, non rara.

Acerrima planta est & corrosiva, interne nunquam adhibenda.

## CLEMATIS.

LINN. *Gen. plant.* 616.

Calyx nullus. Corolla sæpius tetrapetala. Antheræ adnatæ lateribus filamentorum.

1. CLEMATIS foliis pinnatis: foliolis ovato-lanceolatis integerrimis, caule erecto. LINN. *H. Cliff.* p. 225. *H. Upsal.* p. 155. *Spec. plant.* p. 544. ROYEN. *Lugdb.* p. 486.

Habitat circa *Idri m* & alibi in sterilibus.

Costæ horizontaliter patentés, pinnæ perpendiculares. Racemi nudi, Petalorum margo villosus, inferna facies trinervia.

2. CLEMATIS foliis pinnatis: foliolis cordatis scandentibus. LINN. *H. Cliff.* p. 225. *Spec. plant.* p. 544. ROYEN. *Lugdb.* p. 486. HALL. *Helv.* p. 334. *Clematis sylvestris, latifolia.* TOURNEF. *Inst.* p. 293.

Habitat ad sepes.

Caulis scandens. Pedunculus sub petiolo. Flores paniculati. Petala crassa, hirsuta. Stamina 60-70.

3. CLEMATIS foliis compositis decompositisque: foliolis ovatis integerrimis. LINN. *H. Cliff.* p. 225. *Spec. plant.* p. 543. ROYEN. *Lugdb.* p. 486.

Habitat in elatioribus saxosisque locis.

Corolla cœrulea.

## CLASSIS XXXIII.

### CALYCIFLORÆ.

**P**etala æqualia & stamina calyci inserta; Fructus constat vel thalamo polyspermo, vel calyce feminifero, vel fructu carnosio aut succulento, vel de-

nique capsula. Ergo inter *Calycifloras* numerabo etiam *Staphyllæam*, *Fraxinum*, *Rhamnum*, aliasque plantas quæ ab aliis scriptoribus diversis Classibus adjunctæ fuerunt, solamque *Apiræam* pluribus filiculis præditam separavi.

## I. *Seminibus nudis.*

### DRYAS.

LINN. *Gen. plant.* 562.

Differt a *Caryophyllata* cum qua conjunxit TOURNEFORTIUS, segmentis calycinis æqualibus octo, an fatis?

I. *DRYAS* octopetala, foliis simplicibus. LINN. *Spec. plant.* p. 501.

*Dryas*. LINN. *Fl. Lapn.* 215. *H. Cliff.* p. 195. *Fl. Svec.* 426. ROYEN. *Lugdb.* p. 279. HALL. *Helv.* p. 335. qui jam ante LINNÆUM a *Caryophyllatis* separatam sub *Cervariæ* nomine proposuit, quod sibi magis placere ostendit in *Opusc. bot.* p. 190.

Habitat in Alpibus *Carniolæ superioris*.

Caules procumbentes, perennes, flexuosi ramosi. Folia oblongo-cordata, inciso-ferrata, superne nitida, subtus tomentosa; petiolis villosis, e bractea bicorninatis. Pedunculus teres, nudus, villosus; villis modo simplicibus, modo vero capitatis. Calyx octofidus, patens, villosus. Petala octo, alba, patencia, ovata, integra, calyce longiora. Stamina ultra 100. lutea, erecta, subulata, petalis breviora. Styli plumosi.

### GEUM.

LINN. *Gen. plant.* p. 561.

Calyx decemfidus; laciniis alternis brevioribus ut in *Potentilla*, sed semina caudata & pilosa.

I. GEUM

1. **GEUM** fructu globoſo calycibus infidente, ariſtis uncinatis nudis caudatis.

*Geum floribus erectis, ſeminibus uncinatis nudis, foliis lyratis.* LINN. Spec. plant. p. 501.

*Caryophyllata floribus erectis, ſeminibus uncinatis.* BOEHM. Lipſ. 433.

*Caryophyllata pinnis paucioribus, rhomboideis, tubarum ſine uncinato.* HALL. Helv. p. 335.

*Geum floribus erectis, fructu globoſo, ſeminum cauda uncinata.* LINN. H. Cliff. p. 195. Mat. Med. 249. Fl. Svec. 423. Synonyma hæc conveniunt etiam ſequenti.

Habitat ad ſepes, & in ſterilibus, *Schegnan Koren* dictum.

Caulis ramosus, multiflorus. Pinnæ ultimæ lobi ſubrotundi, crenati; pinnulæ aliæ ſubrotundæ. Capitula calyci infidentia. Seminum caudæ unco viridi terminatæ; e cujus ſine cauda rubra, quaſi lunata, baſi piloſa oritur.

In morbis omnibus ubi nimix excretiones cohærendæ ſunt, & ſolida firmari debent, radix recens aut pulveriſata, egregie prodeſt. Triginta & quadraginta grana pulveriſatæ radicis, in Dyſenteriis, ſub ſinem data plurimis profuerunt.

2. **GEUM** fructu globoſo e calyce pedunculato, ariſtis uncinatis nudis acaudatis.

Habitat in pratis circa Templum in *Voiska*.

Caulis ſimplex, uniſlorus. Folia pinna extrema lobata: lobis acutis, dentatis; pinnæ reliquæ lanceolata. Capitulum ut in priore, ſed pedunculo fere unciali, villoſo, e centro calycis prodeunte donatum. Semina pariter villoſa, villoſo etiam receptaculo adhærent, ſed ariſtæ in ſimplicem, & nulla cauda inſtructum unicum deſinunt. Capitulum hoc pinxit **TOURNEF.** Tab. 151. F. ſemen vero **G. H.** ſed congiungi non debet cum priore.

3. **GEUM**

3. *GEUM* floribus nutantibus, fructu oblongo, aristis plumosis. LINN. *Spec. plant.* p. 501.

*Caryophyllata floribus nutantibus, seminibus plumosis.* BOEHM. *Lips.* 432.

*Caryophylla pinnis frequentioribus, extrema semitrisida, flore connivente, nutante.* HALL. *Helv.* p. 336.

*Geum floribus nutantibus, fructu oblongo, cauda molli plumosa.* LINN. *H. Cliff.* p. 195. *Fl. Svec.* 424. ROYEN. *Lugdb.* p. 276.

Habitat in pratis paludosis.

Petala & stamina immarcescentia. Fructus pedicellatus. Seminis arista purpurea, ex uncinato fine plumulam edens.

Singulare hujus plantæ monstrum reperi A. 1752. in Patriis pascuis *Pompeagi Montis*; nempe petala octo, surculo folioso circumposita, qui germinum vires agebat; stamina nulla; Calycis autem loco erant folia octo, simplicia, incisa, radiantia.

## POTENTILLA.

LUDWIG. *Defn. Gen.* 621.

*Calyx Gei.* Petala tot quot calycis lacinia. Semina glabra, acaudata, receptaculo carnosio aut sicco infidentia. Non opus est itaque ex *Potentilla*, *Tormentilla*, *Comaro* & *Fragaria*, totidem diversa genera constituere, contra Naturam.

I. *POTENTILLA* foliis ternatis, flagellis reptans. BOEHM. *Lips.* 423. receptaculo carnosio deciduo.

*Fragaria flagellis reptans.* LINN. *H. Cliff.* p. 192. *H. Upsal.* p. 133. *Fl. Svec.* 414. *Mat. Med.* 245. *Spec. plant.* p. 494. ROYEN. *Lugdb.* p. 274. HALL. *Helv.* p. 343.

*Carniol. Jagada. Jagode.*



Flagella longissima, radicata, foliosa. Pedunculi multiflori. Filamenta conica. Styli teretes, obtusi. Stigmata fusca.

Totâ planta adstringens est & Vulneraria, fructus vero mollissimi sunt, refrigerantes, & in Italia eousque expetiti, ut in Agro Vicentino & Veronensi in arvis ipsis, veluti Triticum, coli soleant. Verumtamen hortenses & culti fructus majores sunt equidem & molliores, sed viribus medicis sylvestribus longe debiliores. Singulare Phytseos Fragis unice sanatæ exemplum HOFFMANNVS habet; sed præcipuus eorum usus est in febribus putridis biliosisque, quibus acida natura resistunt.

2. **POTENTILLA** foliis pinnatis ferratis, caule repente, LINN. *H. Cliff.* p. 193. *Fl. Svec.* 416. *Spec. plant.* p. 495. ROYEN. *Lugdb.* p. 275. BOEHM. *Lips.* 422.

*Potentilla repens, scapo nudo unifloro, pinnis plurimis, confertis, minoribus intermixtis.* HALL. *Helv.* p. 338.

*Pentaphylloides argenteum, alatum, seu Potentilla.* TOURNEF. *Inst.* p. 298. VAILLANT. *Paris.* p. 158. ZANICHELL. *Ven.* p. 207. *ICON.* 26. SEGUIER. *Veron.* I. p. 502.

Habitat ad vias, udis in locis & pinguibus.

Succus *Anserinæ* ad uncias aliquot haustus adstringit. Herba in procidentia Uteri, Herniis puerorum, & gingivarum laxitate non raro profuit. Febrifugam autem esse & lithonthripticam, experimentis destitutus, affirmare non audeo.

3. **POTENTILLA** foliis pinnatis ovatis incisis, caule erecto.

*Potentilla caule erecto, multifloro, foliis tertenis, conjugatis, subrotundis, ferratis.* HALL. *Helv.* p. 338.

*Poten-*

*Potentilla foliis pinnatis alternis: foliolis quinatis ovatis crenatis, caule erecto.* LINN. H. Cliff. p. 193. Spec. plant. p. 496. ROYEN. Lugdb. p. 275.

Habitat in cultis aridioribus circa *Lok & Pellant.*

Petioli radicales canaliculati, villosi. Caulis dichotomus, foliosus; foliis bracteatis: bracteis ovatis, acutis, reflexis, integris. Corolla *Fragariæ*. Stamina ad 24. styli flavi.

4. **POTENTILLA** foliis radicalibus quinatis acute serratis, caulinis ternatis, caule declinato. LINN. *Fl. Svec.* 419. *Spec. plant.* p. 498.

*Potentilla foliis quinatis incisiss, caule assurgente.* LINN. *Fl. Lapp.* p. 112. H. Cliff. p. 194. ROYEN. Lugdb. p. 296.

Habitat in aridissimis & apricis collibus, verno tempore.

Bractæ caulinae integerrimæ; ramæ bifidæ, foliosæ. Petala calyce longiora, secus ac pinxit **TABERNEMONTANUS** in *Icone a BOEHM.* laudata *Quinquies.* 13.

5. **POTENTILLA** foliis digitatis, caule repente, pedunculis unifloris. LINN. *Fl. Svec.* 418. *Mat. Med.* 247. *Spec. plant.* p. 499.

*Potentilla foliis quinatis, longe petiolatis, caule repente.* HALL. *Helv.* p. 340. BOEHM. *Lipf.* 426.

*Potentilla foliis digitatis longitudinaliter patienti-serratis, caule repente.* LINN. H. Cliff. p. 194. ROYEN. Lugdb. p. 275.

*Carniol. Peta perstnegck.*

Habitat in hortis & ad vias.

Caulis e geniculis radicans. Pedunculi fulcati, petiolo longiores. Petioli tres simul. Stamina ad 20. *Tormentillæ vires* habet.

6. **POTENTILLA** foliis digitatis apice conniventiferratis, caulibus filiformibus procumbentibus, receptaculis hirsutis. LINN. *H. Cliff.* p. 194. *Spec. plant.* p. 498.

*Quinquefolium umbellatum, album, foliis in apice tridentatis.* SEGUIER. Veron. I. p. 498.

*Potentilla foliis quinatis, apice obtuso, serrato, albo flore.* HALL. Helv. p. 339. *Opusc. bot.* p. 367.

Habitat circa rupes alpinas.

Foliorum apices dentati, bifidi, pagina utraque pubescens. Bracteæ lineares. Semina papposa. Receptaculum pilosum.

7. **POTENTILLA** foliis quinatis cuneiformibus incis: subtus tomentosis, caule erecto. LINN. *Spec. plant.* p. 497.

*Potentilla foliis digitatis, caule erecto corymbofo.* LINN. Fl. Svec. 417.

*Potentilla foliis quinatis, angustissimis, subtus tomentosis, caule erecto.* HALL. Helv. p. 341.

Habitat in aridis, & super muros circa Lok.

Caulis tomentosus, dichotomus. Folia laciniata, superne virentia & glabra, subtus tomentosa. Bracteæ laciniatæ.

8. **POTENTILLA** foliis quinatis, flore tetrapetalo, caule erecto. HALL. *Helv.* p. 341.

*Tormentilla caule erecto.* LINN. *Spec. plant.* p. 500.

Habitat in umbrosis, herbidis, passim; *Urednigck* dicta ab Incolis.

Caulis flaccidus, fere procumbens. Folia ampliter dentata. Pedunculi laterales, solitarii, folio longiores. Calyx octofidus. Petala obcordata, quatuor, Stamina ad 20. Germina glabra. Receptaculum vilosum. Semina usque quinque. Prudenti usu radices

in

in Dysenteriiis, Diarrhœis, & hæmorrhagiis ex vasorum laxitate productis, nihil præstantius est.

## ALCHEMILLA.

Calyx octofidus. Corolla nulla. Stamina quatuor. Semina tot quot Styli.

1. **ALCHEMILLA** floribus monogynis, foliis lobatis.

*Alchemilla foliis lobatis.* LINN. FL. SVEC. 135.

Mat. Med. 54. Spec. plant. p. 123.

*Alchemilla foliis integris, stellatis, polygoniis.*

HALL. Helv. p. 184. BOEHM. Lips. 551.

*Alchemilla foliis palmatis.* LINN. H. Cliff. p. 38. ROYEN. Lugdb. p. 231.

Habitat circa *Wekerische*, in alpibus.

Differt ab *Aphane* LINNÆI, stylo unico & semine unico; an ideo separanda? certe a me nunquam.

Calyce & viribus Medicis convenit cum *Tormentilla*.

2. **ALCHEMILLA** floribus digynis.

*Percepter.* RAY. BOERH. HALL. Helv. p. 184.

*Aphanes.* LINN. H. Cliff. p. 39. FL. SVEC.

137. Spec. plant. p. 123. ROYEN. Lugdb. p.

231. DALIB. Paris. p. 53.

Habitat in arvis frequens.

Radix annua. Hirsuta omnia. Flores fasciculati.

## SCLERANTHUS.

LINN. *Gen. plant.* 497.

Calyx quinquefidus. Corolla nulla. Stamina decem. Styli duo. Semina duo cum calyce quasi conata.

1. **SCLERANTHUS** calycibus fructus patulis. LINN.

*Spec. plant.* p. 456.

*Knawel annuum, majus, flore minori.* HALL.

Helv. p. 186.

*Knawel*

*Knauvel folio & flore viridi.* RUPP. Ien. p. 85.

SEGUIER. VERON. I p. 97.

*Alchimilla supina, gramineo folio, minori flore.*

TOURNEF. Inst. p. 508.

Habitat in arvis, abunde,

Ob calycem floriferum & fructum quasi capsularem, huc retuli.

## II. *Seminibus tectis.*

### LYTHRUM.

LINN. *Gen. plant.* 532.

Calycis denticuli duodecim, alterne minores.

Petala sex. Stamina duodecim. Stylus unicus. Capsula bilocularis, polysperma.

1. **LYTHRUM** foliis oppositis lanceolatis, floribus spicatis dodecandris. LINN. *Spec. plant.* p. 446.

*Salicaria floribus spicatis, foliis conjugatis.*

HALL. Helv. p. 405. BOEHM. Lips. 539.

*Lythrum foliis oppositis.* LINN. H. Cliff. p.

178. Fl. Svec. 393. ROYEN. Lugdb. p. 458.

*Lythrum foliis oblongis acutis, floribus verticillatis.* LINN. Fl. Lapp. 197.

Habitat in udis cultis & sterilibus.

Folia sessilia, lanceolata, horizontaliter patentia; marginibus villosis. Semina flava usque 100.

Novissimis observationibus nuper innotuit, pulverem hujus plantæ, dato prius purgante, ad drachmam unam, vel scrupulos duos mane & sero assumptum, per aliquot dies, excellens remedium esse in Diarrhœis ac Dysenteriis a fibrarum laxitate magis, quam ab acrimonia irritante productis. Vide hac de re fusu, differentem Celeberrimum *Antonium* de HAEN in *Parte Tertia Rat. Med. Cap. 5.*

## AGRIMONIA.

LINN. *Gen. Plant.* 532.

Calyx duplex. Petala quinque. Stamina plura. Styli duo. Semina duo in fundo calycis indurati, capsulæformis.

1. AGRIMONIA foliis caulinis pinnatis, fructibus hispidis. LINN. *H. Cliff.* p. 179. *H. Upsal.* p. 118. *Fl. Svec.* 394. *Mat. Med.* 221. *Spec. plant.* p. 448. ROYEN. *Lugdb.* p. 240. HALL. *Helv.* p. 407. DALIB. *Paris.* p. 139.

Carniol. *Agrimonia.*

Habitat in sylvestribus sterilibus circa *Idriam*, *Planinam*, & alibi.

Flores spicati, erecti. Petala calyce duplo longiora. Stamina 12. 13. cum pollen effundendum est, sese introflectentia. Fructus pendulus, coronatis fetis; apice rubris & uncinatis.

In ulceribus quibuscumque imprimis convenit, exesas enim fibras non solum blande consolidat, sed purulentam quoque diathesin corrigit, ne fluidorum circulatio & solidorum nutritio inde nimium pervertatur. In cutaneis quoque morbis pustulosis, ad depurandos humores, utiliter adhibetur.

2. AGRIMONIA foliis caulinis ternatis, fructibus glabris. LINN. *H. Cliff.* p. 179. *Spec. plant.* p. 448. ROYEN. *Lugdb.* p. 241.

*Agrimonoides.* BOERH. I. p. 179.

Habitat in sylvis nostris, minime rara.

Corymbus terminalis, parvus, foliosus. Pedunculi ramosi. Petala calycis majoris longitudine. Calyx exterior decemfidus; coronas vero, pentaphydis. Stamina octo.

## FRAXINUS.

TOURNEF. *Inst* p. 577. *Tab.* 343.

Speciei nostræ caracter hic est. In diversis plantis oriuntur *Flores hermaphroditi*, calyce quadrifido; petalis quatuor, evidentibus; staminibus duobus; germine unico; stylo unico; capsula linguæformi, uniloculari, monosperma. Nec non *Feminei*, solo staminum defectu a prioribus diversi. Flores masculos TOURNEFORTII K. L. vel apetalos HALLERI, nondum reperi. Sed etiam LINNÆVS Fraxino nostro apetalos flores attribuit, unde hoc?

I. FRAXINUS racemis lateralibus nudis, calycibus inæqualiter denticulatis.

*Fraxinus apetala.* HALL. *Helv.* p. 167.

*Fraxinus excelzor.* BAUHIN. *Pin.* p. 416.

Habitat circa *Idriam*, & alibi in pratis, sylvis, & ad sepes, non rarus,

Pinnarum paria tria, cum impare, omnes oblongæ, ferratæ; dorsis circa nervos lanuginosis. Racemi erecti. Pedunculi breves. Calyx albus. Petala alba, decidua, pedunculo & staminibus longiora, ex interiore calycis pariete nata. Antheræ biloculares, erectæ, bifurcæ; polline flavo. Stylus compressus, ventricosus; stigmatibus aquose luteo, orbiculato, simplici. Capsula prædicta, pendula, glabra. Semen oblongum, teretiusculum.

Cortex cæruleo colore aquam & lintea tingit, & viribus Medicis ad peruvianum corticem quam maxime accedit. Ego certe plurimos a febribus intermittentibus liberavi solo decocto aut pulvere corticis diu & sæpius assumpto. Item decoctum ad uncias quatuor haustum, in morfu viperæ imprimis commendat AMATUS LUSIT. *Cent.* 1. *cur.* 1. quod fidem non meretur.

## STAPHYLLÆA.

LINN. *Gen. plant.* 336.

Calyx quinquefidus, persistens, gerens petala & stamina quinque. Styli duo. Capsulæ duæ inflatæ, interiore futura connexæ; loculis dicoccis. Semina ofsea, subrotunda.

1. STAPHYLLÆA foliis pinnatis. LINN. *H. Cliff.* p. 112. *H. Upsal.* p. 69. *Spec. plant.* p. 270. ROYEN. *Lugdb.* p. 436.

*Staphylodendron foliis pinnatis.* HALL. *Helv.* p. 423.

Habitat in collibus.

Folia sessilia, ovata, ferrata; nervi initio inferne villosi. Racemus lateralis, pendulus, nudus; pedunculis primis oppositis, difloris, Calyx profunde quinquefidus, florifer. Petala erecta, calycis colore. Stamina basi latiora, interius villosa, ex anulo tumido prodeuntia; antheris villosis. Germina e proprio receptaculo, basibus & stigmatibus connexis. Capsula magna, membranacea. Semina lævia, subtus truncata.

## PYRUS.

LINN. *Gen. plant.* 550.

Calyx femiquinquefidus, persistens. Petala quinque. Stamina quadruplo plura. Germen infra receptaculum. Styli quinque. Pomum umbilicatum, quinqueloculare; loculis membranaceo-cartilagineis.

1. PYRUS foliis ferratis, floribus corymbosis. LINN. *Spec. plant.* in addend.

*Pyrus folus ferratis, pomis basi productis.* LINN.

*H. Cliff.* p. 191. *H. Upsal.* p. 130. *Fl. Svec.*

401. *Spec. plant.* p. 479. ROYEN. *Lugdb.* p.

266. HALL. *Helv.* 351. БОЕИМ. *Lipf.* 417.

*Carniol. Drounize. Grushovo drevo.*

Folia



Folia ovata, obiter ferrata. Fructus subrotundus.

2. *Pyrus* foliis ferratis, umbellis sessilibus. LINN.  
in addendis ad *Spec. plant.*

*Pyrus foliis ferratis, pomis basi concavis.* LINN.

H. Cliff. p. 189. H. Upsal. p. 130. Fl. Svec.

402. Mat. Med. 237. *Spec. plant* p 479.

ROYEN. Lugdb. p. 266. HALL. Helv. p. 351.

BOEHM. Lips. 418.

Carniol. *Lesnika*.

Habitat utraque species in fylva *Venzeriensis*, prope *Lok*, & alibi passim.

Ex hoc fructu Incolæ aquam pro potu communi in omnibus morbis, & acetum parant.

Monita quædam Practica de usu fructuum horæorum hic addere visum est. Æstate & Autumno oriuntur sæpe morbi populares, febres nempe & dysenteria ex acris humoribus in intestina ruentibus, aut aere calido in frigidum repente mutato, quas causas cum nesciant aliqui, fructus horæos mox accusant in foro expositos; o mira capita; In contagiosissimis etiam dysenteriis, quod putredini resistat, succis fructuum horæorum, nil præstantius reperitur. Copia quidem avide ingestorum debilibus non raro nocuit; parce vero, apto tempore, & probe maturi, nulli se-xui, ætati, aut temperamento unquam nocuerunt. Crudi tamen inflant evoluta vi vitæ aere in iis uberius latitante, hinc præstat pro debilibus aerem co-ctura prius extricare. Ita parati fructus dari possunt, etsi viscerum actiones debilissimæ fuerint. Laboravi égo ventriculi imbecillitate, ex qua ingesta omnia corrumpebantur, svasit inter alia *Illustris & Celeberr. Baro VAN-SWITEN*, poma cocta sæpius assumpta, obtemperavi, convalui. In febribus putridis & malignis, pomis in aqua coctis, addito succo citri aut ribesiorum, nihil certe blandius & efficacius dari potest. Ipsum quoque vinum, pro veneno in iisdem morbis

passim prædicatum, quot non millia hominum ab orci faucibus eripuit? Prudentiores itaque in medendo esse vellem eos Medicos, qui multum seduli & parum docti, ut HEURNII verbis utar, officiosissime ægros interimunt.

## PRUNUS.

LINN. *Gen. plant.* p. 546.

Calyx quinquefidus, campanulatus, persistens. Petala quinque, subrotunda. Stamina quadruplo certe plura. Stylus unicus. Drupa subrotunda, simili fere nuce foeta.

1. PRUNUS spinosa, foliis lanceolatis. LINN. *H. Cliff.* p. 186. *Fl. Svec.* 397. *Mat. Med.* 231. *Spec. plant.* p. 475. ROYEN. *Lugdb.* p. 268. HALL. *Helv.* p. 355. BOEHM. *Lips.* 401.

Habitat ad fepes & vias, passim.

Calycis segmenta patula. Pedunculi ex calyculo rufo, lacero, infra basim gemmæ, non vero ex alis, prodeuntes. Stamina 20. Fructus sphericus, austeri saporis.

Cortex adstringit; radix vero pro summo lithon-thriptico prædicatur ab HEUCHERO, annotante KRAMERO.

2. PRUNUS pedunculis simplicibus, foliis ovato-lanceolatis conduplicatis. LINN. *Spec. plant.* p. 474.

*Cerasus foliis ovato-lanceolatis.* LINN. *Virid.*

*Cliff.* p. 43. *H. Upsal.* p. 125. *Mat. Med.* 233.

ROYEN. *Lugdb.* p. 267. HALL. *Helv.* p. 356.

*Carniol. Zhesnau drevo.*

Habitat in sylvis etiam alpinis, an propagata ab avibus ad patrios lares a sativa Ceraso revolantibus?

Folia ovato-lanceolata; binis glandulis instructa. Gemmæ floriferæ distinctæ, polyphyllæ. Stamina ultra 24.

3. *PRUNUS* floribus racemosis, foliis deciduis, basi subtus biglandulosis. LINN. *Spec. plant.* p. 483.

*Padus glandulis duabus basi foliorum subiectis.*

LINN. H. Cliff. p. 185. Fl. Svec. 396. ROYEN.

Lugdb. p. 269. HALL. Helv. p. 357. BOEHM.

Lips. 399.

Habitat circa *Labacium*.

Folia ovata, ferrata. Racemi foliosi. Pedunculi patentes, simplices. Petala subovata, ferrulata. Calycini dentes reflexi. Stamina ad 24. Germen in fundo villoso calycis glabrum.

## MESPILUS.

Calyx quinque-dentatus, persistens. Petala quinque, subrotunda. Filamenta ad 20. Styli tot quot femina. Bacca infra receptaculum. *Cratægum* cum *Sorbo* conjungi posse docuit Cl. HALLERVS, ego utrumque cum *Mespilo*, ex eadem ratione.

1. *MESPILUS* floribus pentagynis, racemis terminalibus, foliis ovato-lanceolatis acutis crenatis, caule inermi.

*Mespilus inermis, foliis ovalibus ferratis, cauliculis hirsutis.* LINN. *Spec. plant.* p. 478.

Habitat in sylvis *Idriensibus* asperissimis & elatioribus.

Rami antiqui glabri, nudi. Recentes foliosi. Folia digito longiora, duas uncias lata, subrugosa, crenata, acuta, subtus tomentosa, sensim calvescentia. Racemus nudus, tomentosus, terminalis, erectus. Pedunculi petiolis longiores, simplices; bractea lineari. Flos unicus fertilis. Calyx virens, tomentosus; denticulis linearibus, glabris, fusco-rubris. Petala oblonga, alba, pedunculis longiora. Stamina ad 20. flava; filamentis convergentibus. Styli quinque, glabri, virides. Bacca, vulgaris *Mespili* figura & colore,

lore, diametro unciali, ubique tomentosa, coronata calycinis segmentis erectis demum ferratis & latioribus, tuberculis croceis adpersa, sensim calvescens, quinque feminibus fœta, ossibus, compressis.

2. *MESPILUS* floribus pentagynis, racemis terminalibus, foliis ovatis obtusis ferratis, caule inermi.

An hæc *M. spilus tertia* HALL.? Sic videtur ex bacca & Synon. TOURNEFORTII.

Habitat in *Koshak* supra *Welzam* ad præcipitia *sylvarum Idriensium*, abunde.

Differt a priore ramis rubris, striatis, non nodosis, rectis, mollioribus. Foliis vix duas uncias longis, pyri similibus, solidis, obtusis, ferratis; unciali petiolo & terete. Bacca nigra, cerasi fructu minore, spherica, dulci, umbilicata, apice tomentosa, coronata segmentis calycinis integerrimis reflexis, brevioribus. Florem nondum vidi.

3. *HESPILUS* floribus trigynis, foliis pinnatis glabris.

*Sorbus foliis pinnatis, utrinque glabris.* HALL. Helv. p. 250. LINN. Spec. plant. p. 477.

*Sorbus foliis pinnatis.* LINN. H. Cliff p. 188. Fl. Svec. 400. Mat. Med. 235. ROYEN. Lugdb. p. 274.

Habitat in sylvis non frequens ut in *Styria superiore* circa *Wasserperg*.

Pinnarum paria 7 - 8. æque glabræ, lanceolatæ, supra medium ferratæ, subtus pallidiores; costa rubra, canaliculata. Corymbus terminalis. Bacca subrotunda, trisperma, rubra, ab avibus, ac præsertim Turdis avidè expetita. Tota planta adstringens.

4. *MESPILUS* floribus digynis, foliis ovatis: subtus tomentosus.

*Cratægus foliis ovatis inæqualiter ferratis, subtus tomentosus.* LINN. H. Cliff. p. 187. Fl. Svec.

398. Mat. Med. 234. Spec. plant. p. 475.  
 ROYEN. Lugdb. p. 271. HALL. Helv. p.  
 353.

*Cratægus alpinus*, *Alni folio incano*. RUPP.  
 p. 109.

*Mespilus Alni lanato folio major*. HERMAN.  
 Lugdb. p. 424. VOLKAM. Norimb. p. 288.

*Cratægus folio subrotundo, ferrato, subtus incano*.  
 TOURNEF. Inst. p. 633. VAILLANT. Paris.  
 p. 42. TILL. Pfl. p. 48. SEGUIER. Veron. 2.  
 p. 308.

Habitat circa *Idriam* & alibi ad radices montium.

Frutex inermis, ramis flexilibus. Folia superne nitida, virentia, subtus albo tomento incana. Flores corymbosi; pedunculis ramosis, tomentosus. Calyx patens, tomentosus. Petala ad basim lanuginosa. Stamina ad 20. Styli duo.

5. *MESPILUS* floribus digynis, foliis obtusis bitrifidis ferratis.

*Cratægus foliis obtusis bitrifidis ferratis*. LINN.  
 H. Cliff. p. 188. Fl. Svec. 399. Spec. plant.  
 p. 477. ROYEN. Lugdb. p. 272.

*Cratægus spinosa, foliis obtusis, sepe trifidis*.  
 HALL. Helv. p. 354. BOEHM. Lips. 404.

Habitat cum priore frequentior.

Frutex validis spinis armatus. Folia glabra, in summis ramis trifida. Corymbi foliosi, e gemmis foliaceis orti. Pedunculi primi triflori. Calyx glaber, demum reflexus, sine balsamo. Petalorum margines rugosi. Antheræ roseæ, dein fuscæ. Stigmata flava. Bacca subovata, farinosa, quæ ante octoginta annos, in summa cetealium inopia, Incolis panem dedit.

## ROSA.

TOURNEF. *Inst.* p. 636. 637. *Tab.* 408.

Calyx quinquefidus, basi campanulatus. Petala quinque. Stamina multa. Styli numerosi. Semina totidem hispida; calyci carnosio, baccato interne adfixa.

1. ROSA calycibus indivisis, fructu globofo. HALL.

*Helv.* p. 347.

*Rosa caule petiolisque aculeatis, calycis foliolis indivisis.* LINN. *Fl. Svec.* 407. *Spec. plant.*

p. 491.

Habitat in sylvis Idriensibus, frequens.

Caulis primus basi mollibus, rectis spinis hirtus. Rami primi inermes, nudi. Ramuli foliorum, basi rarioribus spinulis sæpius armati. Petioli brevibus, capitatis spinulis hispidi; bracteis lanceolatis, marginibus villosis; villis glandulosis. Pinnarum paria 3-4-5. eæque ovatae, glabrae. Pedunculi longis, rigidis, capitatis villis adsperfi. Calycis segmenta integerrima. Petala cordata, sature rubra, magna. Stamina ad 70. Germen & fructus subrotundus, glaber.

2. ROSA inermis calycibus indivisis, fructu oblongo.

HALL. *Helv.* p. 348. LINN. *Spec. plant.* p. 491.

SEGUIER. *Veron. supplem.* p. 297.

Habitat in sylvis montanis & asperis non rara.

Frutex humilis, prostratus, inermis. Pedunculi uniflori, villis capitatis hispidi. Germen oblongum valde, fere cylindraceum. Calycis segmenta basi subrubra, marginibus villosis, apicibus longis; extremitatibus dilatatis & ultra florem productis. Flos odoratus. Petalorum unguis pallidi. Stamina ultra 80. Fructus obscure ruber, splendens, segmentis calycinis longior.

3. ROSA calycibus semipinnatis, caule aculeato diffuso, ramis unifloris.

*Rosa caule aculeato, pedunculis lævibus, calycibus semipinnatis glabris.* LINN. Spec. plant. p. 492.

*Rosa foliis & fructu levibus, calycis foliis divisis, albo flore.* HALL. Helv. p. 349.

Habitat in fabulosis, calidis, apricis collibus.

Rami subrepentes, aculeati; aculeis remotis. Foliorum paria duo; petiolis subtus aculeatis. Pedunculus solitarius, inermis, villis capitatis adspersus. Germen subovatum. Calycina folia alterna lineari pinnula utrinque appendiculata. Stamina ad 150. Petala alba, magna.

4. ROSA calycibus semipinnatis, caule aculeato erecto, ramis multifloris.

*Rosa caule aculeato, petiolis inermibus, calycibus semipinnatis.* LINN. Fl. Svec. 406. Spec. plant. p. 491.

*Rosa foliis & fructu rotundo lævibus, calycis foliolis divisis.* HALL. Helv. p. 349.

Habitat ad sepes, nimium frequens. Baccæ ab Incolis *Matschoka* dicuntur.

Omnia aculeata sunt; petioli vero, pedunculi, calyx & germen, minime. Calycina segmenta alterna semipinnata. Fructus ovatus, ruber. Fructus, demptis feminibus, sacharo conditi adservantur, pro sacharatis mensarum ornamentis, in eo autem operæ villi tegentes feminis inter digitos pertinaciter adhærentes, molestissimum pruritus excitant; eandem sensationem faciunt Eruçæ cuti diutius insidentes. Hæc aliaque phænomena aperte docent pruritus in morbis oriri a mechanica figura particularum sensibilibus organis applicatarum.

RIBES.

## RIBES.

LINN. *Gen. plant.* 247.

Calyx femiquinquefidus. Petala quinque. Stamina totidem. Stylus bifidus. Bacca polysperma, infra calycem posita.

I. RIBES inerme, racemis glabris pendulis, floribus planiusculis. LINN. *Spec. plant.* p. 200.

*Ribes inerme, floribus planiusculis, racemis pendulis.* LINN. *H. Cliff.* p. 82. *Fl. Svec.* 197. *Mat. Med.* 99. HALL. *Helv.* p. 346. DALIB. *Paris.* p. 75.

Habitat in fylvis supra *Struk*, circa *Idriam* copiose. *Sant Joann sch goushize*.

Frutex inermis. Folia subtus nitida, minus villosa, triloba; lobis incisis; petiolis villosis. Racemi sub foliis solitarii, penduli. Flores supremi fructiferi. Bacca rubra, decem feminibus foeta.

Succus aut syrupus hujus plantæ, in ardentibus acutisque morbis, æstum temperat, putredinem arcet, & sitim tollit, commendandus ideo & in usum sæpius revocandus.

## RHAMNUS.

LINN. *Gen. plant.* 235.

Calyx monophyllus, infundibuliformis. Petala quinque (squammæ LINN.) protegentia stamina totidem. Bacca divisa in non plures, quam calyx, partes internas; loculis monospermis.

I. RHAMNUS inermis, floribus monogynis hermaphroditis, foliis integerrimis. LINN. *H. Cliff.* p. 70. *Fl. Svec.* 224. *Mat. Med.* 73. *Spec. plant.* p. 193. ROYEN. *Lugdb.* p. 224.



*Rhamnus inermis foliis annuis.* LINN. Fl.

Lapp. 92.

*Frangula ora folii integra.* HALL. Helv. p. 164. BOEHM. Lipl. 51.

Habitat ad colles & sepes.

Flores ex alis foliorum, bracteis deciduis. Calyx quinquefidus; villis fuscis, remotis, binatis & solitariis adsperfus. Stylus calyce brevior, simplex; stigmatate subbifido. Bacca virens, dein rubra, tandem nigra, trilocularis; loculis binis monospermis, tertio inani.

Corticis infusum uncia semis, ad pulverisati drachma, valide purgat, & in hydropse juvat.

2. RHAMNUS aculeis geminatis: inferiore reflexo, floribus trigynis. LINN. *H. Cliff.* p. 69. *H. Upsal.* p. 47. *Spec. plant.* p. 194. ROYEN. *Lugdb.* p. 224.

Habitat circa *Vipaccum* ad sepes.

Folia ovata. Pedunculì laterales, biflori, triflori, quadriflori. Calyx quinquefidus. Petala flava. Styli tres. Receptaculum carnosum, pentagonum. Fructus trilocularis, alatus; loculis monospermis.

3. RHAMNUS spinis terminalibus, floribus quadrifidis divisis. LINN. *H. Cliff.* p. 70. *Fl. Svec.* 193. *Mat. Med.* 72. *Spec. plant.* p. 193. ROYEN. *Lugdb.* p. 224.

*Rhamnus spinosus, foliis ovatis, acuminatis, serratis.* HALL. Helv. p. 163.

Habitat ad vias & sepes. Incolis. *Metulloue Jaghe.*

In diversis plantis oriuntur Flores hermaphroditi, quibus folia sunt breviora. Flores in ramorum apicibus aggregati, numerosi, ex unica basi usque septem, modo ex alis foliorum modo supra & modo infra prodeuntes; Calycibus quadrifidis; Petalis calycis colore, demum fuscis; Staminibus quatuor, erectis, petalis longioribus Germine in fundo calycis nidulante;

lante; stylo brevissimo; bacca quadriloculari; loculis monospermis: uno sæpius inani. Nec non *flores Feminei* solitarii, aut binati, ex alis & infra nati; calycibus quadrifidis; staminum filamentis quatuor, brevissimis, demum inflexis, absque antheris; stylo quadrifido, calycibus longiore; petalis nullis; bacca ut in hermaphrodito.

Succus buccarum in ore detentus, saporem quasi igneum exhibet. **BOERH.** *de virib. Medicam.* viridi colore tingit, & inter hydragoga valida jure merito numeratur. Syrupi dosis est uncia unica **SYDENH.** *de hydrop.* **LINN. Mat. Med.** duas tamen exhibet **BOERH. l. c.** & succi expressi unciam, eademque dosis nostro climati convenit. Sed verum est omnino, ut monuit **SYDENHAMIVS**, syrupum hunc, inter operandum, ingentem movere sitim, quod incommodum, leve pulmentum aufert **GEOFFROY.** Præterea monet **SYDENHAMIVS** non omnibus convenire, sed iis unice qui Catharsi prompte cedunt, nec vires a prægresso morbo nimium fractas habent.

## RUBUS.

**TOURNEF.** *Inst.* p. 614. *Tab.* 385.

Calyx quinquefidus, persistens. Petala quinque  
**A. C. D.** Stamina plurima. Styli multi **F.** Bacca composita acinis monospermis **G. H. I.** receptaculo affixis **K.** Rubum *Fragaræ* alioquin adfinem, huc reliqui, ne Calycifloris gymnospermis aut capsuliferis, immiscerem plantas, quarum semina in succulento fructu sepulta jacent.

1. **RUBUS** foliis ternatis nudis, caule aculeato. **LINN.**  
*H. Cliff.* p. 192. *Fl. Svec.* 163. *Spec. plant.* p. 493.  
**ROYEN.** *Lugdb.* p. 273. **HALL.** *Helv.* p. 344.  
**BOEHM.** *Lips.* 449.

Habitat

Habitat ad fepes & vias.

Caulis procumbens, aculeatus. Rami & pedunculi aculeati. Folia hispida, infra flores simplicia. Bractæ lanceolatæ. Pedunculi pauciflori. Calyx inermis & glaber. Petala alba, elliptica. Styli albi. Stigmata trifida. Fructus cæsius.

2. RUBUS foliis ternatis nudis, flagellis reptantibus herbaceis. LINN. *Fl. Svec.* 411. *Spec. plant.* p. 494.

*Rubus caule repente annuo, foliis ternatis.*

LINN. *Fl. Lapp.* 206. ROYEN. *Lugdb.* p. 274.

HALL. *Helv.* p. 344.

Habitat in *Idriensibus* elatioribus *sylvis*.

Caulis pars superior & petioli aculeis rectis armati. Petioli canaliculati. Folia omnia ternata. Petala alba, erecta, angusta. Stamina alba, antheris fuscis. Acini distincti, duo & tres.

3. RUBUS foliis pinnato-quinatis ternatisque, caule aculeato, petiolis canaliculatis. LINN. *Fl. Svec.* 408. *Mat. Med.* 242. *Spec. plant.* p. 492.

*Rubus foliis ternatis & quinatis, costa plerumque inermi, fructu rubro, villosa.* HALL. *Helv.* p. 344. BOEHM. *Lipf.* 447.

Habitat in *sylvis asperioribus*.

Folia suprema ternata. Petioli inermes. Stamina ad 60. Fructus villosus, ruber.

Vi medica convenit cum *Ribes*, gratior est tamen.

4. RUBUS foliis quinato digitatis ternatisque, caule petiolisque aculeatis. LINN. *Fl. Svec.* 409. *Spec. plant.* p. 493.

*Rubus foliis ternatis & quinatis, costa spinosa, fructu nigro & levi.* HALL. *Helv.* p. 345. BOEHM. *Lipf.* 448.


*Rubus*

*Rubus caule aculeato, foliis ternatis & quinatis.* LINN. H. Cliff. p. 192. ROYEN. Lugdb. p. 273.

Habitat ad sepes, maceries, & in fylvis.

Foliorum decoctum relaxatas gingivas dentesque firmat. Fractus acidæ indolis putredini resistunt. Radices aperientes & diureticiæ sunt.

Quæ me a teneris annis ad stirpes traxit innocens voluptas impulit, ut vobis Botanophili charissimi hæc palam facerem, quæ muneri meo addictus præstitit certe nullus. Insecta quoque & lapides collegi examinavi, disposui; Si hæc non displicebunt, otium nactus, plura dabo Valetate interea, meisque benevoli favete curis.





# PLANTARUM CARNIOLÆ NOMINA BOTANICA.

*Abies*  
*Abies*

*Absinthium*

*Achillea*

*Achillea*

*Aconitum*

*Acorus*

*Acrosticum*

*Actæa*

*Ægylops*

*Ægopodium*

*Agaricum*

*Agaricus*

*Agarico-fungus*

*Agrimonoïdes*

*Agrimonia*

*Agrostemma*

*Agrostis*

*Aira*

*Ajuga*

*Alchemilla*

*Alchimilla*

*Aleflorolophus*

*Alisma*

*Alkekengi Alopecurus*

*Alliaria*

*Allium*

*Alnus*

*Alfina*

*Althea*

*Alysson*

*Amanita*

*Amaranthus*

*Anagallis*

*Anchusa*

*Androface*

*Andropogon*

*Anemone*

*Anemonoides*

*Angelica*

*Anonis*

*Anthemis*

*Anthericum*

*Anthoxanthum*

*Anthyllis*

*Antirrhinum*

*Aparine Aphannes*

*Aquilegia*

*Artium*

*Arenaria*

*Aretia*

*Aristolochia*

*Arnica*

*Artemisia*

*Arum*

*Aruncus*

*Arundo*

*Afarum*

*Asclepias*

*Aspergillus*

*Asperula*  
*Asphodelus*  
*Asplenium*  
*Asplenium*  
*Aster*  
*Aster*  
*Asterocephalus*  
*Astragalus*  
*Astrantia Athamanta*  
*Atractilis*

**B**allota  
*Balsamina*

*Barbarea*  
*Belladonna*  
*Bellidistrum*  
*Bellis*  
*Berberis*  
*Betonica*  
*Betonica*  
*Bebula*  
*Bidens*  
*Biscutella*  
*Bistorta*  
*Boletus*  
*Boletus Bonarotæ*  
*Bovista Briza*  
*Bromus*  
*Brunella*  
*Bryonia*  
*Bryum*  
*Bryum*  
*Buglossum*  
*Bugula*  
*Bupthalmum*  
*Bupleurum*

*Bursa Pastoris*  
*Bustomus*  
*Byssus*

**C**acalia  
*Calcitrapa*

*Caltha*  
*Campanula*  
*Cannabina*  
*Cannabis*  
*Caprifolium*  
*Cardamine*  
*Cardamine*  
*Cardiaca*  
*Carduus*  
*Carduus*  
*Carex*  
*Carlina*  
*Carpinus*  
*Carpinus*  
*Carum*  
*Caryophyllata*  
*Cassida*  
*Castanea*  
*Cataria*  
*Caucalis*  
*Centaurea*  
*Centaurea*  
*Centaureum Cepa*  
*Cerasus*  
*Cerinthæ*  
*Cervaria*  
*Cherophyllum*  
*Chamæclema Chamæiris*  
*Chamædryas Chamæmelum*  
*Chamænerion*

*Chamæ-*

<i>Chamærhododendros</i>	<i>Cyathoides</i>
Chara	Cyclamen
Chelidonium	Cynoglossum
Chenopodium	Cynolurus
<i>Cherleria Chondrilla</i>	<i>Cyperoides</i>
<i>Christophoriana</i>	Cyperus
<i>Chrysanthemum</i>	Cytisus
Chrysisplenium	
Cichorium	<b>D</b> <i>actylis</i>
Cicer	<i>Damaſonium</i>
Cicuta	Daphne
Circæa	Datura
<i>Cirſium</i>	Daucus
Cistus	Delphinium <i>Dens Leonis</i>
<i>Clathroidastrum</i>	Dentaria
<i>Clathroides</i>	<i>Dentaria</i>
Clavaria	Dianthus
Clematis	Dictamnus
Clinopodium <i>Clinopodium</i>	Digitallis
<i>Cnicus</i>	Dipsacus
Cochlearia	Doronicum
Colchicum	<i>Doronicum</i>
Conferva	<i>Dorycnium</i>
Convallaria	<i>Draba Dryas</i>
Convulvulus	<i>Drymopogon</i>
<i>Conyza Conyzoides</i>	
<i>Coralloides</i>	<b>E</b> chium
Cornus	<i>Echium</i>
Coronilla <i>Corriſpermum</i>	Epilobium
Corylus	Equisetum <i>Equiseti facie</i>
<i>Cratægus</i>	Erica
<i>Crepis</i>	Erigeron
Crocus	<i>Erinaceus</i> Eriophoron
<i>Cucubalus</i>	Eryngium
<i>Cyanoides</i>	Eryſimum
<i>Cyanus</i>	<i>Eryſimum</i>

Evonymus  
Eupatorium  
Euphorbia  
Euphrasia

**F**agopyrum  
Fagus

Festuca  
Ficaria  
Filipendula  
Filix  
Fontinalis  
Fragaria  
Frangula  
Fraxinella  
Fritillaria  
Fumaria  
Fungoides  
Fungus

**G**aleobdolon  
Galeopsis Galeopsis

Galium  
Geaster  
Genista  
Genistella  
Gentiana  
Geranium  
Gladiolus  
Glechoma  
Globularia  
Gnaphalium  
Graceni  
Gratiola

**H**edera  
Helianthemum He-  
liotropium

Helleborine  
Helleboro-Ranunculus

Helleborus  
Helleborus Helxine

Hemerocallis

Hepatica

Hepatica

Hepaticoides

Heracleum

Herminium

Hesperis

Hieracium

Hyoseris

Hypochoeris

Hippuris Holcus

Hordeum

Hottonia

Humulus

Hydnum Hyoseris

Hyosciamus

Hypericum

Hypochoeris

Hypnum

Hypositiis

**J**acea  
Jacobæa

Impatiens

Imperatoria

Inula

Inula



Iris Jofopyrum

*Juncoides**juncoidi adfinis*

Juncus

Jungermannia

Juniperus

**K***nawel***L**achuca

Lamium

*Lampfana**Lapathum**Lappa*

Lapfana

*Larix*

Laserpitium

Lathyrus *Laurus**Ledum*

Lemna

*Lenticularia Lentodoidea*

Leontodum

Leonurus

*Lencanthemum* Leucoium

Libanotis

Lichen

*Lichen**Lichenastrum**Lichenoides*

Ligustrum

*Lilium**Linagrostis Limnopeuce**Linaria**Linkia**Linophyllum*

Linum

Lithospermum

Lirium

Lolium

Lonicera

Lotus

*Lunaria*

Lumaria

*Lupulus*

Lychnis

*Lycogala*

Lycoperdum

Lycopodium. **Lycopo-**  
dioides

Lycopus

Lyfimachia

Lythrum

**M**alva

Marchantia

Marrubium

*Marsilea*

Matricaria

*Medica*

Medicago

Melampyrum Melica

*Melilotus*

Melissa

Melittis

Menyanthes

*Menoanthes*

Mentha

Mercurialis

*Merulius*

Mespilus

Millium

P p 3

Mnium

Mnium <i>Mehringia</i>	Paris
<i>Monochis</i>	<i>Parnassia Partenium</i>
Mucor	Pastinaca
<i>Muscoides</i>	Pedicularis
<i>Muscus Myagrums</i>	<i>Pedicularis</i>
Myofotis	<i>Pentaphylloides</i>
<i>Myofotis</i>	<i>Pentaphyllum</i>
<i>Myrrhis</i>	<i>Peryclimenum</i>
	<i>Perficaria</i>
<b>N</b> arcisso-Leucoium Nar-	<i>Pervinca</i>
dus	Petasites
<i>Nasturtium</i>	Peucedanum
<i>Neotia</i>	Peziza
Nepetha	<i>Phalangium</i>
<i>Nidus avis</i>	<i>Phallo-Boletus</i>
Nymphæa	Phallus <i>Phellandrium</i>
	Phleum
<b>O</b> dontites	Phyllitis
<i>Omphalodes</i>	Phyfalís
Ononis	Phyfteuma
Ophrys	Picris
<i>Opulus</i>	Pinguicula
Orchis	Pinus
<i>Orchis</i>	Pirola
Origanum	Plantago
Ornithogalum	Podagraria
<i>Ornithogalum</i>	Polygala
Orobanche	<i>Palygaloides</i>
Orobus	<i>Polygonatum</i>
Osmunda	Polygonum
Ostrya Oxalis	Polypodium
<i>Oxiis</i>	<i>Polyporus</i>
	Polytrichum
<b>P</b> æonia	<i>Polytrichum</i>
Pagaver	<i>Populago</i>
Parietaria	Populus

<i>Porrum</i>	<i>Sagina</i>
Portulaca	<i>Sagittaria</i>
Potamogeton	<i>Salicaria</i>
Prenanthes	Salix
Prinula	Salvia
<i>Prunella</i>	Sambuccus
Prunus	<i>Sanicula</i>
<i>Pseudoorchis Pseudomarrubiastrum</i>	<i>Saponaria</i>
Pteridium	Satureia. Satyrium
Pteris	Saxifraga
<i>Pulegium</i>	Scabiosa
Pulmonaria	Scheuchzeria
<i>Pulmonaria</i>	Schoenus
	Scilla
<b>Q</b> uercus	Scirpus
Quinquefolium	Scleranthus
	<i>Scorpiurus</i>
<b>R</b> anunculus	Scorzonera
<i>Ranunculus Rapistrum</i>	Scrophularia
<i>Rapunculus</i>	Scutellaria
Reseda	Sedum
Rhamnus	Selago
Rhaponticum	<i>Sempervivum</i>
Rhinanthus	Senecio
Rhus	Serrapias
Ribes	<i>Serpillum</i>
Riccia	Seseli
Roriopa	Sesleria <i>Sherardia</i>
Rosa	Sideritis
Rosmarinus	<i>Silene</i>
<i>Rubeola</i>	Sinapis
<i>Rubia</i>	Sisymbrium
Rubus Ruscus	<i>Sisymbrium Smilax</i>
Rumex	Sium
Ruta	Solanum foldanella
	Soldanella

Solidago	Tilia
Sonchus	<i>Tithymalus</i>
<i>Sorbus</i>	<i>Tormentilla</i>
Sparganium Spartium	Tragopogon
<i>Spercephalus</i>	Trichomanes
Sphagnum	Trifolium <i>Triticum Tri-</i>
<i>Sphagnum</i>	<i>phylloides</i>
Spiræa	Trollius
Spongia	<i>Tunica</i>
<i>staphylea</i>	Turritis
<i>Staphylodendron</i>	<i>Tussilago</i>
<i>Stellaria Stemonitis</i>	Typha
<i>Stipa</i>	
<i>Stramonium</i>	<b>U</b> <sup>nifolium</sup>
Struthiopteris	Urtica
<i>Succissa</i>	<i>Usnea</i>
<i>Suillus</i>	
<i>Symphytum</i>	<b>V</b> accinium
Symphytum	<i>Valantia</i>
	Valeriana
<b>T</b> <sup>amariscus</sup>	<i>Valerianella</i>
Tamarix	Veratrum
<i>Tamnus</i>	Verbascum
Tamus	Verbena
Tanacetum	Veronica
<i>Taraxacum</i>	Viburnum
Taxus <i>Tetralix</i>	Vicia
Teucrium	Vinca
Thalictrum	Viola
Thesium	<i>Viscago</i>
Thlaspi	Viscum
<i>Thymelea</i>	<i>Vulneraria</i>
Thymus	

# NOMINA PHARMACEUTICA.

<b>A</b> bies - - <i>Resina Tere-</i>	Iris . . . . .	1.
<i>binthina</i> . . . . .	Acorus . . . . .	
Abinthium vulgare	Polytrichum . . . . .	1.
Acacia nostras . . . . .	Trichomanes . . . . .	1.
Acetosa nostras . . . . .	Agrimonia . . . . .	1.
Acetosella . . . . .	Alchemilla . . . . .	1.
Acorus palustris . . . . .	Physalis . . . . .	
Acorus verus. Calamus	Alliaria . . . . .	
vulg. . . . .	Althæa . . . . .	
Adiantum aureum	Angelica . . . . .	
rubrum . . . . .	Potentilla . . . . .	2.
Agrimonia . . . . .	Rosmarinus . . . . .	
Alchimilla . . . . .	Aquilegia . . . . .	
Alkekengi . . . . .	Fumaria . . . . .	1.
Alliaria . . . . .	Aristolochia . . . . .	
Althæa . . . . .	Arnica . . . . .	
Angelica fylvestris . . . . .	Artemisia . . . . .	2.
Anserina . . . . .	Arum . . . . .	
Anthos . . . . .	Afarum . . . . .	
Aquilegia . . . . .	Asparagus . . . . .	
Aristolochia fabacea	Asphodelus . . . . .	
vulgaris . . . . .	Atriplex fylvestris . . . . .	
Arnica . . . . .	Auricula Judæ . . . . .	
Artemisia . . . . .	muris . . . . .	
Arum . . . . .		
Afarum . . . . .	<b>B</b> arba hirci . . . . .	
Asparagus . . . . .	Bardana . . . . .	
Asphodelus . . . . .	Beccabunga . . . . .	
Pinus . . . . .	Bedeguar . . . . .	1. & 2.
	Belladonna . . . . .	5.
Artemisia . . . . .	Bellis pratensis seu major	1.
Prunus . . . . .	minor . . . . .	1.
Rumex . . . . .	Berberis . . . . .	1.
Oxalis . . . . .	Betonica . . . . .	
	P p 5	Betula

Betula . . . . .	Thlaspi . . . . .	2.
Biftorta . . . . .	Leonurus . . . . .	1
Bonus Henricus . . . . .	Carlina . . . . .	1.
Bryonia . . . . .	Carum . . . . .	
Buglossa . . . . .	Fagus . . . . .	1.
Bursa Pastoris . . . . .	Euphorbia . . . . .	1.
	Gentiana . . . . .	13.
<b>C</b> ardiaca . . . . .	Polygonum . . . . .	4.
Carlina . . . . .	Prunus . . . . .	2.
Carvi . . . . .	Asplenium . . . . .	
Castanea . . . . .	Teucrum . . . . .	2.
Cataputia minor . . . . .	Bugula . . . . .	3.
Centaurium minus . . . . .	Matricaria . . . . .	2.
Centumnodia . . . . .	Chelidonium majus	
Cerafus . . . . .	minus . . . . .	
Ceterach . . . . .	Cichorium . . . . .	
Chamædriis . . . . .	Cicuta . . . . .	
Chamæpythiis . . . . .	Coccognidium . . . . .	
Chamonilla nostras	Consolida major	
Chenopodium . . . . .	media	2.
Elvela . . . . .	regalis . . . . .	7.
Hieracium . . . . .	Corylus . . . . .	1.
Tragopogon . . . . .	Crepitus Lupi . . . . .	
Arctium . . . . .	Cuscuta . . . . .	
Veronica . . . . .	Cyanus . . . . .	8.
Rosæ 4. <i>Insecti opus</i>	Cyclamen . . . . .	
Atropa . . . . .	Cynoglossum . . . . .	1.
Matricaria . . . . .	Cynosbatos . . . . .	1.
Bellis . . . . .	Datura . . . . .	
Berberis . . . . .	Daucus sylvestris . . . . .	
Betonica . . . . .	Dictamus albus . . . . .	2.
Betula . . . . .	Dulcamara . . . . .	1.
Polygonum . . . . .		2. & 3.
Chenopodium . . . . .		1.
Bryonia . . . . .	<b>E</b> bulus . . . . .	
Anchusa . . . . .	Enula . . . . .	
	Epithymum . . . . .	

Equisetum . . .		Euphrasi . . .	1.
Eryngium . . .		Polygonum . . .	5.
Erysimum . . .		Fagus . . .	2.
Eupatorium . . .		Petasites . . .	1.
Euphrasia . . .		Filix . . .	
<b>F</b> agopyrum . . .		Fragaria . . .	
Fagus . . .		Frangula . . .	
Farfara . . .		Fumaria . . .	
Chelidonium . . .		<b>G</b> allium . . .	
Ranunculus . . .	3.	Genista . . .	
Cichorium . . .		Gentiana rubra . . .	
Cicuta . . .		Gentianella . . .	
Daphne . . .	1.	Geranium moscatum . . .	
Symphytum . . .	1.	robertianum . . .	
Bugula . . .	1.	Gnaphalium . . .	
Delphinium . . .		Gramen . . .	
Corylus . . .		Gratiola . . .	
Anthemis . . .		<b>H</b> edera arborea . . .	
Lycoperdon . . .	1.	terrestris . . .	
Cuscuta . . .		Helleborus albus . . .	
Centaurea . . .	2.	niger . . .	
Cyclamen . . .		Hepatica alba . . .	
Cynoglossum . . .	2.	nobilis . . .	
Rosæ 4. fructus . . .		Hirundinaria / . . .	
Datura . . .		Hyoscyamus . . .	
Daucus . . .		Hypericum . . .	
Dictamnus . . .		<b>I</b> mperatoria . . .	
Solanum . . .	1.	Iris nostras . . .	
Sambuccus . . .	1.	Juniperus . . .	
Inula . . .		<b>L</b> amium . . .	
Cuscuta . . .		Lapathum acutum . . .	
Equiseten . . .	1. & 2.	Lilium convallium . . .	
Eryngium . . .			
Erysimum . . .			
Eupatorium . . .			

Pteris . . . . .	1.	Melilotus . . . . .	
Potentilla . . . . .	1.	Melissa citrina . . . . .	
Rhamnus . . . . .	1.	Mercurialis . . . . .	
Fumaria . . . . .	2.	Mespilus . . . . .	
Galium . . . . .	3.	Mezereon . . . . .	
Genista . . . . .	1.	Millefolium . . . . .	
Gentiana . . . . .	11.	Morsus Diaboli . . . . .	
Gentiana . . . . .	10.	Muscus arboreus . . . . .	
Geranium . . . . .	5.	caninus . . . . .	
Geranium . . . . .	1.	clavatus . . . . .	
Gnaphalium . . . . .	2.	erectus . . . . .	
Bromus . . . . .	1.	pyxidatus . . . . .	
Gratiola . . . . .		Myrtillus . . . . .	
Hedera . . . . .			
Glechoma . . . . .		<b>N</b> asturtium aquaticum . . . . .	
Veratrum . . . . .	1-2.	Nepeta . . . . .	
Helleborus . . . . .	1-2.	Nummularia . . . . .	
Parnassia . . . . .		Nymphæa . . . . .	
Hepatica . . . . .			
Asclepias . . . . .		<b>O</b> nonis . . . . .	
Hyoscyamus . . . . .		Orchis . . . . .	
Hypericum . . . . .	3.	Origanum vulgare . . . . .	
Imperatoria . . . . .			
Iris . . . . .	1.	<b>P</b> æonia . . . . .	
Juniperus . . . . .	1.	Antirrhinum . . . . .	2.
Lamium . . . . .	2.	Linum . . . . .	1.
Rumex . . . . .	3.	Lithospermum . . . . .	
Convallaria . . . . .	1.	Humulus . . . . .	
Linaria . . . . .		Malva . . . . .	1.
Linum catharticum . . . . .		Marrubium . . . . .	
Lithospermum . . . . .		Galium . . . . .	7.
Lupulus . . . . .		Trifolium . . . . .	9.
		Melissa . . . . .	1.
<b>M</b> alva vulgaris . . . . .		Mercurialis . . . . .	2.
Marrubium album . . . . .		Mespilus . . . . .	1.
Matrifylva . . . . .		Daphne . . . . .	2.




Achillea . . . . .	2.	Pyrola . . . . .	.
Scabiosa . . . . .	3.		
Lichen . . . . .	4.	<b>Q</b> uercus	
Lichen . . . . .	31.		
Lycopodium . . . . .	1.	<b>R</b> anunculus albus	
Lycopodium . . . . .	5.	Rhæas	
Lichen . . . . .	10-12.	Ribes rubrum . . . . .	.
Vaccinium . . . . .	1.	Rosmarinus . . . . .	.
Turritis . . . . .	5.	Rubia . . . . .	.
Nepeta . . . . .	.	Rubus idæus . . . . .	.
Lyfimachia . . . . .	3.	Ruta hortensis . . . . .	.
Nymphæa . . . . .	1.	Papaver . . . . .	.
Ononis . . . . .	.	Parietaria . . . . .	.
Orchis . . . . .	1.	Pedicularis . . . . .	2.
Origanum . . . . .	.	Potentilla . . . . .	5.
Pæonia . . . . .	.	Polygonum . . . . .	1.
Papayer rhæad . . . . .	.	Petasites . . . . .	3.
Parietaria . . . . .	.	Valeriana . . . . .	2.
Pedicularis . . . . .	.	Sanguisorba . . . . .	2.
Pentaphyllum . . . . .	.	Pimpinella . . . . .	.
Perficaria . . . . .	.	Pinus . . . . .	3.
Petasites . . . . .	.	Plantago . . . . .	1.
Phu . . . . .	.	Plantago . . . . .	2.
Pimpinella italica . . . . .	.	Polypodium . . . . .	.
fylvestris . . . . .	.	Populus . . . . .	2.
Pinus fylvestris . . . . .	.	Portulaca . . . . .	.
Plantago latifolia . . . . .	.	Primula . . . . .	1.
lanceolata . . . . .	.	Brunella . . . . .	.
Polypodium . . . . .	.	Mentha . . . . .	2.
Populus . . . . .	.	Pulmonaria . . . . .	.
Portulaca . . . . .	.	Lichen . . . . .	32.
Primula veris . . . . .	.	Pyrola . . . . .	1-3.
Prunella . . . . .	.	Quercus . . . . .	.
Pulegium . . . . .	.	Anemone . . . . .	1.
Pulmonaria maculosa . . . . .	.	Papayer . . . . .	.
arborea . . . . .	.		

Ribes

Ribes . . . . .	Tilia . . . . .
Rolmarinus . . . . .	Acrosticum . . . . .
Galium . . . . . 13.	Juniperus . . . . . 2.
Rubus . . . . . 3.	Salix . . . . . 2.
Ruta . . . . .	Salvia . . . . . 1.
muraria . . . . .	Sambuccus . . . . . 2.
	Afrantia . . . . . 1.
<b>S</b> abina . . . . .	Lychnis . . . . . 2.
Salix . . . . .	Orchis . . . . . 1.
Salvia . . . . .	Spiræa . . . . . 2.
Sambuccus . . . . .	Scabiosa . . . . . 1.
Sanicula . . . . .	Salvia . . . . . 2.
Saponaria . . . . .	Phyllitis . . . . .
Satyrium . . . . .	Scrophularia . . . . . 1.
Saxifraga rubra . . . . .	Teucrium . . . . . 1.
Scabiosa . . . . .	Sedum . . . . . 2-3.
Sclarea . . . . .	Sedum . . . . . 1.
Scolopendra . . . . .	Sedum . . . . . 1.
Scrophularia foetida . . . . .	Thymus . . . . . 1.
Scordium . . . . .	Convallaria . . . . . 2-3.
Sedum minus . . . . .	Solanum . . . . . 2.
majus . . . . .	Mespilus . . . . . 4.
Sempervivum . . . . .	Mespilus . . . . . 3.
Serpillum . . . . .	Rhamnus . . . . . 3.
Sigillum Salamonis . . . . .	Tamarix . . . . .
Solanum . . . . .	Tanacetum . . . . .
Sorbus domestica . . . . .	Leontodon . . . . .
aucuparia . . . . .	Sedum . . . . . 5.
Spina cervina . . . . .	Thlaspi . . . . . 1.
	Thymus . . . . . 1.
<b>T</b> amariscus . . . . .	Tilia . . . . .
Tanacetum . . . . .	Tormentilla . . . . .
Taraxacum . . . . .	Trichomanes . . . . .
Telephium . . . . .	Trifolium album . . . . .
Thlaspi . . . . .	fibrinum . . . . .
Thymus vulgaris . . . . .	Tussilago . . . . .

<b>V</b> aleriana major . . . . .	Menyanthes . . . . .
minor . . . . .	Petalites . . . . . 1.
Verberia . . . . .	Valeriana . . . . . 2.
Verberia . . . . .	Valeriana . . . . . 1.
Veronica . . . . .	Verbascum . . . . . 1.
Vinca per vinca . . . . .	Verbena . . . . .
Viola . . . . .	Veronica . . . . . 9.
Violaria . . . . .	Vinca . . . . .
Virga aurea . . . . .	Viola . . . . . 1.
Viscum . . . . .	Viola . . . . . 1.
Ulmaria . . . . .	Solidago . . . . .
Urtica major . . . . .	Viscum . . . . .
Uvularia . . . . .	Spircea . . . . . 3.
Potentilla . . . . . 8.	Urtica . . . . . 1.
Trichomanes . . . . .	Ruscus . . . . .
Trifolium . . . . . 3.	















QK 329 .S3 c.2

gen

Scopoli, Giovanni A/Joannis Antonii Scop



3 5185 00110 2613

